BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE ZARAGOZA

SIGNATURA: I – 162

Biffiis, Johannes. Miracula Beateae Mariae Virginis. Epigramata et epistolae. Romae. 21 marzo 1484.

21.766
BIBLIOTECA
DE ZARAGOZA

Iohannis biffi Mediolanenſis ex Mezago oriū
di oratiuncula: qua breuibus Sixto ſummo ſan
ctiſſimoq; pontifici Quarto librum dicat·

¶Quoniam qua fruimur breuis uita eſt: hancq; om
nium pręceptis doctorum in ea bene geſtarum reꝝ
immortalitate:clariſſimiſq; monimentis efficere do/
cemur:duxi id me proculdubio pręſtare poſſe ſi ali/
quod opus beatiſſimę uirginis laudum : quod ad te
Sixte pontifex ſanctiſſime inſcriberetur : poſt me re/
linquerem·Cumq; tot mihi ſummę uirginis cantan
da prodirent obuia: Vnum illud miraculorum opus
quod lingua uernacula impreſſioni miſſum reperiē
in heroicum carmē traduxi: quod cum Mediolanī:
tempore quo reuerendiſſimi Cardinalis Nouariẹ:q
ex nobiliſſima Arcimboldorum ſtirpe eſt oriundus:
nepotibus:aliiſq; magnorum uirorum filiis grāmati
ces:oratorię:poeticęſq; artis pręcepta aperirē:in ma/
nus meas aliquando perueniſſet:idq; mecumipſe le/
gerez:& ſępius pręſertim Sabbati die:qui reginę coe
lorum dicatur:adoleſcentulis:quo eos in tenera ętate
ad religionem traducerem : materna lingua expone/
rem:quodq; ſingulum miraculum ſignificare uellet:
& latentem ſenſum tanquam e cortice fracto nucleū
elicerem: Tanto amore illud in carmē uertendi accē
ſus ſuz:ut·M·cccclxxxiii·die·xxviii·martii inceperiz
eiuſdēq; anni·x.ſeptembris p̄fecerim·Nec hoc fictū
tua ſanctitas exiſtimet uelim:quandoquidē mihi uir
go aſtare uidebatur:quę ob ſuorum miraculoruz di/
ligentiam in aures meas uerſus caneret: ego ſcriberē
atq; interdum ita carmina currerent : ut uix dextra
notare ea peſſem: niſi laſſę robur uirgo reintegraſſet·
Poſtquam Mediolano Romā acceſſi hoc opus quā
uis Mediolani diligenter diſcuſſiſſem nonnullis do/

ctis oſtendens:tamē hic lima triui:ſuperflua reſecui
neceſſaria addidi. Quod nunc tuę ſanctiſſimę maie/
ſtati offertur·Quod tibi gratum futurum ſcio·Marię
enim eſt : Quam tanto amore proſequeris : Quam
corde diu & noctu impreſſaz tenes: cuius honori om
nia cogitas:omnia facis·Quod ex bn̄ pręclareq; ge
ſtis tuis compręhenditur·Quis enim unquam te do/
ctiorem aut maiori fide catholica ornatuz theologū
uidere potuit? Qui libros de ſanguine chriſti & uirgi
nis conceptione edidiſti·Qui tam ſancte religionem
chriſti tuę uitę continentiſſimę exemplum omnibus
dando ſummo honore auxiſti·Qui maiora quatuor
decim annis:& pręclariora:maioriq; laude excolen/
da quam quatuordecim pōtifices alii feruenti tua ſo
lertia:acutiſſimo ingenio:infractis uiribus: ſumptib9
incredibilibus perfeciſti·Qui mecum certare uolue/
rit de laude tua:ueniat uictus ac rubore confuſus abi/
bit·Sub quo pontifice iaz meus dicat aduerſarius tot
templa cacumine eminenti coelū tangentia quot ſub
te conſtructa ſunt? Inter quę innumerabilia in Italia:
atq; extra Italiam duo altiſſima conſtant Romę: pri/
mum Marię ad populum prope tiberis ripaz conſi/
tum·Secundum Marię ad pacez fere in umbilico ur
bis exiſtens·Dicat etiam ſi quis mihi aduerſari cona
tur·Quis alius pontifex tot pꝛiuilegia:tot peccatorum
remiſſiones omnibus monaſteriis:omnibus eccleſiis
ſacerdotalibus quot tu cōceſſit? Quis a natiuitate xp̄i
ad noſtra uſq; tempora Romam mephiti olida:luto
fętēti·uicis coeno deterrimo infectis: corporibus ho
minum peſtem cōtagioſam infundentē ſtrauit? Nul/
lus inquit cum quo mihi certamen eſt:niſi Siſtus qa
ueritate rei cogitur·Pontem pręterea tiberinus fluui9
quod ſuper eius tergora iuxta ſancti angeli arcez ſtra

uiſti tibi agere gratias uidetur: cunq; per eum tranſis
tibi ſe genibus flexis inclinare uidetur: quo tanti ui/
ri beneficio oneratus gratias meritas depoſita ingra/
titudine referat Incredibilia: ineffabilia : aliaq; laude
digniſſima compoſuiſti Siſte egregie ſummeq; pa/
ſtor per totum terrarum orbem uenerande· Inter quę
quod Mediolani tua fauente ſanctitate effectum eſt:
atq; efficitur ſilentio non pręteribo· Tot peccatorum
remiſſiones integras poene & culpę maiori templo et
hoſpitali Mediolani condonaſti ut his bullis tot pe/
cunię cumulos primores & plebei obtulerint. Quod
iam duo illa loca coelum tangere uidentur· Templuz
enim totum marmore conſtat : quod tanta arte tam
tiſq; ſtatuis inſignitum eſt quod ſi phidias aut praxi/
teles uiuerent· quorum artis aliquid adhuc ueſtigii in
exquiliis uideri poteſt: opus tantum mirarentur · Si
uero figuras pictas Pharraſius aut zeuſis uiuētes aſpi
cerent obſtupeſcant mirando· Tot hoſpitalia ubiq;
te auctore ędificata ſunt ut cum omnia percurrere ue
lim nec poſſim potius mihi ſilentium quam eloqui/
um habendum ſit· Itaq; ſanctiſſime pontifex cum tot
& tanta uirginis amore pręſtiteris hoc opus quod &
ipſe exhibeo lęta fronte ſuſcipere digneris . Quod te
annuente ſtabit renuente autem te cadet· Vale·

¶ Miraculorū uulgarium beatiſſimę uirginis Marię
per Iohānem biſſum Mediolanēſem ex mezago ori
undum· in carmen heroicum traductio ad Siſtū ſum
mum ſanctiſſimumq; pontificem quartum.

¶ Miraculum primum·

m

Iles erat campi quidam ditiſſi/
mus olim
Nummorumq; ſimul : cunctis
pręhebat amicis
Sępius hic epulas diuerſę fercu
la menſę
Pręcipue cum ſunt ſolemnia fe
ſta deorum
Non meditans magnas nimio conſumere ſumptu
Diuicias tandem: tetrica complectitur iſte
Pauperie: fugitat linquens urbemq; domumq;
Tempora quo paſcę poſſint tranſire manendo
In ſiluis· pudor eſt fieri de diuite pauper
Eſt dolor heu nimius quondam tenuiſſe tot agros
Nunc uero miſera ſic paupertate teneri·
Si tibi diuicias Croeſi gula ſęua miniſtrem
Diuicias urbi paruo mihi tempore reddes:
In nemus aduenit uoluenti talia demon
Humana ſpecie latitans: & fortiter inde
Ater equum calcat nigrum: qui talia fatur·
Dic age cur ſiluę & nemoris deſerta ſubiſti?
Tunc ſerie totum narratur milite factum·
Inquit cui demon· cenſu ditabere noſtro
Si modo promittas uxorem: quam tibi iunxit
Fidus amor manibuſq; meis donare libebit
Promiſit miles. tunc demon dixit ad ędem
Tende tuam taliq; loco conquirere cures

Inuenies auri maſſam argentiq; nitentis.
Inuento hinc auro conſortem huc dicito caram.
Miles abit propriamq; domum contendit:& auro
Comperto redimit quę quondam uendidit arua:
Aduentoq; die uxorem iubet eſſe paratam:
Cum ſibi conueniat nulla comitante caterua
Ad quoſdam perferre locos iter.illa Mariam
Inuocat:atq; illi ſe totam tradidit uni.
Ambo iter accipiunt.ſtat templum:quod ſubit uxor
Militis:& precibus factis tranquilla quieſcit
In ſomno.formam tunc huius uirgo recepit
Fit ſimilis facie: fit greſſu:& corpore uirgo.
Deſerit hinc templum cum milite pergit & una.
Virgo dei genitrix a milite creditur uxor.
Iam loca tetra patent:quę demon lętus habebat
Fit ſubito triſtis:nam ſenſit numina diuę
Virginis:ab fugeret:prohibet reuerentia tantę
Reginę.exclamat rex impia tartara ſeruans.
Perfide me miles ſic fallis?qui tibi tantas
Exhibui non parcus opes:quo ducere caram
Ad me conſortem poſſes:ut munera poenę
Exigerem:quoniam non ceſſat nocte dieq;
Lędere me & ſocios:tanta eſt ueneratio.tantus
Eſt honor: in matrem quem ſupplex illa tonantis
Infert.ſed ducis quę nos perterritat omnes
Demonas infernos expellens pręlia culpę.
Extimuit miles:cecidit quaſi:nulla locutus.
Talibus alma dei mater ſed demona fatur.
Lędere cur audes quę me ueneratur ubiq;?
Diffugias iubeo:ſub triſtia tartara greſſum
Ipſe refer: nullumq; aude temptare meorum:
Aeterno & clauſus maneas ſub tartara triſtis.
Tunc ſathanas iuſſus tenues diffugit in auras

Ingentem extollens uocem:qua ſydera tangit.
Virgineoſq; pedes miles complectitur:inſe
Hanc culpam confert:ueniamq; a uirgine poſcit.
Corripit hunc uirgo:iubet ac ad templa redire:
In quibus eſt ſomno coniunx oppreſſa profundo.
Templa ſubit miles:ſomnum mox deſerit uxor.
Omnia cui miles narrat quę facta fuere.
Ambo iter accipiunt proprios redeundo penates.
Diffugiunt cumuli gazę:quos tradidit ante
Infoelix ſathanas.clara cum coniuge miles.
Vixit:& effecit magni pręcepta tonantis.
Ambo dei laudant matrem:ſic gloria coeli
His tandem fertur: meritis hanc uirginis almę
Accipiunt.quiſquis properet laudare Mariam:

¶Concluſio.

Viue:nec effundas nimium:gula turpis adeptus
Tempore quod longo es deuorat exiguo:

Miraculum ſecundum.

Nnumeros domin9 quidã crudelis habebat
Prędones cunctos ſpoliantes atq; necãtis.
Crudelis non te humanam ſed nępe ferinã
Naturam geſtare ſcias redolendo Neronem.
Illac ſanctus homo tranſit(nam recta uoluntas
Ipſa dei hoc uoluit)latrones prendere currunt
Et prenſum ſpoliant.quis ſanctus talia promit.
Vos rogo latrones dominum me adducite ueſtrum:
Vtile namq; illi me aliquid promitto referre.
Ducitur ad dominum:cui e pectore talia traxit.
Extemplo huc ueniat famulorum turba tuorum
Cuncta mihi princeps:tibi me rex iuſtus olympi
Adueniſſe iubet porto tibi dona ſalutis
Vt tua det lucem quę geſſit uita tenebras.
Conuocat interea rex omnes ordine ſeruos.

Exclamat ſanctus deeſt hic ſeruulus unus
Reſpondit quidam deeſt qui uina reſeruat
Clauibus in crypta. cui ſanctus uera rependis.
Hunc ſubito princeps arceſſit: ſed micat ille.
Territus & uiſu ſancti pallore tenetur
Non aliter quam cum uentus ueniente procella
Populeos flectit multo ſufflamine ramos.
Talia cui ſanctus. iubeo te uera fateri
Adiuroqꝫ ſimul magni de iure tonantis
Te qui ſis prodas tremulus ſic ille profatur
Tartareę demon ſedis:qui (ut cernitis omnes)
Humanam aſſumpſi formam: me regia bis ſex
Iſta annos tenuit.ſic princeps lucifer ipſe
Iuſſerat:ut tanto pollutus crimine princeps
A me exportatus tormenti munera haberet
Laudibus angelicis huius ſed uirgo Maria
Protegit hunc:manibuſqꝫ meis educere temptat
Quottidie laudes ſęuo fluxere tyranno
Conticuit demon princeps at crura reflectit
Cum genibus tellure ſuis:atqꝫ oſcula ſancto
In pedibus figit:lachrimis & uoce precatur
Cordeqꝫ contrito ueniam de crimine poſcit.
Demona dehinc ſanctus iubet euaneſcere in auras
Virginis ex parte:& nunq̃ loca uiſa uenire
Mox ſathanas furiis & tempeſtate uolando
Fit nihil ut fumus:quem fert ſpelunca camini.
At tantum meditans princeps fugiſſe periclum
Virginis ex meritis:monitus faciendo benignos
Efficitur iuſtus:quos ſanctus tradidit ante
Corripit inde malos iubet ac fugiſſe latrones
Atqꝫ dei matrem colit:hanc ueneratur:& ambit
Traditur huic tandem paradiſi gloria dulcis.

¶Concluſio.

Ne facias cędem prędandi accenſus amore
Si pius ad dominum percupis ire pium.

¶Miraculum tertium.

Iues erat quidam tota notiſſimus urbe
d Suppetit huic animo celſo ſeruire tonanti
Deſeruit mundũ Bernardi clauſtra capeſſens
Conuerſum monacos pudet:hunc in clauſtra tenere
Ingenuus quod ſit ſtrenuo & de ſtemmate natus
Grammaticã ut diſcat doctum tribuere magiſtrum
Pręceptor nitidus ualet hunc ſed nulla docere
Agricolę ſimilis:ſaxo qui ſęmina ſpargens
Expectat ſegetem:ſaxo non naſcitur illa
Dogmata ſic monaco nequeunt prodeſſe magiſtri
At duo uerba tenet ſolum:quę grata Marię
Semper corde tenens & ſemper ab ore rependit

Quę ſunt! Aue Maria.

Hęc ſtans hęc comedens hęc uadens ſemper in ore
Continet:& quicquid facit hic hęc ſemper ab ore
Proueniunt:dulcis uox:& uox cara Marię
His moritur uerbis quę ſecum corde reportat
Impreſſa in tumulum mox lilia candida ſurgunt
Ex corde & tumulo tumuli frangentia ſaxa
Ac ueluti lapides tumuli rumpens caprificus
Exilit in coelum cunctis miracula prebens
Lilia ſic ueniunt:quibus inſignita uideres
Aurea uerba quidem totiens quę dixerat ille!
Nunc ea fulgeſcunt foliis inſcripta decoris
Mirantur monaci tunc hoc (ceu ſaxa) uidentes
Quęrere conſtituunt cur hoc ſic!uellitur inde
Ex tumulo tellus:radices floris habebat
Os monaci totiens dicentis uerbula ſacra
Hoc miro Chriſtus portendit quam ſibi gratum eſt
Si quis mente pia Gabrielis dicta canendo

Commemorat laudes ſic prodeſt ferre uetuſtas.

¶ Concluſio.

Scire tuo nunquam dabitur tibi gloria coeli:
Indoctus poteris ſcandere celſa bonus.

¶ Miraculum quartum.

Vm uir & uxor habent natã quã forma ſoue
d Cõnubio hãc iuuẽi carã iũxere uenuſto bat
Amborum ſed amor nimio cõburitur igni
Excluſę natę.generum exoptare laborant
Filius ut tanquam ſecum deducere uitam
Non ſpernat.gener eſt precibus mutatus amicis:
Quem ſocrus innocuo imprudens ſectatur amore.
At mala uicini de ſocru murmura miſcent
Quod genero ſocrus prauo blanditur amore
Denigrant famam:quę cum polluta nocenti eſt
Labe ſemel uires nequit erexiſſe priores.
Moeret in immenſum ſocrus traducta dolorem:
Maior enim dolor eſt quod fert ſine crimine culpa:
Quicquid iure uenit geſtamus mente quieta
Quod uenit indigne ſęuas dat demonis artes
Demonis hęc rabie & cęco uexata furore
Incitat ab nummis homines infeſta nefandos:
Ingenerum conferre manus.quid talia cogis
Dire nitor nummi humanum peruoluere pectus!
Nonne ſuum iudas dominum te auctore fefellit!
Vendidit atq; illum uęnalis qui nequit eſſe!
Mox ſumptis nummis latrones uulnera prębent
Clam genero.mundum uita indignata reliquit.
Moeſtiſonas uoces effundunt ſanguine iuncti
Cum mors atra patet.dolor eſt quod nulla ſequatur
Certa fides mortis:quis uulnera prebuit iſti.
Poenitet at ſocrum ſucceſſu temporis atrum
Exegiſſe nephas:contrito pectore poſcit
Ipſa deum ueniam:paſtori & crimina pandit
Eccleſię.Sathanas fieri qui crimina ſuadet
Atq; latere dolet:mentem conſtrinxit opacam
Pręſbiteri dixiſſe nephas quod fecerat illa
Ingenerum.generi coniuncti ſanguine gaudent
Hancq; ream accuſant.mortis ſententia fertur
Iudice:quod lignis quod multo exardeat igne.
Ducitur ad mortem:ſtat templum quod ſubit:atq;
Ante necem rogitat contrito corde Mariam:
Ponitur in flamis:nullas in corpore poenas
Hęc patitur:tanta eſt pietas nam uirginis almę:
Sed gaudet ueluti pueri fornace manentes
Tres ſaltant dominum laudantes uoce canora.
At delatores lignorum turbine aceruos
Afferri mandant:nullas hęc corpore flamas
Admittit:gladio tunc hanc petiere cruento
Vulnere confodiunt: hęc ſolum uerbera reſtant:
Vulnera mucronis non ignis uulnera ledunt.
At tanta aſpiciens iudex miracula iuſſit
Abſoluta domos ineat lętanter amoenas.
Hęc uixit triduum:hinc animam donauit olympo
Aethereo linquens mundana pericula morte.

¶ Concluſio.

In cędem alterius(quanquam ſine crimine culpa
Sit)ne te rapias:ni cecidiſſe uelis.

¶ Miraculum quintum.

Eruus erat quidã domini qui attriuerat ãplas
ſ Diuicias ludis ſpe ammiſſa demona poſcit
Atq; refert illi.tantum ſi non dare temnis:
Viuere quo ualeam:domino & mea debita ferre
Carcere ne claudat me abſumens munere poenę
Meq; animamq; tibi trado cum corpore triſti.
Quas non diuicias alee truculenta Minerua

Expendiſſe potes manibus dum ludis ineptis:
Aduentu ſubito loquitur tunc talia demon.
Omnia contribuam quę flagras: ſi modo chriſtum
Cunq; parente ſua cum ſanctis ipſe refelles.
Cui ſeruus. Chriſtum cum ſanctis ipſe refello:
At matrem Chriſti potero contemnere nunquam:
Quam ſemper teneo corde & cum uoce profundo.
Diſceſſit demon paulum: cum uoce reuerſus
Eſt tali: cupio te chriſti temnere matrem
Sic gazę cumulos tradam quos ipſe petiſti
Ille inquit potius fugiat de corpore uita
Quam me perficias matrem renuiſſe tonantis.
Dixerat. at Sathanas percuſſit uerbere multo
Iratus famulum: tenues hinc fugit in auras.
Saucius hic in ſe conuerſus templa ſubiuit
Virginis: & coram plorabat imagine dicens.
Sis me percuſſum tam dire uirgo Maria.
Demone: quod ſpreui tua numina fallere ſemper:
Quare ego ſubſidium rogito mihi reddere cures.
Olli mox uolitans aduenit uirgo beata:
Vulnera confringit: tanta eſt medicina Marię
Non ita phoebeę prolis medicina uocaſti
Hippolitum ex erebo laceratum corpora triſte
Quam bene uirgo dei genitrix medicata Maria eſt
Hunc famulum: cuius manabat corpore ſanguis:
Non aliter quam cum de torcularibus uuę.
Sangiuneas fundunt lacbrimas a robore preſſę.
Cernebat populus famulum tunc uulnere pulſum
Cernere non poterat medicantem mēbra Mariam.
Interea ad dominum famuli uaga fama uolauit:
Innumero famulum narrat quę uerbere preſſum:
Accurrit dominus reginę templa petendo
Conſpicit hic famuli medicantem mēbra Mariam:

Virgo beata decens oculis euanuit illi.
Inde rogat ſeruum dominus quis talia fecit.
Cui ſerie totum narrauit ſeruulus actum
Quem dominus proprias blande diduxit ad ędes
Ac; manu mitit uindicta munera donans.
Libertatis: opum cumulos & grandia dona.
Largitur: facit hoc meritis ex uirginis almę.
Nanq; dei matrem fuerat ueneratus in omni
Tempore: de hinc ſeruus uitam mutauit iniquam:
Depoſuitq; alzam matrem uenerando uenuſtam:
Cum quia nūc fruitur paradiſi munere lętus

¶Concluſio.

Mens aleę ne ſit decepta libidine: tandem.
Ne miſer indoleas te caruiſſe bonis.

Miraculum ſextum.

u Irgo fuit quędam iuuenis quę grata Marię
Quottidie laudum fundebat ab ore ſalutes
Quīquaginta & cētū: has dū fert uirgo Maria
Olli ſucceſſit mox dulcia uerba profudit.
Nata mei quas fers gratę mihi nempe ſalutes
Pręcipue (dominus tecum) cum mittis ad auras
Tunc proprium uideor natum ſtrinxiſſe lacertis
Ergo tranquille moneo te dicere (tecum
Eſt dominus) tua uox celeres iam deferat orſus.
Te pręſtat paucas cura maiore ſalutes
Dicere quam multas confuſo ex ordine. nam quę
Feciſti propere ſubitam traxere ruinam
His dictis uirgo coeleſtia regna rediuit
Quottidie at centum fundebat ab ore ſalutes
Hęc iuuenis tandem ſic pergens gaudia coeli
Conſequitur dedit hęc pietas immenſa Marię

¶Concluſio.

Im matura cadent nulli nec grata placebunt.

Quę nimium pręceps pręcipitanter agis.

¶ Miraculum ſeptimum.

c Lericus eximia quidam bonitate refulgens.
Sępe dei matris uoluebat mente dolores:
Quos tulit immenſos uirgo dum cernit acerbam
Mortem: quam Christus cunctis pręhendo ſalutem
In cruce perpeſſus. ſolari dum cupit ergo
Clericus & tantum dominę lenire dolorem
Ore canit ſeptem: quę quondā uirgo decora
Gaudia ſuſcepit: multoꝗ hęc tempore cantat.
Ad metam tandem properat necis: ęger anhelans
Vix iacet in lecto. ueniens cui uirgo locuta eſt
Dulcia melle magis Sicula quod naſcitur Hybla.
Nate quid ipſe mori palleſcis (nam morte timebat
Dirumpi) aſſidue cum ſeptem gaudia dixti
Letus amore meo triſtem depelle timorem:
Hos timuiſſe ſinas qui ſunt fera lerna malorum:
Qui putrent uitiis ueluti ſentina fatiſcens:
Non decet hos: uita qui ſunt: timuiſſe probata.
Munera nanꝗ tibi quo tradam huc ipſa cucurri:
Ergo ueni mecum cęleſtia regna tenebis:
Pręmia quę dantur nobis ſeruire uolenti
Candida patre datur ſuperum non uilia dona.
Libertas his qui conati reddere gratum
Seruitium. ueluti Romanus tempore longo
Seruitium capiens ciuis gratuſꝗ miniſtrum
Vt ſit libertus uindicta donat abiſſe
Prętoris: ſic rex homines e carcere uitę
Liberat immundę: quę turpi molle grauatur
Labeꝗ corporea uitam pręhendo micantem
Illis coelorum nequit & quam demere ne mo.
Dixerat: & ſecum uolitauit clericus alta
Sydera conſcendens: qui terrę frigida liquit

Corpora: iudicii quę ſument tempore formam.

¶ Concluſio.

Vltima facta time ſceleris cum quid facis: aut cum
Es malus. ad dominum te rediiſſe decet.

¶ Miraculum octauum.

ſ Pe cecidit quidam triſtis qui demona fatur
Vocibus his miſero quę manauere palato
Me tibi contribuo totum corpuſꝗ animamꝗ
(Audis tartareo qui regnas gurgite princeps!)
Si modo pręhueris mundi quę gaudia poſcam.
(Sunt ne uoluptates tanti proch iupiter alte!
Vt nos ab miſeros ducant per deuia cęcę:
Herculis a nobis ſunt iure exempla ſequenda
Obuia cui uirtus uenit uenitꝗ uoluptas:
Ille uoluptatem liquit dominamꝗ ſecutus
Virtutem: nanꝗ hęc uitam ſine fine rependit:
Illa ſed illecebris uitam complerier ipſam
Feciſſet neꝗ ſe poſt mortem uita teneret)
Si mihi (tunc demon) proprio cirographa ſcribes
Sanguine: quo tutus teneam corpuſꝗ animamꝗ
Contribuam quodcunꝗ petes. uir ſanguine ducto
Corpore nigrauit chartam: quam tradidit amens
Heu ſathanę. Sathanas ſumpſit cirographa lętus.
Non tantum Catilina nephas: cum ſanguinis hauſti
Conſociis tribuit permixto pocula uino.
Dat iuueni immenſas demon: quas ille petendo
Diuicias ſumit. demon quocunꝗ parabat
Ire illum ducit. ſtat templum: quod prope greſſum
Ambo ferunt. Templo uir uidit ſtare Mariam
In muro pictam. pietas o quanta Marię eſt
Dum uidet hanc in ſe conuoluit crimine tanto
Tartarea uinctum eſſe manu. Tunc uerbere mulctat
Hunc ſathanas multo commotus talia dicens

Ne ſpectas iubeo quam cernis perfide pictam:
Nanq; mihi eſt odio properans hanc linque figuraꝫ.
Quod mihi prębueris te totum littera teſtis
Saucius at iuuenis multoq; dolore grauatus
Artes ingenio uoluit quis fallere poſſit
Demonia: quis manibus ſe nigri euellere ditis
Et ualeat: ualeatq; ſimul ſeruire tonanti
O quanta aduerſis currit ſolertia rebus
O quantum ingenium ſequi dant ferre dolores:
Sępe fit ut tetrico medicina e uulnere manet
Sępe fit ut ſanus uiuens abſq; ordine factus
Aeger: cum ſtratis ſanato membra leuauit
Corpore ſeruato: ſit ſeruans ordine uitam:
Et cum pręteritum reminiſcitur: addere uitę
Conetur fragili frenum: quo uita uireſcat.
Nec cadat in morbos rabidus quos fecerat ordo:
Sic peccator enim conflictus uulnere nigri
Demonis ęternum perfugit demonis artes.
Vt taxum fugiunt uolucres cum tactus amaror
Eſt ſemel ad guſtum: ſucco qui perditur acri.
Ecce patet rurſus templum mox quod ſubit ille
Et lacrimas plorans gemitus: ſuſpiria fundit.
Ante dei effigiem matris: qui deinde quietus
Fit ſomno in ſomno cernebat talia uiſa.
Virgo dei genitrix e templo pellere uiſa eſt
Ipſum. ſic dicens. mea deſere perfide templa:
Demonis es rigido nam ſemper carcere uinctus.
Hic abiit triſtis multo & merore grauatus
Terq; reuerſus habet templum: cum talia chriſti.
Viſa loqui eſt genitrix: Nūquā ſum prompta negare
Ipſa reis ueniam: pro quorum ſparſus amore eſt.
Vſq; mei ſanguis nati: cum penderet alta
In cruce: cum ligno tenebras & tartara fregit

Morte ſua eripiens homines a morte perenni.
Ergo ego te facio miſſum manibuſq; cruentis
Demonis eripio: & chriſto te trado tonanti.
Dixerat. at gaudens ſomno expergiſcitur ipſe
Peccator. lachrimas effundens talia dixit.
Virgo Maria precor regem conſtringe proteruum.
Reddere quas tribui chartas & ſanguine ſcripſi:
Ne mihi iudicii noceat cum uenerit hora.
Dixerat hęc ſupplex lachrimis. Tunc at ferus ipſe
Aere conclamans Sathanas cum uoce profunda:
Ore feram rabiem promens & mente dolores
Talia dicebat ſtridentia uerba Marię.
O dña hanc animā proprio: quę ſanguine ſcripta eſt:
Eripis hac charta confringens omnia iura!
Dixit. & in tenui demon ſe condidit aura.
Non ſecus infrendens animam ſibi uirgine raptam
Eſſe pia: quam cum uacuato e montibus aluo
It lupus in planum rabie compulſus atroci
Exhauſti uentris: pecudes uidet ęquore paſci:
Quarum unā predę lętus trahit: hunc fugientem
Inſequitur canibus paſtor: paſſuq; uolucri
Ipſe lupum prendit: canibus cum uoce tonanti
Dans animos: hortanſq; citos in pręlia ſequi
Hoſtis: qui potuit pecudem preſentibus ipſis
Prędari: audaces aſt illi dentibus hoſtem
Inuadunt diris: certantes ſanguine multo
Eripiunt prędam: lupus at moerore recedit
Compreſſus: plorans terebrata uulnere pelle:
Inuituſq; dolet prędam liquiſſe recordans:
Haud aliter Sathanas chartam non ſponte remiſit:
Quę cecidit coelo: iuuenem tunc uirgo niteſcens:
Hanc iuſſit ſumpſiſſe cito: ſic deinde tuliſſe:
Ad paſtorem urbis: quam lectam paſtor in ignem

Proiecit. Tanto peccator crimine demptus:
Crimina confeſſus reliquo poſt tempore uitę
Paſtoris iuſſu bene uixit corpora poena
Caſtigans fragili. ſic tandem ſidera uiſit:

¶ Concluſio.

Litterule dextrum calidus ſis carpere ramum
Pythagorę: rectę meta tenenda uia eſt.

¶ Miraculum nonum.

P Ingebat quidam pictor mirabilis arte
In templo eximiā ſplendenti cū arte figuraȝ
Virginis intacte: retinentis pectore chriſtum
Preſſantem mammas gremiiq; in ſede iacentem.
Egregius ſi nunc uita frueretur Apelles
Non ueneris formam tam pulchre pingeret almę:
Quam depicta dei genitrix fulgebat in alto:
Illa amplexa ſuis potuit tenuiſſe lacertis
Natum qui uanos infundere gaudet amores:
Cui tribuit nomen ſordenti cęca cupido.
Hęc uero dominum coeli eſt complexa benignum:
Cordibus hic neſcit muliebrem accendere amorem:
Namq; caret iaculo: quod cuſpidę fulget acuta:
Plumbea tela tenet: miſerum quis pellit amorem
Foemineum: mundi fugat & mala cuncta caduci:
Huic pia tęla crucis manibus pedibuſq; cauatis
Splendeſcunt claui: longini pectore fulget
Haſta uehens undam currenti ſanguine mixtam:
Omnibus his rebus miſeris miſerabilis ipſe eſt:
Huicq; patens ideo perſtat compago lacertis:
Quilibet ut portu ualeat tranare ſalubri.
Ad pictorem iuit demon dum pingere gaudet
Reginam coeli nitidam: cui talibus inſit.
Tam pulchram effigiem pingis cur uirginis almę?
Me uero turpem atq; omni ſqualore refertum?

Reſpondit pictor. Quod ſplendens uirgo Maria
Prę ſuperat cunctas coelo & tellure morantes
Matronas: tanta eſt uenerandę gloria formę.
Bellua detereor cunctis aſt ipſe ferinis:
Nulla manet terrę ſpecies te turpior uſquam.
At Sathanas tali commotus uoce tumeſcit:
Ponteq; quo uoluat percuſſit uerbere magno
Pictorem. caderet pictor ni uirgo decora:
Quam pingit manibus tenuiſſet lubrica membra
Atq; tetendiſſet palmam. Tunc cernere poſſes
Demona confeſtim calidas tenuiſſe tenebras.
Reddidit at grates pictor perſępe Marię
Quod pietate illius caſu miſerante leuatus
Diro: quem demon uiolenter ferre uolebat:

¶ Concluſio.

Dum bona mortales peragunt: tempſiſſe pericla
Sęua queunt: demon nanq; nocere nequit.

¶ Miraculum decimum.

I Nſcriptum annales ſeruant hoc uirginis altę
Miraclū pollens inſano & feruore canēdū.
Ante hac quę cecini fluuios miracula ducas
Quęq; canam. ſed in hoc pelagus ſe continet amplū.
Per fluuios cimba tranaui tutius. at nunc
Inſtabiles trano ſirtes ſęuamq; caribdim
Et ſcyllam. Aemonia me Tiphim nunc decet alta
In naui ſtantem bene remos ducere: ne ſe
Contrahat in ſcopulos puppis ruitura tremendos.
At quoniam uires nequeunt me ducere tutum
Exiguę (iuuenis nimium nam fortiter audax
Accepi remos cum bis duo luſtra tenerem
Si demas annum) coeli regina nitentis
Accurras claſſemq; tuam des ponere portu
Tranquillo. Duce te potero ſuper aſtra uolare

Et Siſto:poteroq; ſimul uolitare per ora
Cuncta uirum uictor.coelo tibi mitto camoenas
Virgo meas:cantant tua quę miracula dulce
Rore tuo plenę:quem coelo mittis ab alto:
Tu me Pierio extendis Cirraq; madenti:
Ante meos oculos nigris quoq; ſe nemus altum
Caſtalium tenebris librato pondere ducit:
Teq; iubente nouem muſę mibi uirgo recurſant:
Inuaduntq; meam mentem:calamoq; fluenti
Torrentem elloquii prębent:doctamq; Mineruam
Cordibus infundunt noſtris:ne manet ab ore
Quicquam:quod poſſit uox publica roddere lima
Arguta:reſecat dum ſcabros ordine callos
Dente truci:quo nos uti curabimus ipſi:
Ne ſęuire queat uox,inuida ſęuius ęquo.
Sic pergens potero uictor uolitare per orbem
Terrarum totum laudatus uocibus amplis:
Teq; coronatus repetam mea patria dulcis
O Mediolanum. Te gaudia uera iuuabunt
Cum me conſpicies bedera pallente decorum.
Nec tu Mezagum(lateri quę accingeris urbis
Naſcentem uerſus ſolem:qua labitur undis
Abdua conſpicuis:ubi regni terminus aſtat
Noſtri cum Venetis)noſtra ſis mente relictum:
In qua ego ſum natus ſemper mibi terra beata es:
Te ingrediar primus caput accingente corona
Ex foliis bederę pallenteq; imagine uultus:
Augeboq; tuam componens carmina famam.
Si modo Siſte meis toto uenerandus in orbe
Egregius paſtor digneris currere coeptis:
Quod facies ſpero:tua nam ſunt corda Marię
Addicta:eſt opus boc certe quod canto Marię:
Quam tu corde tenes ſemper dominamq; colendo

Templa facis Romę: (quanta eſt prob gloria Siſti)
Quę tangunt coelum ſcallaſq; parare uidentur:
Quis iter excelſum planato tramite ducas:
Siſte tuos:ducaſq; tuum:qui iuſſa tonantis
Te duce perficiunt:bona teq; exempla ferente
Accipiunt:ouibus ueſtigia dantur babenda..
Paſtoris clari ducentis limite recto
Virtutis cunctos:ſic ſcandes ſidera lętus.
Preterea miſerans miſeris ſuccurris egenis
Siſte decens:urbemq; tuam:totumq; ſenatum
Auges.Cęſarei ſi nunc fruerentur in orbe
Induperatores uita:prob gloria Siſti
Exclament quanta eſt terra lucentis in omni:
Hic radios mittit ueluti ſol clarus olimpo:
Hoc duce tota fides:Chriſti quoq; ſecta tonantis
Alma pii nitida eſt:forti & munita decore:
Fama uolat ſplendens cuius laudata per orbem
Qua radios mittit qua ſol deponit amoenos:
Perſea quę celeri uolitantem deſuper altum
Aera conuincit curſu:quamuis equus ipſum
Alatus portet:rapidos & linquat abneſans
Per ſpacium uentos longum:tamen ampla colendi
Fama magis uolitat Siſti lucidior aſtris.
O tibi Biſſe deus longiſſima fata miniſtret
Si clęmens:quanto laudabis carmine Siſtum.
Vincentur ueteres qui cantauere poetę.
Nanq; ego uera canam:nec me mendacia tangent:
Quis ueteres pleni fraudantes corda uirorum:
Hi cecinere iouem:Chriſtus mibi nempe canendus:
Hi ueneren:mibi ſit coeli regina canenda:
Hiq; deos pictos nulla ratione uigentes:
Quis deſunt aures:quis ſenſus:quis quoq; lingua:
Quos portare pedes nequeunt:qui tangere quicquam

Non poſſunt:guſtuq; carent·mihi regia coeli
Tota ſit in uerſu:laudabo & carmine Siſtum:
Regia cui cordi manet inſignita:bonorum
Immenſis cumulis:qui in mundo ſtare uidetur:
Sed manet in coelis:cum mens ſit ſemper in illis.
Iamq; dei iuſſu coelo ſtat celſa parata
Digna uiro ſedes tanto:quo rite regente
Eccleſiam angelicę ſedes in limine coeli
Implentur uacuę:uacuas quas liquerat olim
Pręcipitata cohors:domino ponente ſuperbo:
Ad boream ſedem:ſimilem ſe dum putat eſſe
Illi:a quo fuerat formatus imagine quondam·
Deuia iamq; ſatis me perduxere camoenę
Siſte pater mundi·me ad prima exorſa reducam:
Mox aliud dabitur tempus mihi:carmine quo te
Extollam nitido·Tu coeptis labere noſtris·
Tempore:quo excellens Romani gloria regni·
Gallorum regi quondam traducta potenti eſt:]
Induperator erat quidam qui coniuge prolem
Foemineam grauida pulchram ſuſcepit:at acri
Cum partu coniunx periiſſet prima:ſecundam
Accipit uxorem niueo candore refertam:
Et mixtam rubeo:qualis color ipſe roſarum eſt:
Pęſtano gaudent quę cultu ſurgere lętę:
Adde quod in membris iunctim ſtatura uigebat:
Nec poterat uicio quiſquam ſua tradere membra·
Huius fama uolat quantum uolitaſſe refertur
Fama Helenes quondam:quin coeco ardore uidendi
Hanc plures patriam liquerunt ſit uia quamuis
Innumeris gradibus:nec limite cognita certo:
Qui cum ueniſſent mirantes ſępe uenuſto
Reginam uultu tali ſunt laude ſecuti·
Hac non ulla manet ſub coelo clarior ipſo:

Reginę egregio tantum decus enitet ore:
Vt quamuis doctus poſſit deſcribere nemo·
Filia ſed regis ſi uiuet pulchrior ipſa eſt·
Induperatricem commorunt talia dicta:
Cum ſibi non aliis laudes cantarier ardet·
In quod non facinus tam ſęua ſuperbia formę
Nobilis exagitas muliebria corda ferendo
In laudes:auide blando munimine mentis·
Ergo mox tumida conuoluit concita ab ira
Clam ſecum fraudes cupiens regina necare:
Demonis impulſu & magno uexata furore:
Hanc cuius certe eſt poteritq; nouerca uideri:
Huic fortuna tulit caſum:quo non fuit alter
Aptior ad facinus prępoſtum ſępius ante·
Exierat patrię nam rex cum milite fines·
In mentes hominum Sathanas cum crimina ponit
Ad facinus caute ſcit prudens cernere tempus
Quod facit:& lignis bene ſcit coniungere flammas·
Ergo reginam dum tempus continet aptum
Incendit flammis ſtringendi cęde puellam.
Liuida quę rigidos homines uocitauit in arma
Ad crimen fidos:famuli qui nempe fuere
Archanum his aperit proprium:iurare coegit
Pandere non ulli ſucceſſu temporis illud:
Illi inflammati dominę ſeruire nefandę
Iurarunt:his tunc atrox quę talia fatur.
Eſt nemus umbroſum:lateri quod iungitur urbis:
In quo queq; manent animalia dente timenda
Obliquo:uulnuſq; ferunt truculentius enſe:
Illuc ite citi illuc turpem ducite nympham
Et mactate:feris lacerandam linquite luco:
Peſſime nam uiuit:pater hoc ſi ſciret iniquam
Cum manibus propriis uita ſpoliaret iniqua:

Poſt mihi ſerte manus conciſas morte per ēptam
Vt uere agnoſcam:poſſim quoq; dicere fidos
Eſſe mihi famulos:mea qui mandata faceſſant:
Qui quam mandaui miſerunt protinus orco·
Talia dictabat cęco regina furore:
Pectora proh iniuſtę quam ſunt truculenta nouercę:
Quę tantum iuſſiſſe nephas·tamq; horrida dictu
Et uiſu potuit·pudeat iam ferre nouercam
Vxorem quenquam:ſi flagrat uiuere prolem
Vxoris primę·inuenta eſt bona nulla nouerca
Cęlibe ianq; homini pręſtat deducere uitam
Viq; thoro:lateri quam iungere demona turpi:
Inuiſum eſt cunctis nomen crudele nouercę·
Ergo latrones iuſſos mora nulla tenebat
In nemus accelerant pulcham ducendo puellam:
Perq; uiam capiunt:melius quo occidere poſſint:
Conſilium:ne quis ſceleris pręſentiat acta·
Iam loca iam ſubeunt nemoris deſerta:uidere
Hanc iuuat orantem ſincera mente puellam:
Quę lacbrimas fundit:rogitat quę uoce Mariam
Feciſſet lacbrimis lacbrimas effundere ſaxa·
Omnia dura queunt lacbrimę mulcere fluentes:
Sępe preces ſuperant:ſuperatur mira loquendi
Ars·Quid non lacbrimis ſeccedere poſſe uidetur?
Qua pietate animos famulorum ninpha mouebat:
Cędere iam renuunt·ſed ne regina queratur
Dira:manus cędunt ambas ut iuſſerat illa·
Lętanter regina manus:portante caterua
Latronum abſciſſas tangit:gaudetq; uidendo·
Proh ſcelus infandum tam ſunt ne immania corda?
Vt tribuant oculis mortem ſpectare cruentam?
Crimina nonne ſatis ſunt ni ſit iuncta uoluptas?
Quę duplicat noxę geminato pondere labem·

Siluis ſola gemit famulis deſerta puella:
Clamitat atq; alta uocitando uoce mariam·
Deprecor auxilium medicamen mitte dolori
Pauca tulit lacbrimans·precibus mox ordine factis
Confeſtim auxilium demiſit uirgo Maria·
Nanq; ducis natus quidam deſerta meabat
Illa per:& ſenſit rauco clamore puellam
Orantem totiens·o uirgo ſplendida coeli
Affer opem :miſeręq; mihi ſuccurre dolenti:
Concaua ſaxa ſuę uoci reſponſa dederunt:
Et quaſi ploranti auxilium conferre uolebant·
O genus humanum ſaxis immanius eſne?
Te pietate ſua uincunt ne o ſaxa nouerca?
At dux conſequitur uocem cum milite multo
Et uidet orantem pręſtanti corpore ninpham
Atq; manus truncam:qua tunc pietate uideres
Hunc regem motum·lacbrimans qui ſępe puellam
Aptat equo:propriaſq; gemens deduxit ad oras·
O quanta es iuuenis dignus mihi laude ſequendus:
Cui duce nobilitas:pietas cui corde repoſta eſt·
Hunc iuuenem lector(poterūt mea carmina ſi quid)
Aeternum facies:& ab hoc pietare micabis:
Archetipum deceat pietatis ſumere clarum·
Ninpham equites rogitant cuius ſit nata?quid illuc
Venerit:& tanto iaceat cur preſſa dolore?
Sed nihil illa refert:reginę cętera mandat
Coelorum·ſubeunt equites iam moenia:princeps
Aegrę adhibet medicos quorū medicina ꝓbata eſt·
Sana fere hęc ſupplex orabat numina diuę
Virginis:& patiens tantos geſtare dolores:
Atq; aperit nulli cur fata miſerrima paſſa eſt:
Induperatoris natam ſe nec tulit eſſe:
Ipſa ſed in cunctis mandat ſe & cuncta marię:

Corpore pręſtanti elloquio·facunda uigebat:
Aſſidueq; deo ſupplex·pulcherrima uiſu
Dicitur a·cunctis manibus licet illa·careret·
Illam ardere ducis natus non ceſſat:amorem·
Ipſe ſuum pandit patri:pro cõiuge poſcit
Legittima·prohibet genitor connubia nato·
Talia:nam mancha eſt genitor nec noſcitur huius·
At ninphę iuuenis maiori ardore tenetur:
Sępius atq; petit patrem pro coniuge ninpham:
Atq; illum·inſtanti tandem·prece·flexit :habetur
Connubium:lauta cantantur carmina menſa:.
Perq; urbem ciues incedunt tempora uincti:
Omnes lęticię genioq; dabantur amici:
Hic cythare:hic litui:hic reſonat genus omne tubaꝝ
Hicq; lyrę:& cantus:Iuuenes duxere choreas·
Cum ninphis:qualis muſarum turba ſub alto·
Parnaſo ſaltat trepido dans gaudia ſaltu:
Sic una celebrant omnes conuiuia lęti:
Annuit his chriſtus coelo cum uirgine clara·
Mente tene lector nobis quę dicta fuere:
Matn redeo ad patrem pulchre:quę eſt nupta:puellę·
Cui:poſtquam in patriam rediit caroſq; penates:
Multa ſuper natam rogitanti ſępius:ipſa
Inuida·reſpondit lachrimans regina:malorum
Quę cauſam tribuit ſe non·uidiſſe puellam:
Et qui rapuerit·ſe cognouiſſe negabat.
Foemina·fallaci ſtudio componere technas
Nititur:& lachrimis ſimulato pectore in artem·
Fingere ſe:uerbiſq; fidem ſcit iungere fictis:
Et ueluti fuco facies ornata niteſcit
Fallere ſic docta·eſt fucatis foemina uerbis·
Amiſſam interea·natam rex luget:& omni
Tempore collachrimat:quod nuncia nulla ferunt:

Quę inuentam referant aliquo ſolamine natam
Conterit aſſiduo moerens ſua pectore:fletu·
Regia quod cernens animum conuertit in artes
Ludorum coniunx quis det ſolatia regi
Et tantum ualeat fallax lęnire dolorem
Cum procerum turba troianum conſulit agmen
Ipſa parare cito·tanta eſt ſolertia mentis
Qni fraudant aloe uafri ſunt iungere mella
Mittitur ergo uolans uicinas fama per urbes
Ad regem ut ueniant equites fulgore micantes
Armorum:renouent troianniq; agmina ludi·
Tunc duxi(cuius habet natus pro uxore puellam
Alterius regis:celebrat qui ex ordine ludos)
Donat adire ſuum robuſto corpore natum
Dardonios ludos:quoniam non arma ſenilis
Contrectare poteſt ętas·tunc filius inde
Diſcedens patri commendat nomina carę
Coniugis:& iuſſum tandem contendit ad agmen
Vxorem linquens grauidam:petit atria regis
Milite cum forti·iam fixi tempora ludi
Adſunt·per plateas concurrunt bella gerentes:
Hos omnis ſuperat cui nupta eſt regia uirgo:
Quem rex conſequitur·magno lętatus honore:
Atq; dolorem acrem iucunda in gaudia uertit·
Interea coniunx:grauidam quam liquerat ille;
Enixa eſt geminos pleno de corpore natos
Vultibus angelicis:tanta eſt concordia formę
Maternę·genitor nato noua lęta remittit
Milite:qui miſſus uolucris·contendit in aulam·
Quem regina uidens mox ad ſe iuſſit adire:
Vt noua ſi qua forent(longis nam uenit ab oris)
Diceret·ille refert iuſto res ordine cunctas:
Scilicet ut peperit natos regina gemellos

Quę manibus mancha eſt. At fert regina calentes
Suſpectus: ne ſit u irgo quam iuſſerat olim
Mactari in ſiluis: equiti dehinc talia mandat.
Vade age iam ad dominum: fide cum ſolus abibis
Huc redeas oro. famulus diſcedit: & aulam
Ipſe ducis repetit nati: cui littera patris
Traditur: hanc totam lętanti fronte legebat
Vxorem geminam legit de corpore prolem
Miſiſſe: o quotquot iuueni tunc gaudia ſurgunt:
Qui gaudens aliam patri reſcripſit habendam
Litterulam: ſcriptę cui ſtat ſententia talis.
Care pater natos placide cum matre gubernes
Viuere ſi flagras: ſi me contingis amore:
Si ſecus hoc facies ad tę nunquam ipſe redibo:
Nunquam me aſpicies: hęc dat chirographa ſeruo.
Qui induperatricem primo: quod iuſſerat illa:
Lętus adit. uultum monſtrat regina ſerenum
Huic fallax: uinum multę uirtutis ad ipſum
Ferre iubet famulos: iuuenis quo protinus hauſto
Bachatus dormit naſo ſtertente ſonorum.
Occidis mentem uinum ni lympha ſoror ſit
Mixta tibi prodeſt una concordia ueſtra.
At regina illi manibus chirographa uellit:
Certa fit his lectis: dubium nec mente pererrat
Amplius: & reſecat quę ſic inſcripta manebant.
Vxorem curato meam natoſq; gemellos
O pater. his raſis ſubtilliter addidit iſta.
Cum natis matrem meretricem cędito: nanq;
Heu peperit natos furtis ſcelerata gemellos.
Vtq; prius clauſit dehinc ſeruo ſcripta rependit
Regina: & proprios iuſſit rediiſſe penates.
Quid uicium ſtolidi facientes uſq; latere
Credunt: ſi uicium proprio ſe crimine pandit:

Pectore ſi uitium uoluant non poſſe latere
Non faciant uitium: fugiet quoq; coeca libido.
Sit pudor ante ipſos: ardet cum mente fauilla:
Poſt factum pudor eſt pro crimine habere pudoreꝫ.
At relegenda duci dat ſeruus ſcripta reuerſus.
Concitus haud ira eſt dux: quanquam littera nati
Lecta ſibi fuerit: cunctos ſed conuocat una
Confeſtim famulos: cunctas quibus ordine narrat
Res triſtis: famuli temere coepere nefandum
Conſilium: ut nemori cum natis pulchra puella
Dilaceranda feris portetur. rex probat iſtud.
At loca crudeles famuli per deuia ductam
Deſeruere feris auido cum dente uorandam.
Clamitat hęc ſiluis lachrimans deſerta uigoſis
Andromede ueluti ſaxo religata marino
Expectans auidi piſcis moritura cruentos
Dentes: cum tendit lachrimans ad ſydera palmas:
Sic nimpham tremula uidiſſes uoce rogantem:
Dum timet in ſiluis animalia currere poſſe:
O uirgo miſerere mei miſerere meorum
Natorum: & tanto digneris ferre periclo
Auxilium: quoniam te ſolam ſemper amaui.
Talia cum lachrimis fundens deuenit ad antrum
Cuiuſdam ſancti: quam cum uidiſſet habentem
Amplexu natos: pietate eſt uiſcera motus:
Inq; ſuam ducit cellam: letuſq; miniſtrat
Pauperiem: tribuit quam Chriſtus ſydera ſeruans.
Dum rogat hęc feruens: aduenit tempore noctis
Vera dei genitrix: magna comitante caterua
Angelica: & triſtem ſolata eſt uocibus iſtis.
Filia ne plores dulciſſima: gaudia ſumme:
Ianq; manus capias coeleſtes: quod liquiſti
Terrenas quondam ſęuo mucrone reciſas:

Ergo bilaris maneas tibi nunquam gratia noſtra
Deficiet:tantum capies quantum ante tenebas:
Reddeturqꝫ iterum coniunx tibi regius:illo
Lęta eris:& dabitur ſolito tibi gloria maior.
His dictis uirgo conſcendit ſydera coeli
Angelica comitante manu:antrum ninpba ſubiuit
Cum natis:uiuens nullo depreſſa dolore:
Atqꝫ dei matrem laudat:ueneratur & ambit.
Interea coniunx troianum deſerit agmen:
Annum qui fuerat blandi in certamine ludi:
Qui in patriam poſtq̄ rediit de coniuge quęrit
Et natis:genitor cui mox cbirograpba pandit:
Quę mactare ſuam crudeli cęde iubebant
Vxorem & natos:ninpbam iugulaſſe negabat
Se in ſiluas miſiſſe tulit:quo protinus illa
Decidat in mortem rapidarum dente ferarum:
Atſiuueni micuit corpus:quod frigora pulſant:
Oſſaqꝫ concuſſit tremor:ac in uiſcera ſęuit.
Ad ſe uix tandem rediit cum milite multo
In ſiluas properat conſortem querere flagrans:
Quęritat banc ſiluis:paulatim tendit ad antrum.
Hanc uidet:bancqꝫ manus cernit ſumpſiſſe decoras:
Quo dolor extiterat maior tanto magis alta
Lęticia exoritur:maiora & gaudia perſtant:
O iuueni quotquot conſurgunt gaudia lęto
Si mibi centenę uoces:centena ſonarent
Ora:meo fluuerent ſi gutture carmina centum
Dicere non ualeam:leni nec promere uerſu.
Gręcia multiloquum iam nunc buc mittat bomerum
Mantua fer doctum da doctum Sulmo poetam:
Statius buc ueniat:ueniant quicunqꝫ poete:
Hi tamen boc referent:quod ſcribens tartara doctus
Doctorum princeps dum ſcandit carmina ſexti

Coniuge comperta iuuenis ſcit reddere grates.
Eximias ſancto:ne ingratus poſſit baberi:
Hinc corde exultans patriam ſe contulit ędem
Coniuge cum lęta properans natiſqꝫ gemellis
Collacrimant omnes:omnes & gaudia fundunt.
Fletqꝫ puella ſimul memorans miracula diuę.
Sternunturqꝫ tori tbalamis pulcbriqꝫ tapetę
Et celebrant ciues aula conuiuia tota:
Ante tamen ducibus cum regibus undiqꝫ ductis:
Cum comedunt omnes lacbrimatur ſola puella
Et gemitus fundit miro de uirginis altę
Atqꝫ coram cunctis exultans talia fatur.
Hactenus o ciues tacui miracula diuę:
Tempus adeſt foelix quo poſſum farier ipſa.
Induperatoris fulgenti ſtirpe creata
Ipſa fui tanto infoelix agitata periclo
Reginę inuidia:nanqꝫ eſt mibi ſęua nouerca:
Virginis at tandem meritis defuncta Marię.
Dixerat:& totum narrauerat illa Marię
Ordine miraclum:populo faciente coronam:
Tum circunſtantes grates egere benignas
Vſqꝫ deo:multumqꝫ ſtupent de munere tali.
Filius nat regis generoſa mente redundans
Induperatoris legatum iuſſit adire
Atria: qui doctus res cunctas ordine narret.
Induperator lętanter tunc talia noſcens
Ad ſeſe ire iubet generum comitante caterua:
Cum dulci nata famuliſqꝫ ex ordine ductis.
His factis ſęuę peccata baut latuere nouercę.
Nam iubet in medium plateę dux ducere faſces
Lignorum famulos:medio regina crematur
Inuentrix ſcelerum. Tantum mala culpa tonanti
Diſplicet ut nemo ualeat uitare pericla.

Nam pede cum claudo ſceleratos poena relinquit
Nullos:cum uitium creſcit pes tenditur ipſe
Atq; gradu celeri comprendit quod cupit uſq;.
Sic tua dux ſceleris ſic crimina prenſa fuere.
Diſcite mortales quid prodeſt uiuere recte
Et male quid noceat:deuoluite & ultima uitę
Sic uitare licet quę nunquam temnitis ipſi
Crimina:ſic coelos conſcendere poſſumus omnes:
Et laudare dei matrem:quam pulchra puella
Coniuge cum claro laudabit in ętbere ſemper.

¶Concluſio.

Inuidia alterius ne des tua corda furori
Cędendi quencquam:quod facis accipies.

¶Miraculum undecimum.

Icta iacet morbo mulier depreſſa grabato:
u Quę chriſti matrem multo ſectatur amore:
Preſbiter huic egrę ad lectũ libamina portat
Corpore cum chriſti:conſpexit forte Mariam
Ad ſpondam lecti ſolantē triſtia fata
Aegrę:ne timeat cum ſemper ſit ſibi iuncta:
Quę cito ſurrexit natum reuerenter adorans.
Preſbiter attonitus magno ſplendore tremeſcit:
Viſcera mox illi implentur dulcedine magna:
Nanq; uidebatur paradiſi ſede manere.
Tradidit infirmę corpus:ſic deinde ſacerdos
Alloquitur placida ſanctam cum uoce Mariam.
O matrona mihi ſemper ueneranda:quid ipſe
Hoc tantum merui:cui uirgo talia fatur.
Hęc mulier quoniam tribuit mihi ſemper honores
Ipſa meum meruit donum.nam nempe ſalutes
Quottidie centum puro fundebat ab ore:
Tu quoq; ſic facias menti parendo tonantis:
Quod potes:ecce ambo ſcandetis gaudia coeli:

Ipſa ad te ueniam nati cum iuſta uoluntas
Iuſſerit:atq; animam claro donabis olimpo.
Hactenus:atq; animam muliebrem ſumpſit: & altos
Conſcendit uirtute polos:fert munera nato
Hanc animam:ſtellis quę ſit lucidior ipſis.

¶Concluſio.

Si bene dum uiuis facias:te uirgo benigna
Morte petet:donum deinde tonantis eris.

¶Miraculum duodecimum.

Eſeruit quidam gazę quodcunq; tenebat
d Pauperibuſq; dedit:ſolo contentus aſello:
Quo fertur mundi partes cũ pergit in omnes
Verba dei uulgans hominum per corda bonorum:
Semina ut agricolę ſpargentes pinguibus aruis
Meſſe legunt ſegetem:quę montes uincit aceruo:
Humano generi ſic prędicator in omni
Parte ſerens orbis fructum dat mentibus amplum:
Quo coelo tandem lętus queat ipſe potiri.
Sed dum uerba die domini quę ſtructa fuere
Mente rogans dicit cura detentus aſelli
Sermonem aut meditans populum dũ uult docuiſſe:
Quid meus hic inquit nunc manducabit aſellus:
Quiſue meum ſeruus cras accurabit aſellum!
Cum duo uerba rogans dixit ſe uertit aſelli
Ad curam:ſtudio mens faſtiditur inani:
Nec ualet heu dominum feruenti uoce rogare:
Cogitat excelſo qui uult ſeruire tonanti
Oportere dei:quodcunq; eſt linquere:amore:
Et mentem uacuam mundanis rebus habere:
Sit nudus:dominumq; pium conetur amore
Amplecti:ſeipſumq; neget:chriſtumq; ſequatur:
Atq; crucem illius portet per talia uoluens
Ipſe animum ſanctus pigrum ſic fatur aſellum.

Dum rogito partem maiorem percipis ipſe
Verborum:nimia eſt certe mea cura ſuper te.
Dixerat:atq; animal quo mens feruentior eſſet
Vendidit:& nummos chriſti largitus amore eſt
Pauperibus:claram ſed dum pertranſit ad urbem
(Ah pudet:& dicam promiſi dicere uera)
Obuius accurrit iuuenis:qui ſępe rogando
Poſcit ut ęgroti lectum dignetur adire:
Struxerat inſidias iuuenis:quis fallere poſſet
Hunc ſanctum:ſociiſq; ſuis dare gaudia riſus.
Accelerat ſanctus:dirum tunc ipſe lupanar
Proſpicit:accurrunt meretrices uincula culpę:
(Ducere nam ſanctum iuuenes in crimina temptāt)
Attonitus faciat quid ſanctus:neſcit:at intus
Spiritus huic tribuit monitum:qui deinde profatur
Dum meretrix illi uim confert criminis atri.
Me duce iā thalamū: ſi qua eſt hic foemina flagrās
Dulce decus ueneris: ſubeat.cui paruit una
Foemina:quę credens coitus ſentire nefandos
Audit ab ore uiri uenientia talia ſancti.
Foemina:quę es laqueus cunctis dās dira pericla
Pręcipiteſq; trahens cunctos ad tartara ditis:
Nonne deum credis uindictam ſumere de te?
Et te uincturos mortis cum uenerit hora
Demonas infernos?iuſtum uenerare tonantem:
Et geme:nanq; tibi parcet.Sic nempe gemendo
Magdalena ſuo ueniam de crimine ſumpſit:
Sic petrus:dominum quamuis ter uoce negaſſet:
Accepit ueniam:dum crimina deflet amarum.
Dixerat hęc ſanctus flamato corde monendo.
At meretrix gemitus contrito pectore promit:
Cui lachrimę creſcunt:nili uelud unda tumeſcit.
Aluum cum linquit:campoſq; peragrat in omnes:

Ad uocem illius meretrices undiq; currunt
Mox alię:moeſtaſq; ferunt de pectore uoces:
Paſſio tunc illis a ſancto proditur:alta
Quam cruce perpeſſus chriſtus dum flagrat habere
Conſocios quondam paradiſi ſede manentes:
Scripturamq; aperit totam puro ordine ſacram.
Illis magnus amor calido feruore fouebat
Pectora:conſtituunt mūdanam linquere uitam.
Quam bene ſermo metit fructum cum manat ab illo
Cuius uita docet quod uerbis manat ab ipſis.
Ergo ubi tam dirus fuerat locus atq; nefandus:
Illuc ſanctus homo muliebria clauſtra redegit
Et quod lucratę meretrices traditur omne
Pauperibus:teneant ne gazam corpore adeptę:
Quę fuerant turpes monacę ſunt:mœnia ſurgunt
Ex nummis multos:quos offert nobile uulgus:
Non tam ſurgebant clarę cita pergama troię:
Cum ſe ſaxa locant phebo pulſante canorum:
Moenia quam ſurgunt dominę conſtructa Marię.
Ergo ſuas omnes curant concludere natas
In clauſtro:uitam quo poſſint degere ſanctam.
Nobilis impoſuit quidam:quam diues habebat
In clauſtro natam ſolam cum corpore paruo:
Corpora cui quantum creſcunt tam forma reſurgit:
Lumina pręcipue:quę ut coeli ſydera fulgent:
Si romona decens poſſet lucrecia cerni:
Tu tamen hac (dices) nulla eſt formoſior uſquam:
Hanc omnes monacę ſincera mente colebant.
Quam genitor moriens heredem liquit:ut illa
Aſſignet monacis gazam qua uiuere poſſint.
Ecce Richardus adeſt qui rex frenare britannos:
Et cuius:leges populo prudentia tanto
Pręhebat:iuſſiſq; ſuis terra illa fauebat:

Qui natam huic clauſtro cupiebat iungere caram
Cum monacis dum uerba refert iam dicta puella
Reſpicit hunc:gaudetqꝫ uidens:& regia ſępe
Ornamenta probat capitis diadęmata cernens.
Dum rex ſe cerni nouit feruore tenetur:
Concuſſuſqꝫ iacet tęlis non caſtus amoris:
Miratur ninpham gaudens:& pectore uoluit
Quanta ſit huic forma & ueneris libamina nigrę:
Hinc abit:& celeres legatos mittit ad ędem
Clauſtrorum:poſcant qui uiſam fronte puellam:
Ni tribuant clauſtrum promittit frangere:ſeqꝫ
Mox ui rapturum.Quod dum peruenit ad aures
Ninphę:legatis inquit.mihi dicite docti:
Quę mea forma mouet?maieſtas regia quidue
Quid magis ex optat?reſponſum tale dederunt
Legati & ninpham ſectati uocibus iſtis.
Sunt oculi nimium claro fulgore nitentes:
Qui regi tantum tribuerunt corde uenenum
Lucida cum uidit te uoluere lumina princeps
Arſit amore tu:ueluti fax pinea magnis
Stans accenſa deis toto dans lumina templo.
Talia legati dicebant.Nimpha ſed inde
Diſcedens:thalamo fortis concluſa reuellit
Lumina(dum ſtatuam miratur uirginis almę)
Quę inuoluens panno legatis tradidit ipſis:
Hęc dicens.Domino iam lumina tradite ueſtro:
Hęc uideat:tangatqꝫ ſimul:iubiletqꝫ uidendo:
Deqꝫ mea capiat iucunda leuamina forma.
Laudibus o magnis extolli digna puella:
Quę facinus clarum pollens fortiſſima uerbis
Fortibus illuſtras:non te lucrecia maior
Ipſa fuit:quamuis ſua pectora tranſeat enſe:
Illa prius ſtuprum ſenſit:Tu non modo ſtuprum

Euitas:ueniam ſed regem poſcere cogis:
Iuſſa dei ſequeris:mundo qui dum manet inquit
Si menti pariat lumen tibi crimina uelle.
Regi oculos portant legati protinus ergo.
At rex attonitus:dum cernit lumina ninphę:
Moerens ad clauſtrum celeri ſe corpore portat:
Ante ipſas deflet monacas:ueniamqꝫ petendo
Cum monacis intrat templum:lachrimanſqꝫ reponit
Ara oculos ninphę:quotiens hic plorat acerbum
Effundens gemitus:fert ſe nunquam inde abiturum:
Hoc iure affirmat iurando ſępius ipſum:
Lumina ni uirgo reddat pręclara puellę:
Talia conuoluens ſtabilis reſidebat in ęde
Ante deam plorans ueniam & de crimine querens.
Mox aris ueniens deſcendit uirgo Maria:
Que capiens oculos capiti conſeruit apte
Ipſius ninphę uideas nunquam eſſe reuulſos.
Sidera poſt repetit uirgo:laudantibus ipſam
Quę ſtabant.proprias rex ſe conuertit ad oras.
At ſanctę uiuens cui lumina tradita ninpha
Aetheream in ſedem magno fulgore recepta eſt.

¶Concluſio.

Pauperibus tribuens mundo quęcunqꝫ relinque:
Te chriſto uouens turpia furta caue.

¶Miraculum tertiumdecimum.

Lericus in multo uiuebat crimine uinctus:
c Qui quãquã immani pollutus crimine perſtet:
Attamen & dulci & pura cũ uoce ſolebat
Fundere uirgineas ſincęra mente ſalutes:
Quas Gabriel quondam coelo demiſſus ab alto
Ad nazaret cecinit portans noua lęta Marię:
Heu caput huic miſero truncauit liuida turba:
Et male quod uixit prauus prohibetur habere

In templo tumulum:tumulus tellure profana eſt.
At celeri properant paſſu triginta uenire
Ecce dies·ſomnum captanti talia uirgo
Clericulo cuidam·Cur non mea templa reſeruant
Clericulum quondam fundentem uerbula ſacra?
Eſt ne hoc(dic)pretium uirtuti quod datur almę?
Vt qui me laudet poſitus tellure profana eſt?
Dixerat hęc uirgo.ſomno ſed clericus ipſe
Exurgens·O uirgo(refert)quis clericus iſte eſt?
Dic nobis:nam mox templo tumulabimus ipſo:
Illa refert:Quem mors terdenas lurida luces
Extinxit:ſubito uellantur corpora terra:
In templo & maneat:ſeruus nam fidus in omni
Tempore ſeruiuit gratas mihi dando ſalutes:
Dixit·& in coelum uolucri ſe contulit aura·
Mane leuant cuncti uellentes corpora iuſſa
Preſbiteri:inueniunt florem qui manat ab ore
Clericuli:inueniunt linguam quę uiua uidetur:
Integra ſicq; manet·quanta eſt proh gratia linguę
Illorum laudant matrem qui ſępe tonantis·

¶Concluſio·

Crimina deſtituas:matrem laudato tonantis:
Sit tibi:quam laudes dicere lingua:uiuet·

¶Miraculum quartumdecimum·

Irgo fuit quędã antiſtes: q̃ in clauſtra tenebat
u Cum monacis neptẽ:cunctas in pace regebat
Antiſtes monacas:neptem curabat amore
Feruenti ad dominam ſua iungere corda Mariam:
Ambę uiuentes magno feruore tonantis
Laudabant una dominam:quę cęlica regna
Poſſidet:& chriſto ualde lętatur alumno·
Clericus at quidam iungebat uerbula nepti
De chriſto:pariter gaudebant ſępe loquendo

De rebus ſacris:Sathanas quos uincit amore
Luxurię telis uenientibus undiq;:iamiam
Turpia uerba ferunt cęci caligine amoris:
Iamq; amor heu turpis crimen non ferre uidetur·
Crimina ſunt quędam ſuperantia crimina quęq;:
Quę cum placuerint homini nõ crimina habentur:
Non tamen ipſe hominem uitium tam credo latere
Vt non percipiat quando exagitatur inique:
Sed uitio tenebris ueniens immenſa uoluptas
Occupat:& uitium uitium non creditur eſſe·
Ergo ambo ueneris guſtarunt dulcia furta·
Poſt neptis uoluens mortalia crimina de ſe
Emanaſſe:gemit e mortis compreſſa dolore:
Ponitur in lecto:flagrat peccata fateri·
Quid faciat?neſcit:ſileat ne an crimina pandens
Preſbitero:accipiat ueniam?pudet edere crimen:
Quod bona credatur:mala poſt credetur ab omni·
Hãc pudor heu prohibet ueneris monimẽta nefandę
Pandere:Nam demon peccantibus ipſe pudorem
Aufert:quem reddit cum crimina ſęua fateri
Inſtituunt:hęc ſic uult crimina dicere facta:
Sed pudor heu prohibet:moritur quę crimine tali
Tartareas fauces deſcendens triſtis ad imas:
Vnius puncti ſpernens habuiſſe pudorem:
Ignibus ęternis tormento angetur atroci·
Moeret at antiſtes:lachrimis & uoce Mariam
Orat:ut accipiat ſit ubi ſua mortua neptis·
Anno tranſacto illi uenit uirgo Maria
Sic dicens(uenias ſi mecum)cernere neptem
Ipſa tuam poteris:uenias te pręuia ducam:
Dixerat·oſtendit tenebras & tartara ditis:
In quibus innumerę gentes tormenta gerebant:
Oſtendit puteum multo fetore refertum:

In quo neptis ineſt calido combuſta dolore:
Vinctaqꝫ compedibus:diriſqꝫ coercia uinclis:
Effundens linguam medio comburitur igni
Ad zonam uſqꝫ:manu diuellere gutture linguam
Nititur·Antiſtes puteum deſpexit in imum
Virginis ex iuſſu:Cui talia moeſta profatur·
Eſt ne mea hęc neptis tanto exagitata furore!
In mediis flamis crudeliter inſita uirgo!
Quam mater chriſti mox tali uoce ſecuta eſt·
In puteo neptis tanta tua mole gemiſcit
Poenarum:quoniam tacuit peccata grauatur
Tartareis poenis:ſemperqꝫ grauabitur hiſdem:
Et ſe paſſuram poenas in corpore dicet
Has:dum cęleſti natus regnabit in ęde
Quem peperi:cui lac tribui de pectore mammis·
Conticuit uirgo:monaca eſt nihil auſa rogare:
Tartareis domibus nam nemo demitur unquam·
His uiſis fugiunt quę ſomnia uera fuere:
Ecce quid heu fecit crimen tacuiſſe nefandum·
Diſcite mortales:& linguam tradite uero:
Nam peccatorum moles non parcitur unquam:
Integra ni ſcelerum confeſſio manet ab ore·

¶Concluſio·

Peccatum fateare citus:medicamina plagis
Non dantur:niſi ſint uulnera aperta bene·

¶Miraculum·quintumdecimum.

Iles erat quidam muliebria clauſtra reuiſens:
m Atqꝫ colens:natam monacis qui cōtulit ipis
In clauſtro:quo ſit ſanctę connexa Marię:
Et quanquam clauſtrum tanto ueneretur honore:
Attamen unius monacę:quę ſacra reſeruat
Cuncta dei claudens recludens clauibus ipſis:
Captus amore:loqui non ceſſat ſępius ipſam:
Ipſaqꝫ lętatur cum milite iungere uerba·
Conſuetudo facit uiciis habitumqꝫ miniſtrat:
Nam quo plus ſocii prędulcia uerba loquuntur:
Tanto plus creſcunt accenſi cordibus ignes·
Si iuuenis caſtus ſi uis quoqꝫ caſta puella
Eſſe tibi:fugias quę ſunt commertia cauſę
Flamarum·Maius miraclum corpore quenquam
Defuncto eſtigiis animam reuocare cauernis:
Corporea & rurſus componere mole uocatam:
Quam te conſocium muliebri uiuere turba
Et non luxuriam quam fert feciſſe uoluntas·
Ergo ambo ſtatuunt uenerem exercere nefandam:
Mane leuant ſenſim ſua membra repoſta grabato:
Eccleſiam miles repetit:quo tempore phoebus
Cornipedes iungens ſcuticę pręſummit habenas:
Atqꝫ minatur equis ni recto limite currum
Deducant:uadantqꝫ citi illo ubi ſera ſilet nox·
At monaca in templo paſſu tranſibat opaco
Conquirens portam:quam dum non comperit:ipſe
Hanc uocitat miles:portam qui uoce docebat:
Et ſuper exclamat:ponas altaria ueſtes:
Dehinc celeres greſſus ad me conuerte:decoras
Ipſe alias tribuam ueſtes tibi:iam cito ſupplex
Virgineas ueſtes dominę mandato Marię
Et claues·tacuit miles·tunc illa Mariam
Alloquitur genibus flexis altaria circum·
Virgo mihi parcas oro:nam ſępe maritum
Ipſa patrem petii:monacam me fecit inanem
Inuitam & clauſtro poſuit me:nunc ego crimen
Ipſa ſequar ueneris prędulcia gaudia carpens:
Quę mihi flagranti genitor perſepe negauit
Quod potui caſte genitor feciſſe maritum
Si mihi iunxiſſet faciam nunc turpiter ipſa:

Non bene quę fiunt animo ſunt facta coacto.
Dixit:& aufugit cum milite conſcia facti:
Errabant ambo peregrini tempore longo
Vt Scythicę gentes:uel quas Getulia nutrit
Errabant quondam non certa ſede uagantes:
Et quo compulerat nox hic ſua moenia ſtabant:
Sic monaca & miles toto ibant orbe miſelli.
Sępe petit miles ueneris libamina nigrę:
Illa negat:lateriq; latus coniungere temnit:
Iratus miles quam tali eſt uoce ſecutus.
Te excepi clauſtro mihi quo prębere ualeres
Gaudia:nunc pauper ſum factus:reſpuis ipſa
Im miſcere latus lateri:tot tempora triui
Errando:haud reddis mihi quę promiſſa fuere:
Si te pręſciſſem mihi crimine nolle placere:
Non extraxiſſem clauſtro te in deuia ducens.
Illa refert clauſtro me reddas oro Marię:
Quo prius extraſti miles me in deuia ducens:
Virgineum ſemper ſeruabo intacta pudorem.
Dixerat.& clauſtrum petiit:ſeruata Marię
Ex meritis facinus non conſumauit iniquum:
Intrauit templum:ueſtes cum clauibus alta
Ara tenet:ſumpſit ueſtes claueſq; priores
Deponēs illas:quas miles tradidit ante:
Quę quanquam fuerit tanto abſens tempore:nemo
Attamen audiuit monacam cum milite euntem:
Nanq; dei genitrix illius ſumpſerat alma
Effigiem ueſteſq; ſimul:claueſq; relictas
Officium faciens ſacrum quod fecerat illa.
Ergo iſtud nemo potuiſſet ſcire niſi ipſa
Enarret monacis laudans miracula diuę:
Migrauit domino clariſſima ſidera ſcandens.

¶Concluſio.

Ne inuitum cogas:uenerem uitare memento:
Sis diuę addictus corpora caſta gerens.

Miraculum ſextumdecimum.

Empore Bernardi clauſtrū linquūt monacel
t Bini:quis nulla eſt accepta licentia ſancto li
Bernardo:qui tūc cluaſtrū cū pace regabat:
Qui propere currunt ad proxima flumina:ſaltu
Inuadunt fluuium iactantes brachia tute:
Dumq; natant mediis heu demerguntur in undis:
Defunctos monaci hos portant in templa canentes:
Atq; choro ponunt medio:funebria cantant
Carmina:quę ſtatuunt latebras in ſede ſepulchri.
Virginis at meritis defuncti mox monacelli
Ex capulo ſurgunt:ueluti mors non foret illis:
Atq; ambo ſalue cantabant uirgo maria:

Cantabant autem orationem illam:quę di
citur in fine completoriis ſcilicet Salue regi
na miſericordie uita dulcedo:& cetera.

Antiphonam hanc ambo dulci meditamine uocis
Decantant monaci ſepteno carminis ictu:
Sirenes cantu uario ſuperantur ab hiſdem:
Letanturq; animi hic ſtantes dulcedine cantus:
Carmina nanq; hęc unquam nulli audita fuere:
Surrexit iuuenis miro ſplendore niteſcens
Amborum medio:monaci cum carmina linqunt
Defuncti:ſancto Bernardo talia mandans
Et monacis.coelo miſſus ſum nuncius ipſe.
Virginis ex iuſſu:iubeo uos dicta referre
Carmina quottidie:genitrici talia chriſti
Carmina nanq; placent: laus eſt hęc grata marię.
Dixerat:& tenues fugit dilapſus in auras.
Hactenus ergo canunt omnes cum uoce ſonora
Eccleſię hanc laudem dantes pia uota Marię.

¶Concluſio.
Pareat inferior maiori:nigra procella
Ne tegat audacem:qui immeditatus abit.
¶Miraculum ſeptimum decimum.
m Iles erat quidam fama celeberrimus:arcem
Qui expugnat cupiēs populū domitare fero cē:
Huic lapidē magnū iecerūt arcitenētes:
Quo uita ſpoliatur equus:ſed decidit ipſe:
Poſt arcem ſubito gentes liquere feroces:
Militis atq; caput truncarunt ſanguine multo.
At pia turba redit:cernit proh corpora cari
Eſſe ſui transfixa ducis:dat pectore fletus:
Dat lacbrimas oculis:pariter dat mente dolores:
In chlamide in templum portant hūc quo tumuletur
Conſocii.caput eſt elatum talia dicens
Defuncti:huc ueniat mox uenerandus ubiq;
Pręſbiter:a letho non poſſum ferre ſagictas:
Ni ſcelerum prodam nigras a pectore ſordes:
Aduolat huc ſubito ueneranda in ueſte ſacerdos:
Qui peccata audit:ueniam dat:crimina ſoluit:
Depoſcitq; equitem:quis talia munera fecit:
Vt nequeas perire niſi ſis crimina faſſus:
Reſpondit miles:quoniam ieiunia in omni
Seruaui ebdomode linphbam cum pane uorando.
Virginis obnixe uenerando ſemper honores:
Noluit ipſe deus me ęterna morte perire.
Quę cum dixiſſet uolitauit in ęthera lętus.
Haut ceſſant equites matrem laudare tonantis.
¶Concluſio.
Ieiunum uentrem pro uirgine ſępe referre:
Quam proſit lector conſpice mente pia.
¶Miraculum octauum decimum.
c Ondita templa olim uidit germania tota:

Nobilis hęc mulier ſumptu conſtruxerat alto:
Pręſbiterumq; dedit:miſſam qui dicat in omni
Viq; die:& ſanctum poſſit laudare tonantem.
Quottidie & miſſam ſanctę celebrare Marię:
Hancq; libens audit miſſam ſtans auribus altis.
At ſemel hinc abſens miſſam celebrare ſacerdos
Non potuit:triſtis manſit ſed nobilis iſta:
Quę madidos lacbrimis plorans faciebat ocellos
Quod ſolita nequeat miſſa lętarier alma:
Quę dum peruoluit tetricos in mente dolores
In coelum fertur diuino flamine rapta:
Hicq; audit miſſam celebrat quam curia coeli
Tota tenens manibus accenſę lumina cęrę:
Huic datur hinc unū.manib us quod lumē inhęret:
Audita miſſa repetiuit frigida membra
Hęc anima:accenſo quę manſit lumine cęrę:
Quod probat hanc animam paradiſi ſede fuiſſe:
Hocq; alii referunt plures:qui corpora quondam
Mortua uiderunt.Nunc & quoq; partibus illis
Lumina clara micant accenſo lumine cęrę:
Multaq; mira fluunt magna uirtute Marię.
¶Concluſio.
In coelnm uolitare poteſt mens feruida coeli:
Si modo deſeruit quęq; caduca diu.
¶Miraculum nonumdecimum.
Duena cum peteret Romā pro numine uoti
a Abſq; caput mēbris oculos cōcludere uidit
Atq; apire ſimul: quod cernēs aduena māſit
Territus:& caput hoc oculis ſpectabat inhęrens:
Cui caput alloquitur.Toruis cur cernis ocellis
Me:tua teq; meos iactans in lumina uultus:
Aduena cui dixit.Caput hoc te miror habere
Abſq; tuis membris & uoces reddere poſſe.

Tunc caput hęc fatur·mirari nolle memento:
Non uult ipſe deus fugiat de corpore uita:
Ni mihi pręſbiteri portent ſacra corpora Chriſti:
Oreq; manarint mea crimina tradita fletu:
Hoc mihi cōceſſum eſt munus:quod corpora ſeruo·
Cum linpha· panem comedens ieiuna quotannis
Ante diem:Gabriel quo nuncia lęta nitenti
Detulit e coelo iuſſu ueniendo tonantis
In Nazaret:Quare poſſum non ipſe perire:
Integra ni ſcelerum confeſſio manet ab ore·
Aduena tunc capiti fatur·Sum ferre paratus
Pontifici ſummo:uideat qui talia prudens·
Aſt caput illi inquit facias hoc deprecor ipſum:
Aduena quod ſubito manibus ſuſcepit amicis
Inq; urbem portat factum mirabile narrans:
Pontifici ſummo caput hoc & donat habendum
Hoc cardinales:hoc uidit curia tota·
At pater hinc ſummus populum mox cōpulit omnē:
Virginis enarrans populo miracula diuę:
Crimina dehinc faſſus patando corpora Chriſti
Spiritus excelſos capitis uolitauit in axes·
At pater hinc ſummus caput hoc in corpora fecit
Sancta locare:polo nūc fulgens ſpiritus alto eſt·

¶Concluſio·

Fac bene dum uiuis te fata benigna uocabunt:
Qualis uita fuit talia fata fluent·

¶Miraculum uigeſimum·

P Auperies quoſdā miſera eſt amplexa canentes
Officium eccleſia cum temporis hora requirit:
Linquere qui clauſtrum ſanctę uoluere Marię:
Cum ſibi conueniat uacuum depaſcere corpus
Nec teneāt panem:uinum quoq; deficit ipſum.
Regina hinc ſalue cuncti dixere canentes:

Poſt primus ſanctę mandauit uerba Marię:
Reddimus o grates ſemper tibi uirgo decentes:
Atq; famę corpus ſqualens effecimus ipſum:
Tu nihil o nobis demittis uirgo ciborum:
Si uelles nobis eſcas mandare:canentes
Poeniteat nunquam clauſtro manſiſſe in egeno:
Si ſecus efficies clauſtrum nos linquimus ipſum
His precibus fuſis ſenſerunt horrea grana
Frangere:terroremq; animo poſuiſſe trementi·
Tanquam ſi coelo conflictus nubibus igne
Fulminis exagitet nubes dans magna globoſę
Murmura cum uentis ſphęrę:micat illa:micantq;
Omnia quę zonis ſphęrę retinentur ipſis·
Cantantes currunt omnes uidere fluentem
Hic triticum:triticum cuncti uidere fluentem:
Tunc omnes plaudunt laudantes ſępe mariam:
Hinc abeunt omnes cryptam feruore petendo:
Vaſa que comperiunt puro repleto falerno:
His monacis animus creſcit creſcunt quoq; uires:
Atq; dei matrem laudant laudantq; tonantem:
Quorum unus chriſto mox fudit talia doctus·
O chriſte omnipotens coeli ueneranda poteſtas:
Te mare:te coelum:te terrę & tartara norunt:
Te quoq; nos donis ſemper uenerarier altis
Debemus:tibi nos multum debere fatemur:
Horrea qui replens cryptę quoq; uina dediſti:
Hoc eſt quod mundo dicebas·Nemo requirat
Quid cras manducem?Reſpicite lilia terrę:
Et uolucres coeli quis paſcit?iupiter ipſe
Qui quoq; uos paſcet fido ſi corde manetis·
Conticuit monacus·Cuncti laudare tonantem
Non ceſſant prompti ſemper laudare Mariam.

¶Concluſio·

Quos uia recta tenet nunquam damnabit egeſtas:
Addictis neſcit Chriſtus abeſſe ſuis.

¶ Miraculum uigeſimũ primũ.

Ccleſiam iudex quidam uiſebat in omni
e Sępe die: hunc truncat prauorũ turba uirorũ
Hoſtes qui fuerant: in templo uirginis almę
Hunc clam dilaniant: nam numina ſancta colebat
Virginis: iſtius triſtantur ſanguine iuncti
Iudicis & lachrimas: gemitus: ſuſpiria fundunt.
Dum uigilant illud ſeruantes nocte cadauer
Auribus accipiunt uenientes aere uoces:
Vocibus his motus ueneranda in ueſte ſacerdos
In templum currit defuncti funera ſeruans.
Ecce manet ſubito genitrix ſanctiſſima chriſti
Deſuper altari: fulgenti aſtante caterua
Angelica circum: quę hoc cernens talia fudit.
Pręſbiter hoc credas anima eſt quod iudicis huius
In coelum traducta meum: te ferre ſepulchrum
Huic iubeo clarum: paſtori hęc littera detur:
Quę templum referat non huius ſanguine foedum.
Hoc paſtor ſummus (tunc illi uirgo: ſacerdos)
Non credet: rogito credendi ſigna miniſtres.
Virgo roſam his dictis miro fulgore nitentem
Attribuit: ſummus quo poſſit credere paſtor
Iudicis in coelos animam uolitaſſe ſerenos:
Iudicis & templum non credat ſanguine foedum:
Hęc roſa formoſa eſt & adhuc fulgore niteſcit:
Quo fuit illa prius: uires nec perdidit unquam.

¶ Concluſio.

Inſidias uereare graues: & uiuito iuſtus:
Vt maneas magnum dignus adire deum.

¶ Miraculum uigeſi-
mum ſecundum.

Irginis intactę uir quidam numina adorans
u Quottidie angelicã fundebat ab ore ſalutem.
Commiſſuʒ eſt furtũ caſu tunc urbibus illis:
Nanq; hominis cędes eſt multo facta cruore:
Huncq; uirum hęc uulgus defert feciſſe nefanda:
Et quanquam innocuus non talia crimina fecit:
Attamen accuſant teſtes hęc crimina falſi
Effeciſſe uirum. mortis ſententia fertur:
Sci licet ut nocuus furcę mandetur atroci.
Iuſticię nodos ſic ſemper frangere iudex
Nititur: & ſanctas precio corrumpere leges:
Qui uel iudicium obliqua fert ſępe bilance
Cum non eſt: trutina deceat quid ponere: prudens.
Ergo ad iuſticiam deductus mente rogabat.
Virgo beata decens tanto ſuccurre dolori:
Et te qui colui tanto diſcrimine demas.
Dixerat: & furcę iniuſte mandatur atroci:
Aſpectuq; ſuo defunctum ſe notat eſſe:
Hinc abeunt omnes: remeant atq; ocius urbem:
Vxorem appellant omnes: o ſtulta latronis
Dicentes: uxor uiuis latrone perempto!
His mulier uerbis: multo & ſtimulata dolore
Vrbem deſeruit: loca quę tenuere maritum
Defunctum: uenit: cui talia uerba locuta eſt.
O coniunx diuis carum committo ſupernis:
Teq; dei genitrix commiſſum uirgo tenebit
Ipſa recedo tuos nunquam ſpeculabor in artus.
Cui lachrimis coniunx defunctus talia dixit.
O mea uita decens uita mihi carior omni
Ne timeas: uiuus meritis ex uirginis almę
Exiſto: tenuit nam ſplendens uirgo capiſtrum
Quatuor uſq; dies: nec me mala fata tulerunt:
Ergo ad paſtorem urbis mox miracula narres:

Cui me dic uiuum:fungi dic ętheris aura·
Aduolat illa cito paſtori mira reportans·
Quod cum paſtor babet currit comitante caterua
Prȩſbiterum:uulgi currit uiolenta iuuentus:
Latronem,uinclis diſſoluunt ocyus ipſum:
Quam non autumno uolitantes arbore frondes
In terram ueniunt perflantibus undiqꝫ uentis·
O quam lętitiam:quę gaudia credis babere!
Sanguine coniunctos gaudenti coniuge cara:
Qui uiuum accipiunt:quem iam ſubiiſſe tenebras
Credebant ditis calidas:Ereboqꝫ morari·
Viuite,mortales iuſti nec,fata timete
Peſſima:nanqꝫ deus iuſtos non deſerit unquam·
Ergo omnes urbem repetunt:miracula narrant·
Atqꝫ dei matrem laudant:laudemus & ipſi.
Hinc bomo uixiſti mortis defuncte periclis
Taliter:ut teneas coeli nunc ſidera lętus·

¶Concluſio·

Inſontes falſo damnantur iudice teſte
Sępius:accurris uirgo Maria bonis.

¶Miraculum uigeſimumtertium·

Vxurioſus erat quidã:qui crimine quanquã
l Luxurię turpis:tamen eſt ueneratus ubiqꝫ
Nomina quę diuę ſunt cõtremebũda marię
Hic coitum nulli uoluit coniungere:quę ſe
Diceret a ſancta nomen traxiſſe Maria·
At iuuenem Satbanas pulcbram prępoſuit illi:
Quam nimium flagrat:ueneris quam dulcia poſcit:
Paruit at mulier quod dulcia furta petebat·
Foemina nam nunquam uel raro furta refellit
Quę niſi maiori quam uir ſit mixta pudore:
Turpior eſt quam uir:maiore libidine inundans
Illa bomini non ſe prębere nanqꝫ petendam
Sed petat illa bominem:ni illi natura dediſſet
Fortia fręna magis:timeat quo crimina famę:
Quo timeat linguas:timeat ſubiecta maritum:
O quid quid facę ret muliebris turba:uirorum
Imperiis ni ſit coelo parere coacta:
Foemina qui quondam:qui uir quandoqꝫ manebat·
Qui coelo abſoluit dubium de lite iocoſa:
Cuiqꝫ oculos rapuit dicti ſententia ueri
Conſule:te faciet certum qui expertus utrunqꝫ eſt·
Dumqꝫ uolunt ambo uenerem exercere nefandam
Hic uir de ſancto contactus flamine dixit
Dic mibi quod nomen geſtas o pulcbra puella:
Illa refert Cbriſti geſto mibi nomina matris:
Hicqꝫ perit ſubito miratus nomina diuę:
Huius uita uolat coelos delata ſupernos·
Contremuit iuuenis magno pallore retenta:
Quid faciat:neſcit,ueluti cum roboraꝫ uentus
Pulſat:& bac illac a,ſummo uoluitur arbos:
Sic animum ninpbę curę in diuerſa trabebant:
Nanqꝫ locum ignorat tumulet:quo frigida membra:
Campanę bombos cuncte emiſere ſonantes:
Funis & a nullo trabitur:campana ſonora eſt:
Omnis in urbe ſtupet:miratur paſtor & ipſe:
Quod campanarum ſonitus ſit tantus ubiqꝫ·
Interea ad templum meretrix properata cucurrit·
Paſtori & populo res totas ordine narrans·
His dictis abeunt omnes in tecta puellę:
Inueniunt corpus nitidum quod mittit odorem:
Bina caput circum ſtabant ardentia cęrę
Lumina:tot pedibus flagrabant lumina cęrę:
Scripta legi poterant quibus bęc pia uerba Marię·
Quę ſunt:Aue Maria gratia plena
dominus tecum·

Defuncti interea domibus regina uidetur:
Cui caput eſt pulchrum claro diadęmate fulgens:
Pectore cui ſtella eſt:cui ſcriptum uirgo Maria:
Virgo fugit propere tenues dilapſa per auras.
At qui manſerunt defuncti membra ſepulchro
Imponunt:illis meriti prębentur honores:
Lumina uiderunt gentes uolitantia cerę
In coelum:priſcumqꝫ locum conquirere cernunt.

¶ Concluſio.

Effugias uenerem uenerando nomina diuę:
Quę uenit auxilio cuilibet una uiro.

¶ Miraculum uigeſimum quartum.

g Ermanus Plegis miſſam celebrando uolutat:
Vt uideat Chriſtum uera de uirgine natum:
In formaqꝫ hominis contēplans poſſit haberē:
Non dubiū hoc cogit:cumulus ſed magnus amoris:
Nam liquit matrem paruus carumqꝫ parentem
Quo teneros annos chriſto donaret:amanti
Et melius ſeruire queat ſeruire tonanti:
O quotiens orans magno feruore tenetur:
Atqꝫ dei matrem rogat:iſta ut gratia detur.
Quare dum celebrat:magnoqꝫ calore tenetur:
Angelus aduenit mox talia uerba profundens.
Cernere ſi flagras qualem cum uirgo Maria
Edidit:in chriſtum tu oculos conuerte benignos:
Pręſbiter infantem cernit:tunc angelus infit.
Nunc mirare dei natum:quemqꝫ ante petiſti
Tange manu:placidis hunc amplexare lacertis:
Pręſbiter hoc fecit dans oſcula dulcia raptim:
Quem ſuper altari poſuit mox genua reflectens:
Et precibus multis ſupplex orauit:ut illam
Accipiat formam:quam continet hoſtia pura:
Hanc ſumpſit chriſtus. Tunc ſollers reddere grates

Circunfuſa aliis:qui flagrant:floribus omnes
Extollunt corpus:tumulandum in templa reportant:
Martiribus iungunt. Nunc coelo latro iocatur:
Martirii geſtans diadęmata lucida paſſi.

¶ Concluſio.

Ne facias cędem:furtis nec cura feratur:
Sic uiuas:qualis uiuere morte paras.

¶ Miraculum uigeſimumſextum.

p Reſbiter eccleſia in quadā niſi uirginis almę
Dicebat miſſam(miſſa illi hęc ſola patebat)
Quottidie:nanqꝫ aliā neſciſſet dicere miſſaꝫ:
Sit quanquam indoctus:tamen illi gratia diuę eſt.
Non doctrina facit gratum facit ipſa uoluntas:
Dogmata non ſpectant:ſpectant bona corda superni.
Ergo accuſatur quod neſcit dicere miſſas
Nec ſeriem officii ſeruet:Quem carcere iuſſit
Concludi paſtor:uetuit quem dicere miſſam.
Pręſbiterum pariter rapiens quę prędia paſcunt.
Virgo ſed:addictos ſibi quę non deſerit unquam:
Paſtori nocte apparet:cui talia fatur.
Quid prohibes ſanctum miſſam mihi reddere ſacrā
Pręſbiterum:caueas ni uis tibi ſumere mortem
Terdenam ante diem:uinclis hunc ſolue nefandis:
Fac miſſam celebret Iam prędia reddito dempta.
Dixerat:& coelos leuiter uolitauit in altos.
Territus at paſtor ſtratis ſua membra leuauit:
Pręſbiterumqꝫ uocat cui reddit prędia:miſſam
Non mutare iubet:ueniam de crimine poſcit.
Pręſbiter at miſſam pergens celebrare marię
Quottidie:meruit clariſſima munera coeli.
Quam coluit mundo claris nunc conſpicit aſtris.

¶ Concluſio.

Dogmatis ambages fugias:nouiſſe mariam

Eſt ſatis:& chriſto lucida corda dare.

¶Miraculum uigeſimumſeptimum.

d Emonis impulſu uexata eſt foemina longo
Tempore:quę ſancta ſupplex aſpergit unda:
Atq; crucis figit ſignum: quo demona pellit:
Sed redit ille cito maiora & prelia miſcet:
Quo plus conatur depellere:maior inhęret
Bellator pugnaſq; ciet:magnoſq; tumultus.
Sperabat nunquam ſe foemina poſſe periclis
Demere:quę totiens faciebant demonis artes:
Quę poſtquam ſancto contacta eſt flamine:currit
Ad quendam ſanctum res totas ordine narrans.
Ille inquid:mulier nobis cariſſima nata:
Demonis in bello ad ſanctam contende figuram
Virginis:hanc rogita eripiet tibi nempe timorem.
Dixerat:illa domi fecit mandata:refellens
Et temnens Sathanan qui prelia ſeua mouebat.

¶Concluſio.

Tende preces ſuperis:illas & tende Marię:
Si tua uexantur demone corda graui.

¶Miraculum uigeſimumoctauum.

n Obilis in tota quidam notiſſimus urbe
Deſeruit mundum Bernardi tempore ſancti
Cuius clauſtra ſubit: fuet quo a crimie corp9
Angelicas ualeat tandem quo aſcendere ſedes:
Quem mox cum monacis Bernardus ſuſcipit:atq;
Ducere dat uitam ieiunia nulla ferentem:
Nonq; laborantem manibus. Quod nempe negarat
Ipſe aliis monacis. Quo ſe non eximit ipſum:
Vt dux ſubiectis exemplo ſit uafer ipſe:
Tunc bene ſe retinet res:cum dant precuia reges
Omnibus exempla:& recto cum iure feruntur.
Ergo dat tenero nullum exercere laborem

Bernardus:clauſtrum ne laſſus deſerat ipſum:
Nam poſt officium ſomno torpebat inerti.
Vt iuga uix tolerant:ſubeunt cum prima iuuenci:
Quorum uita fuit prato laſciua uirenti:
Frenaq; prima ferox patitur uix pullus equinus:
De grege cum capitur:cui manſit uita petulco:
Sic nouus hic monacus poterat non ferre labores.
At monaci triticum percurrunt arua ſecantes:
Et laſſi redeunt multoq; calore retenti:
Limine conueniunt aſtantem recta Mariam
Eccleſię:dextra manet angelus atq; ſiniſtra:
Quorum unus lancem geſtabat mana ferentem:
Gauſape ſed niueum geſtabat lucidus alter
Et niueis coclear manibus fert uirgo decora:
Aurea cui ſpecies miro fulgore coruſca eſt:
Quam dum uiderunt monaci:Bernardus & ipſe
Orarunt genibus flexis:& mana biberunt
Quod tribuit uirgo:cunctorum uirgo Maria
Sudantem niueo frontem cum gauſape terſit.
Nobilis ille tener nulloq; labore grauatus
Inuidet hęc cernēs:ueluti cum ruſticus altum
Aſpexit cumulum grani:quem ruſticus alter
Compoſuit toto nimium laſſatus in anno
Inuidet alter iners:monacus ſic inuidet iſte
Munera conſpiciens aliis:quę a uirgine poſcit.
Illa refert. Tribuo hęc his qui ieiunia ſeruant:
Tu ſeruare potes ieiunia nulla tenellus:
Hęc ideo non trado tibi:Dehinc traditur illis
Gauſape:qui ſudant magnos patiendo labores:
Sed ſufferre potes nullos tener ipſe labores:
Gauſape non tribuo. ſic dixit lapſa per auras.
Hic uero manſit lachrimis ſuſpiria fundens:
Et tener incepit ieiunia tradere diuę:

Cui ieiuna dedit ſtellis nunc reſpicit altis.

¶Concluſio:

Sollicitis ſuperi prębent ſua dona libenter:
Traditur ignauis gratia nulla deum.

¶Miraculum uigeſimum nonum.

Iles in urbe fuit Narni: qui coniuge iunctus
m Carę erat: Huic famulus uiuebat maurus In
Vxoris partus celeri cōcurrere greſſu çde.
Nititur: in fauſto maurus de uiſcere uenit:
Cernentes mauri dicunt de ſpermate natum.
Militis ira tumens uxori pręlia reddit:
Atqꝫ domo expellit: fugitat quę prole nigranti:
Et lachrimas: gemitus: ſuſpiria fundit: & orat
Virginis auxilium: Queritur quod fama pudenda
Sit ſibi: cui dolor eſt deferri crimine nullo:
Moeſta mouet greſſus: ad proxima flumina Narni
Aduolat: & coram populo dat talia triſtis.
Virgo beata decens ueluti non crimina feci
Crimine me demas: his dictis ponte ſaliuit
Natum amplexa ſuum: linphę ſonuere profundum:
Leucothoe ueluti complexa Palęmona ſaltu:
Se dedit in pelagus linphis ſtridentibus altum.
Et quanquam ex alto cecidit ſub ponte reperta eſt
Lęſa nihil: natus confectus candidus ipſe eſt:
Ante fuit maurus niueo nunc ſplendet honore:
Aethiopem qꝫ albo nulli ridere dabatur.
At tanta aſpiciens coniunx miracula diuę:
Supplicat uxori ueniam det criminis acti:
Illa uiro parcit: monaca eſt effecta: marito
Non prohibente illi: nunc coelo gaudet in alto.

¶Concluſio.

Sępe pii ficto culpantur crimine: nunquam eſt
Deſuper auſa oleum linpha referre gradus.

Pręſbiter eſt chriſto: meritis quod uirginis almę
Commeruit uidiſſe deum: tetigiſſe lacertis.
Hinc uixit ſancte miracula ſępe ferendo:
Quem uidit terris: coelo nunc cernit in ipſo.

¶Concluſio.

Crede: fides uera eſt: chriſtum tenet hoſtia purum:
Incipe & a teneris candida quęqꝫ ſequi.

¶Miraculum uigeſimum quintum.

Mnia uir quidam Romę faciebat iniqua:
o Quem: cū ſe nollet de crimine demere tāto:
Romani exilio mulctarunt: non tamen ille
Deſinit heu turpi depellere crimina mente:
Difficile eſt etenim tam demere crimine quenquam
Conſueto: uitii cum radix iuit in imam
Peccantis mentem: nec ſe uellentibus effert:
Quam de limoſa trahitur mala rana palude:
Quę cernens tenſas a uenatore ſagictas:
Se dedit in fundū coeni: latitanſqꝫ ſub ipſo:
Se uenatorem fruſtra expectare coegit:
Ergo hic latronum generi ſe annectit amicum:
Perqꝫ uias currit cunctos prędando: quid ultra?
Cędendo nulli parcens quem Roma tuliſſet.
Quid facient illi? quibus eſt ſententia lata
Contra ius? propriis ſpoliati & rebus anhelant?
Si qui iuſticia excluduntur protinus urbe:
In ciues gladios ſtringunt: faciuntqꝫ cruorem.
Romanus quidam nummorum diues & agri
Stirpeqꝫ magnificus tota & ueneratus in urbe:
Prędia dum repetit uites campoſqꝫ reuiſens:
Cęditur hoc furtim: & foſſa tumulatur in alta.
Nuncia fama uenit genitorem cęde periſſe:
Quem nati deflent: deflet quoqꝫ turba bonorum

Cuncta uirum:ſtatuunt uindictam ſumere mortis:
Et nemus inuadunt furtim comitante caterua:
Atq; ibi peruigilant latronem prendere toruum:
Hic latro quottidie ſocios linquebat:& inde
In loca deueniens deſerta rogare Mariam
Non ceſſat:poſitis armis genibuſq; reflexis:
Angelicamq; refert gaudenti ex ore ſalutem.
Cęditur ab rogitat pura dum mente Mariam
Romanis:niuea tumulum tellure recepit.
Romani proprios lęti rediere penates:
Ac ueluti priſci quondam duxere triumphum
Hoſtibus euictis:gaudebant cęde latronis:
Intrabantq; urbem narrantes fortia facta:
Dulcior his manibus propriis uindicta relata eſt.
Pręſbiter eccleſię petri cum nocte ſequenti
Surgeret:eccleſię portas uidet eſſe patentes:
Nam matutinum bombo ſonitare uolebat)
Territus eſt geliduſq; ſui per membra cucurrit
Membra tremor: fures metuens intraſſe latenter:
Quęq; manent templo mox ſubtraxiſſe capaces.
Omnia comperuit:uidit dehinc talia templo.
Aſpicit innumeras gentes in templa uenire:
Dum manet altaris latitans poſt tergora primi.)
In quarum medio eſt dominus fulgore repletus:
Foeminea binc ſequitur moles:regina niteſcit
In cuius medio:domini quę pectora contra eſt:
Mox homines uidit turpes nigroſq; uenire:
In quorum medio eſt dominus turpiſſimus ipſe:
Hi portant hominum conſcripta crimina charta:
Angelus hinc animam properat portare latronis
Ante deum.ſubito rex triſtia tartara ſeruans
Dat domino chartas ſubnectens talia ſollers:
O coeli princeps animam mihi trade nefandam:

Has lege:comperies quę crimina fecerit ipſe:
Aequoris hęc ſuperant algā cui nomen ab Helle eſt:
Arboris & frondes ſuperant quę crimina fecit:
Sentiet ęternas(detur ſententia)poenas.
Tunc animā loquitur Chriſtus.Bona nulla reportas!
Cauſidicum ducis nullum!Tunc uirgo Maria
Cauſidica aſſurgit dans caro talia regi.
O domine hanc animam noli committere poenis.
Iudicium fert hora necis: memini te dicere quondā:
Purus homo ſi morte manet conſcendit ad aſtra:
Si manet econtra capiunt hunc tartara ditis.
Ergo meus calidos famulus mittetur in ignes!
Cęditur ab rogitat pura dum mente Mariam:
Dumq; refert gratam rogitans mihi ſępe ſalutem:
Quam tulit ex alto Gabriel demiſſus olympo:
Tartara non meruit:quem defert demon inermis.
Tum nihil(huic chriſtus) poſſum tibi uirgo Maria
Cara mihi genitrix unquam prohibere negando.
Ergo animam capias fiat tua ſacra uoluntas:
Nec me poſt natum matri dic eſſe rebellem.
Virgo animam ſumpſit uario fulgore niteſcens
Angeliciſq; choris tribuit:quam terre ſerenum
In coelum properant.Audires demonas inde
Talia dicentes magno clamore.Refringis
Iura quid:heu mulier ſuperat decreta tonantis.
Conſcendit coelos Chriſtus comitante caterua
Angelica.Sathanę petierunt tartara ditis.
Pręſbiterum uirgo dictis affatur amicis.
Surge age nec dubita:dabitur tibi gloria coeli:
Mane fer ad ſummum paſtorem talia uiſa:
Dic properet ſacra uulgi comitante caterua
In nemus:& curet latroni ferre ſepulchra:
In templis petri tumuli concedat honores:

Idqꝫ meo faciat placide commotus amore.
Prę ſbiter at dixit.non credet tradito ſigna.
Redtulit illa.Sinu geminas imponito palmas:
Quodqꝫ erit educens per terram ſpargito:credet.
Dixerat.& tenues uirgo diffugit in auras.
Prę ſbiter at gaudens dominę quod nuncius eſſet:
Poſt matutinum uelox conceſſit ad altum
Pontificem narrans templo quod uiderat.Illi
Non credens paſtor phantaſmata dicit inhęrens.
Alter tum ſignum capias quod uirgo rependit:
Inqꝫ ſinum poſuit palmas:traxitqꝫ rubentes
Ipſe roſas albaſqꝫ ſimul:ſic lilia fundit:
Sparguntur per humum ſuaues mittuntur odores.
Credidit hoc paſtor cum uidit mira Marię:
Conuocat hinc populum narrans miracula diuę.
Romani hoc ſpernunt dicentes.Iure latronis
Vita nequit munus:cum ſit ſcelerata:tenere
Tantum:Quin cuncti debemus credere ad imum
Deſcendiſſe erebum poenis peccata luentem:
Non decet ut tanti ſcelerati uita receptet
Coeleſtem patriam:quę eſt ſanctis plena decoris:
Non bene conueniunt nec in una ſede morantur
Turpia cum nitidis:quę & pugnant ſemper aperte.
At paſtor cui mens manet inflamata bonorum
Reſpice geris ſignum quod uirgo tradidit:infit:
Prę ſbiterumqꝫ iubet flores diſpergere olentes.
Ille roſas per humum ſic lilia candida fundit.
Mirantes cernunt quod Iani menſe rubentes
Vſqꝫ roſas uideant:uideant & lilia clara:
Credit Roma petens ueniam a paſtore ſereno:
Hinc fit proceſſus lucos hinc itur in altos:
Foſſa comperiunt niuea frigentia membra
Circunfuſa roſis niueis:rubeoqꝫ colore:

¶Miraculum trigeſimum.

Rans mare erat iuuenis quidā qui nare uole/
t Cū duce Gallorū:cui dixit talia mater. bat
Trans mare non ibis ſine me: quę morte pe/
Ipſa uolo tecum:nequeo te linquere fili. rire
Cum nato ingreditur puppim:qui ſęua pericla
Deſpiciens rapidas cecidit reſupinus in undas:
Quem deflet genitrix:oculis & degerit humorem:
Amiſſum meditans natum nunquam rediturum:
Nam mors non reuomit quas eſcas deuorat atra.
Ergo animam matri Chriſti commendat habendā.
Octo dies abeunt:ad portus tuta carina
Appulit:& natum genitrix in littore uidit
Aſtantem uultu lęto:Qui talia gaudens:
Dum rogitat mater.Mater cariſſima dixit:
Pelle metus & ſume animos:me cerne iocoſum:
Octo dies genitrix chriſti ſuper ęquora palmis
Me tenuit:dira pariter me morte leuauit:
Littore dehinc poſuit me ut ſanum cernere poſſes:
Ergo delphines equitans defenſus Arion
Eſt quondam cythara pelago dum perſonat altum:
Aſt ego ſum meritis defenſus uirginis almę.
Dixerat:atqꝫ omnes laudarunt mira Marię.

¶Concluſio.

Si quid agis tetricos caſus uitare memento:
Si tibi ſint diuę mitte pericla preces.

¶Miraculum trigeſimumprimum.

Oemia erat quędā quę in cela ſola manebat
f Templit opes tempſit fallacia gaudia mundi:
Curia cui placuit coeli cum matre tonantis
Cumqꝫ deo & ſanctis Chriſtum comitantibus ipſuꝫ:
Inuidet huic ſathanas:qui ſemper fallere uoluit
Illos pręcipue:quorum ſunt corda tonanti

Iuncta nec inuanis capiunt ſibi gaudia rebus:
Gaudia ſed ſolum coeli:me ditantur habere:
Inuidus ergo celer deponit corpora nigra
Foemineā ſummens formam:ſubituſq; uolando
Percutit in celam:ſubnectens talia dicta
Huic monacę:in cela latitat quę feruida coeli·
Foemina recludas portam mihi:ſumere flagro
Officium monacę:fallacem & linquere mundum·
Ad uocem uenit illa cito:portamq; recludit·
Hęc intrat·Socię legit perſępe tonantis
Verba euangelii·ſic tandem uerba ſonarunt·
Arbor non faciens fructus cędetur:in ignes
Mittetur:cineres flamis decreſcet in ipſos:
Hinc teſtamenti ſubiunxit uerba uetuſti·
Creſcite:& o populi numeros augete uirorum
Multiplicate cititua cuas non linquite ſedes
Angelicas:clari expectant uos ſidera coeli·
Hęc Sathanas dicens conatur lecta docere.
Nam ſe fingebat doctum quo fallere poſſet
Conſociam:& flamę fallax dare mēbra cremanti)
Quid mihi:quid ue tibi fiet:ſi claudere uuluam
Nitimur:& mundo nullos contradere foetus.
Ab ſterilem ſteriles certe mittemur in ignem·
Ergo urbes aliquas uolucri conquirere paſſu
Conemur:ueneris capiendo dulcia furta:
Sic euangelii:ueteris ſic littera libri
Impletur;nobis dabitur ſic gloria coeli·
Dixerat:& uerbis commorat corda labantis:
Dum mens in dubio eſt huc atq; euoluitur illuc
Cum fallit uitium ſpecie uirtutis & umbra·
Ergo ſic ſathanas monacam deceperat ipſam:
Qui prior egreditur:rogat altera deinde Mariam
Vt ſibi conſilium tribuat:nam incerta moratur·

Quid faciat:neſcit:nunc uult procedere:nuncq;
Ire negat·ceu cum commota eſt populus auſtris:
In dextras partes an ſit ruitura ſiniſtras
Perdubitas:lateri tandem cecidiſſe ſiniſtro
Conſpicis:at paulo poſt recta aſſurgit in auras:
Foemina ſic dubia eſt:tandem procedere librat:
Dum portas exire parat:manus incutit intus
Neſcia:forte manus uenit aere uirginis ipſa:
Ire uetat·Demon tenues diffugit in auras
Humida ceu tellus quę profert ore mephitim:
Hęc uero uixit ſancte nunc gaudet in aſtris·

Conclusio·

Si tibi uirginitas placuit:ſeruato pudenter:
Demonis inſidias atq; caueto uafer·

Miraculum trigeſimumſecundum·

e Merat ingenti precio uir clarus in urbe
Seruum:cui nitido florebat prima iuuenta:
Queq; boni mores:ornabat & inclyta uirtus
Huius adeo mores domino placuere:quod ipſi
Tradita uindicta eſt libertas candida:deinde
Prędia:diuicias:nummos:& quęq; tenebat
Huic famulo tribuit dominus ſeruanda fideli:
Diligit hunc proprio genuiſſet ſpermate tanquam·
Nobilis at coniunx(abſens dum eſt ipſe maritus)
Luxurie uexata ęſtu:pulſoq; pudore
Prerogitat famulum lateri latus adiunxiſſe·
Opportuna uiris peccandi occaſio ſępe
Dat uitii flamas:quas quamuis temnere pugnant:
Attamen inſurgit uincens occaſio fortis:
Et trahit in uitium blando certamine uinctos:
Sic trahitur mulier ſeruum dum cernit in ęde
Atq; uirum abſentem:Inuitans ad turpia ſeruum:
Qui negat hoc ueluti Theſiden Phędra rogaret:

Hęc inſtat. Famulus promiſit ſi modo trina
Lux abeat: ſpacium largita eſt foemina ſeruo:
Qui fugiens totum ſe toto corde Marię
Prębuit. & capiti dempſit cum forfice uellus:
Non aliter quam ſi maneat pepo nudus in ortis:
Tenuuia uel pecori paſtor cum uellera taſit:
Inuenit hinc herbas quaſdam: harum ſuccus amarus
Illi contraxit carnes: & corpore toto
Induxit ſcabiem: ueluti cum uerſa recumbit
Tellus: quę haud paſſa eſt pręlabi corpore raſtrum:
Horrent ſed glebę ſqualenti tergore denſę:
Sic ſerui corpus ſcabie languebat atroci.
Nec mirum lector iuuenem crudelia paſſu
Effeciſſe legens tibi ſit: crudelia paſſu
Ipſe facit caſtor ueneris cunabula uellens:
Qui minimam prędam damnat ne pręda ſit ipſe.
Exempla ex brutis ignarę ſummite gentes.
Ergo immutatus faciem cum corpore ſeruus
Ad dominam rediit ueneris promiſſa petendo:
Hęc negat effugiens ueluti Lucrecia ſtuprum
Tarquini temnat. Non ſpreuit furta pudore
Hęc mulier: ſpreuit faciem deformis amici.
Si fortuna fauet te foemina queq; fouebit:
Fortunam mutes te foemina nulla fauebit.
Fraudibus o quantis te fallet foemina: diues
Si modo ſis: magnoq; boues in iugere paſcas:
Aethnam prcſuperat mulier fornace fauillę:
Quid tibi plura canam? Quiſquis mihi lucus adeſſet
Si calamus: ſi totum ęquor mihi ſępia adeſſet:
Si ipſe manus totidem referam totidemq; ſonora
Ora mihi faueant: & terra ſcribere detur:
Si ſit & ingenium quod cuncti habuere poetę:
Foemineas fraudes nequeam comprendere uerſu.

Ergo pudicicię iuuenis ſeruator honeſtę
Hinc abiit linquens dominũ dominamq; nefandã:
Nam dominus rediit: ſcabiemq; in corpore toto
Reſpexit famuli: gemuitq; miſerrimus altum:
Qui ſuaſu uxoris ueniam dat cedere ſeruo.
Qua te laude ſequar iuuenis pręſtantior ipſa
Corporea ſcabie: quam forma corporis alma:
Quod forma accendit ſcabies extinxit atroci
Ortu fungorum: cuiuis exempla miniſtras
Tu iuuenum uulgo: Te quiſquis ſumere debet
Archetipum exempli: ſi flagrat uiuere honeſte:
Vixiſti hic ſancte nunc coelo uiuis in alto.

¶ Concluſio.

Sis dominis fidus: ueneris libamina cautus
Effugias: placeat foemina nulla tibi.

¶ Miraculum trigeſimum tertium.

Ergo dei genitrix cum Ioſeph cumq; tonante
Incedunt: ueniuntq; locos a gente relictos:
Hic comprenduntur binis latronibus omẽs:
Quorum unus ſocio dixit. Mihi trade fidelis
Hanc pręda: Capiam ſi quid tu deinde teneto:
Concordes remanent: hanc pręam liberat alter.
Fronteq; lętanti fatur. Vos libero gratis.
Tunc nato genitrix. Quas grates latro reſumet
Chriſte ſibi placidus qui & liber nos ſinit ire.
Olli tunc Chriſtus: Mater cariſſima: dixit.
Olim tempus erit cum ligno fixus inhęrens
Ipſe crucis: mundum redimens a morte perenni:
Hic latro cognoſcet me tunc natum eſſe tonantis:
Et me tunc hominum credet ſufferre ſalute
Poenas: atq; manens dextra mihi talia dicet.
Te precor o miſerere mei dum regna tenebis
Chriſte tua: atq; tui partem mihi tradito regni.

His illi dictis paradiſi regna dabuntur:
Alter ſed latro calidos trudetur in ignes
Curudelis quoniam nos diſpoliare uolebat:
Nam mala pro facto nobis reputanda uoluntas.
Eſt:quoniam crimen fert tantum quanta uoluntas.
Dixerat.& celeres fugiebant limite tuto:
Accidit hoc Chriſto cum paruulus iret in ipſam
Aegiptum fugiens Hęrodis pręlia ſęui.
Dixerit & quamuis quam multa futura Marię:
Non tamen eſt paſſus cognoſcere quę ferat ipſam:
Talia ne capiat noſcens in corde dolores:
Hora necis ueniet poterit qua talia nōſce.
Nomine latrones Diſmas Geſtaſq́ uocantur.

¶Concluſio.

Eſto aliis clęmens:homines clęmentia diuis
Aequat:ſic ueniet ſic tibi dextra dei.

¶Miraculum trigeſimū quartum.

R be erat Inſubrum quidā qui pinxerat alto
u Virginis in muro effigiē: quā quiſq́ colebat
Et parui:& grandes:dominus ſeruiq́ colebāt
Aedibus his puer hanc quotiens currebat in ęde
Perſpicit:& capitis ſigno prębebat honores
Cum genibus flexis decorando numina diuę:
Quam dominā appellat(ſic matris uerba monebāt)
Vſu nam citius uel conſuetudine matris
Virgineam effigiem ueneratur:quam ut ſciat ipſe
Nam puer haud poterat)picta ſub imagine matrem
Delituiſſe dei:tamen hanc ueneratur & ambit.
Accidit interea caſus miſerabilis illi:
Quis uitare poteſt caſus?quis fata mouere?
Incidit in fluuium ripa dum ludit amoena
Cum pueris:urbis cingebat moenia flumen:
Diffugiunt alii portantes fata parenti:

Defunctum credunt media quod uoluitur unda.
Aduolat huc genitor:mater:populiq́ ſequuntur:
Res miranda tamen uera eſt)uidere manentem:
Hunc puerum ſcopulo incolumem uidere manentē:
Et lętum uultu:facie lętumq́ ſerena.
Illuc ire cupit genitrix ſed flumina nolunt:
Quę prior alloquitur natum.Mi nate uales ne?
Quę tua fortuna eſt?ſubita mihi reddito uoce:
Ille inquit.Mater ualeo.Matrona gubernat
Me pia:quam noſtris domibus coluiſſe fatemur:
Dixerat:ambigunt matronam quam ferat ille.
Atq́ abeunt ſcallaſq́ parant puerumq́ reducunt:
Mirantur puerum tanto euaſiſſe periclo:
Intraruntq́ domum.currit tunc paruulus ille
Ante dei matrem gaudens fert talia uerba.
O gentes matrona potens mihi ſęua pericla
Dempſit: & in ſcopulo tremulum me fixit acuto.
Aſt omnes laudant mirum laudantq́ Mariam.
O durę gentes exemplum ſumite parui.
O patres matreſq́ pię doctiq́ magiſtri
A teneris pueros Chriſtum metuiſſe docete:
Et chriſti matrem tenero componite cordi:
In ludo & libros peruoluite uirginis almę:
Si non proſa placet do uobis carmine librum:
Qui quamuis ueniat me indocto uirgo Maria
Attamen impoſuit muſas:ut fonte Helyconis
Emanaſſe putes:cęrę date ſigna calenti:
Quę cum frigeſcet poterit non carpere ſignum:
Nam gelidę effigiem fruſtra conabere ferre:
Dum pueri teneris faciles retinentur in annis
Incipiant Chriſtum & matrem coluiſſe uerendam:
Quę tegit & iuſtos humiles prauoſq́ tuetur:
Et ſcelere immanes non ſpernit:ſi modo uitam

Permutent: fugiantq; citi ſua caſtra ſequentes.
O uirgo dignas quis poſſet reddere grates:
Ergo conticeo quoniam mea lingua labatur:
Te quotiens laudare cupit. Quis reddere dignas
Eſt potis o laudes tibi reddere uirgo Maria?

Concluſio.

A teneris uenerare piam uenerare Mariam:
Auferet hęc ueniant queq; pericla tibi.

Miraculum Trigeſimumquintum.

n Omine Theophilus ſiculę telluris inhęrens
Oris te quidam decorabat mente Maria:
Paſtoris tenuit ſacrata hunc curia quędam:
Qui poterat rerum laſſas diſponere habenas:
Temporis inceſſu periit uenerandus in urbe
Paſtor. Theophilum paſtorem gens uocitauit:
Qui negat hoc poteratq; dei tunc dicier ęquus
Dilector: dant hoc quę gręcia nomina mittit:
Quem non ambitio tetigit perflamine honoris.
Paſtorem aſt alium gentes ſumpſere uerendum:
Qui mox Theophilum ſpoliauit: ne ſit in aula
Aulicus egregia: proh quantos inde dolores
Suſtinet: ah dolor eſt proprios amittere fructus:
Efficit ira hominem ſęuum: nam ſęua peregit
Crimina: proh pudeat te cernere talia lector.
Demonas illic erat iudeus carmine cantans:
Ad quem Theophilus ſupplex hac uoce locutus.
Te rogo da auxilium: miſero & ſuccurre dolenti:
Demonas inferno reuoca de gurgite nigros:
Auxilium nobis qui pręſtent: regia coeli
Quod nos deſeruit prauo paſtore uigente.
Demonas Hębreus ſtrinxit ueniſſe coactos:
Vnus Thephilum loquitur. Cur me uocitaſti?
Inquit cui Siculus tribuo tibi ſumere uitam
Atq; animam corpuſq; meum: ſi reddis in aula
Officium: tenui quondam quod glorius alta.
Reſpondit Sathanas Chriſtum cum matre negato
Cum ſanctis: ſacro & quod tu baptiſmate geſtas:
Sic tibi ſic dabitur quodcunq; petiueris alme.
Theophilus promiſit ei: ſic curia magni
Paſtoris: magnumq; decus: priſciq; triumphi
Theophilo illati. Tantę ſunt demonis artes:
Vt quem Theophilum dicebas dicere poſſis
Non ſeruaſſe ſui promiſſum nominis alti.
Poenituit feciſſe nephas ſed temporis inde
Succeſſu lachrimaſq; dedit gemituſq; Marię.
Diſcite mortales quid ſit contemnere Chriſtum.
Quidue ſit ambitio tantos congliſcere honores:
Huic miſero uenit uirgo ſolatia prę ſtans:
Corripuit tamen hunc ſcelus exegiſſe nefandum:
Et iuſſit Sathanę contraria dicere uerba
Scilicet ut Chriſti & diuę ſectetur amorem:
Reddidit huic chartam Sathane quam fecerat ipſe
Virgo Maria decens: ne ſpe fallatur inani:
Sed ſciat e manibus Sathane euaſiſſe nefandis.
Aſcendit coelos uirgo dilapſa per auras:
Paſtori Siculus narrauit cuncta colendo
Et populo: cuncti laudabant mira Marię.
Conſilio magni paſtoris crimina rupit
Theophilus: ſcelerumq; faces perfecit inermes:
Quare nunc coelo lętatur clarus in ipſo.

Concluſio.

Ambitio ne te teneat: uitare pericla
Si cupis: eſt cunctis uirgo Maria fauens.

Miraculum trigeſimumſextum.

Lericus urbe fuit Romana nomine cęſar
Patritio genitore ſatus: qui erat urbe ſenator:

Cęſarius turpi uitam deduxerat olim
Sorde:ſed a ueneris quęrebat uellere tęlis
Se: ieiunabat:ieiunaq́ꝫ corpora ſeruans
Orabat ſemper ſincęra mente Mariam:
Pelleret ut ueneris(placeat ſi)tęla faceſq́ꝫ.
Cui ueniens uirgo mox tali uoce locuta eſt.
Ne timeas Cęſar ueneris tibi tela reuello:
Olim ſummus eris paſtor delectus in urbe
Dixerat.& tenues fugit dilapſa per auras.
Cęſarius uiuens caſtus fit paſtor in urbe.
Summus:cui petri traduntur regna uetuſti:
Soluere quo poſſit mortales atq́ꝫ ligare:
Quod tellure facit deus & confirmet olympo.
Regna dat & ſummos dat rectum ſemper honores:
Ipſa pudicicia eſt ſeruatrix uera bonorum.
Sed bona proh Sathanas nimium popularier audet.
Cęſarius Leo nam mutato nomine dictus
Dum celebrat feſtum quo coelo aſſumpta Maria eſt:
Dum celebrat miſſam:fit dumq́ꝫ oblatio feſti:
Datq́ꝫ manum populo:cui iungunt oſcula pacis:
Oſcula ninpha dedit manibus paſtoris amica:
Cui iuueni iuuenis tribuebat dulcia furta
Cęſariusturpi dum uinctus labe maneret:
Gaudia quanta tulit memorans feruore tenetur:
Cogitat atq́ꝫ diu uoluens meditamina iniqua:
Nam uenus intrarat manibus paſtoris in ima.
Foemina proh quantos ignes quantoſq́ꝫ furores
Flamarum portat:non has conuinceret ęthna:
Non barathrum ditis:putei flamamue uomentes:
Nec mare nec fluuii:nec fons:extinguere poſſet
Innumeras ſecum quas geſtat foemina flamas.
At templo miſſam populo celebrando leonem:
Dum uidet ante oculos in muro ſtare Mariam:
Poenituit uoluiſſe nephas:qui flamineraptus
Concernit diuam:ſibi talia uerba ferentem.
Te ſceleris quoniam puduit ſcelus omne refringo
Dixerat.at paſtor miſſam celebrauit:& inde
Diſcedens proprias uolucris contendit in ędes:
In thalamumq́ꝫ uocat ſeruum:quem cędere palmam
Luxuria tactam diro mucrone coegit.
Te ſuperat Muti paſtor:nanq́ꝫ urere palmam
Conatus patria es:ſubito quę tranſit hyatu:
Hic uero palmam paſſus mucrone recidi
Pro patria ęterna:retinet quam lętus in aſtris.
Balſama dat cęſę manui mirramq́ꝫ nitentem
Vulnere ne putris tabeſcat foeda cruore.
Poſt iacuit lecto non ulli uulnera monſtrans:
At ſacra turba rogat miſſam celebrare:negauit
Sępius hoc paſtor:paſtorem hęrere putarunt
Romani:in cauſamq́ꝫ uocant cui talia fantur.
Cur miſſam celebrare negas:dic uera fatendo.
Ille nihil:dubius rogitabat mente Mariam:
Quę coelum linquens palmam portauit:amico
Paſtori inſeruit:Coeleſtem concipe palmam
Dicens:quando quidem carnalem incidere conſtans
Extiteris:pellens ueneris meditamina iniqua.
Dixerat:& clari conſcendit ſidera coeli.
Non humerus Pelopi tam diuis iunctus eburnus
Integer eſt:quantum paſtori palma uireſcit.
Tunc circunſtantes mirantur mira Marię:
Et paſtor ſacras indutus corpora ueſtes
Prępoſuit miſſam narrauitq́ꝫ ordine cuncta.
Hinc uixit ſancte:coelo nunc fungitur alto.

¶Concluſio.

Eripe te uiciis:ſi ſit temptatio matrem
Poſce dei:auxilio mox erit illa tuo.

¶ Miraculum trigeſimum ſeptimum.

Ollutus quidam quāquam ſit crimine iudex
p Attamen hic dominā ſępe & reuerenter ho/
Officiūq; ſuū dicit nec pręterit hora: norat
Dumq; equitat ripam perdenſi fluminis altam:
Decidit in fluuium: rapidiſq; inuoluitur undis.
Diffugiunt comites: defunctum nanq; putabant
Eſſe uirum: miſſas plures cecinere canori
Pręſbiteri. Triduo iudex peruenit ad ędes
Soſpes: miratur populus quid tanta pericla
Euaſit: genti iudex fert talia uerba.
Heu heu dum mediis iactabar corpus in undis
Virginis auxilium petii. Marius aere uenit:
Flumine quę eripuit labentia corpora triſti:
Vtq; Anchiſe ſatus pelago dum uoluitur alto
Neptuni auxilio inſanis ſe liberat undis:
Sic ego reginę coelorum dulcia ſenſi
Pręſidia obliquo me defendentia fluctu.
Dixerat: at gentes laudabant ore Mariam
Mutauit uitam iudex nunc gaudet in aſtris.

¶ Concluſio.

Crimina diffugias: uirtutem amplectere: dicas
Virginis officium: uirgo pericla mouet

¶ Miraculū trigeſimū octauum.

Vm uir & uxor amant ſe ſe laudantq; mariā
d Et ſancte uiuunt concordi pace manentes.
Inuidet his Sathanas: uigilat qui querere lites
Nobilis aſſumit formam pulchręq; puellę:
Vt regina decens penitus uideatur ab alto
Deueniſſe polo. Thalamos ergo intrat in illos:
In quibus eſt mulier laudanſq; colenſq; Mariam:
Atq; iſtis primus compellat uocibus illam.
Filia quam gratę mihi ſunt quas ore ſalutes
Differis: illa ego ſum dominam quam dicis in aſtris:
Cuncta placent: ſola eſt res quę (nam uera fatebor)
Diſplicet. heu nimium curas ſeruire marito:
Dum facis ipſa cibos: tempus teris: eſt gula cauſa:
Omnia linquantur uani quę gaudia mundi
Blanda manent: animę cunctis eſt utile ſolum.
Dixerat: & tenues demon diffugit in auras.
At mulier ſimplex uerbis attendit ineptis:
Atq; ſequente die conſorti non parat eſcas:
Iratus coniunx uxorem deuouet: eſcas
Quod nullas faciat: quod curę crimina perſtent.
Dumq; iterum rogitat mulier: laudatq; Mariam:
Foemina peruenit Sathanas qui talia fatur.
Quam mihi nata places: modo ſi compleueris iſtud:
Quod tibi nunc fabor. Veneris libamina ſemper
Caſta nega: & lecto uiuas in cęlibe caſta:
Coniuge cumq; tuo blandis non utere furtis:
Sic mihi grata dabis: poſt partum uirgo remanſi:
In partu ſimilis: uirgo ſic ante remanſi.
Dixerat: & tenui demon ſe condidit umbra:
Nox uenit: & nigrę ſplendeſcunt ſidera noctis:
Quę nimphis calido ſociatis foedere lecti:
Brachia ſunt collo quarum: gratiſſima uenit.
Coniuge cumq; ſua coniunx concumbere flagrat:
Sed lateri aſſeruiſſe latus negat illa marito:
Qui dolet: & tali tabeſcit coniuge triſtis:
Atq; odio ſequitur: nequit & ſpecularier illaq;.
Hęc mulier diuę dum mandat uota Marię
Tertia: datq; preces: olli tunc foemina demon
Aduenit dicens. Mecum nunc ipſa uenito:
Pręmia contribuam: coeleſtia concipe regna:
Terga ſuper ſcandas mea: tu portaberis aſtris
Aptius Europa cum uecta eſt littora Crętes:

Tergora dum tauri niueo candore premebat:
Hęc dixit demon:uolitanſq; per aera portat:
Sic Ganymedeos portauit fortiter artus
Armiger ipſe Iouis:placuit cum forma puelli·
In puteum demon uoluit proiicere:quę ſe
Defendit precibus:quas miſit ſponte Marię·
Territa uirgo cado:corpuſq; animamq; relinquo:
Ni mihi ſuccurris confringens demonis artes·
Tunc Sathanas ueluti multo ſit uerbere cęſus
Perfugit:& ſubito tenues fit uanus in auras·
At mulier defuncta malis paſtoris in ędes
Tendit:& hec ſummo paſtori cum ordine narrat:
Ille dedit ueniam pariter ſic penituiſſe·
Hincq; domum rediit mulier:quę cuncta marito
Ordine narrauit:concordi pace manentes
Vixerunt:illis aduenit uirgo Maria
Pręponens pacem concordi mente tenendam·

¶Concluſio·

Viuite concordes:lecto qui uiuitis uno:
Ne cadat in ueſtras dira ruina domos.

¶Miraculū trigeſimum nonum·

Gregius paſtor uiuebat in urbe Toletę
e Sanctam deducens uitam:laudanſq; Mariā:
Dum celebrat miſſas petis hunc o uirgo ma
Gaudia multa refers magnos & tradis honores· ria
Dum celebrauiſſet miſſam:qui foemina demon
Factus erat manui paſtoris labra tumeſcens
Oſcula dat manui nigrum figentia amorem:
Sic mos antiquus tales errabat in urbes)
Oſcula paſtori meditamina iniqua dederunt
Luxurię:teneras eſt dire flamma medulas·
Atq; ſequente die miſſam celebrauit in urbe:
Gaudia nec ſenſit:ueniens quę uirgo Maria·
Dum celebrat miſſam quondam perferre ſolebat·
Triſtis abit: thalamis uoluit quod crimina fecit
Diua uenire neget: famulum dehinc falce recinctum
Strictam habuiſſe iubet falcem:ſibi cędere palmam
Et tali poſuiſſe loco ne quis reperiret.
O paſtorem egregium:pręſentes ferre dolores
Qui mauis quam morte fera deſcendere auerni
Obſcuras imi tenebras & tartara ditis:
Exemplo nobis tua fortia facta fuerunt:
Vt te ſectantes capiamus ſidera coeli·
Ergo paſtorem miſſam celebrare Marię
Preſbiteri feſto rogitant:populumq; docere·
Ille inquit·faciam,quod Chriſtus quodq; Maria
Iuſſerit:his teneor diuinam tradere mentem·
Dixerat hec paſtor:rogitabat deinde Mariam·
Nox erat:& phoebi latitabant lumina:coelum
Sidereo quacunq; licet fulgore micabat:
Pręteritiq; homines renouabant membra laboris:
Nox erat:ante diem feſti:cum uirgo Maria
Paſtori aduenit:cui tali eſt uoce locuta
Cur incidiſti palmam?miſſas celebrare
Quo poteris celebrare modo?cras ſunt ſolennia feſta
Quę mihi prębentur:celebrabis tu ſpoliatus
O miſer heu palma?Paſtor tunc talia fatur·
O uirgo miſerere mei:te lędere palma
Auſa eſt:ipſe auſus pariter ſum cędere palmam:
Nam licet ut crimen quod reddit criminis acti
Vſq; luet poenas & crimina purget iniqua:
Dixerat·his uirgo iungit·Mea tendito templa:
Et miſſam celebres:ſanam tu concipe palmam
Coeleſtemq; manum:terrenam cędere nanq;!
Auſus es:ut tanto te ferres crimine prudens:
Dixerat·atq; manum paſtori reddidit ipſam:

Inſtruitq; loco·ueluti cum ruſticus ipſe
Tempore dat uerno ramos:nectitq; tenellos
Arborea in gemma:uel truncis arbore ſummis
Aſt arbor creſcit diuerſo germine iuncta:
Sic paſtore manum firmauit fortiter alma
Virgo dei genitrix:poſt hęc dilapſa per auras
Conſcendit ſedem quę manet annexa tonanti·
At populo uulgans ſanctorum uerba librorum
Mira refert paſtor:famulum portare iubebat
Palmam:quam populo monſtrauit glorius amplos
Vt uera agnoſcens narret miracula diuę:
Ordine cuncta tulit paſtor non ulla remittens:
Applaudunt gentes laudando mira Marię:
Hinc uixit ſancte paſtor nunc ſplendet olympo·

¶Concluſio·

Quod nocet abſcindas:maneat nę in mente libido
Peccandi:fugiat pocula dira ſitis·

¶Miraculum quadrageſimum·

Anctus erat quidam nemoris deſerta perrās
ſ Viuebat ſqualens corpus faciendo labore:
Vimine texebat ſportas:urbemq; ferebat
Qui uendens illas celam grauis ęre redibat:
Aut res ſumebat nummis:quis paſcere corpus:
Ducere quis uitam ualeat:ualeatq; tonanti
Viuere:dum laudes dum cantat carmina diuę·
Hic uidit tabula depictam ſtare Mariam
Vrbe manens:emit pictori munera prębens:
Dum repetit deſerta cito peccurrere uiſus
Eſt iter inſolitum:ignotas quoq; currere ſiluas:
Et graue tendit iter noctis ſurgentibus aſtris:
Atria reſpexit :manibus quę pulſat amicis:
Ecce ſenex aperit cum maieſtate tremendus:
Inq; domum hunc ducit:talos cui terſit in unda:

Fercula dat:ſimul hii dum ſtant:Regina decenti
Illuc adit greſſu:quę talia rettulit·Hoſpes
Vnde uenis?greſſumq; tuum quo dirigis?ede·
Vrbe:ille affatur:uenio:ſportaſq; reliqui
Pro pretio: celas iter eſt mihi deducendum·
Illa inquit·Pannis quid portas ipſe retortis?
At nihil huic dicens:Tabulę detraxit inertes
Pannos:reginam coelorum monſtrat amoenam:
Parraſia quę picta manu zeuſiſq; uidetur·
Tunc regina potens dixit·Laudare memento
Hoſpes reginam:tabula quam percolis illa:
Illa tibi tribuet coelos:ſi crimina linquis·
Dixerat:& mulier thalamo ſe contulit alto:
Omnes dormitum pergunt.Sed mane reſurgit
Antiquus:recto qui fertur nomine Petrus
Quiq; tenet coeli claues clauditq; recluditq;:
Hic dixit·Quoniam tu hoſpes laudare Mariam
Non ceſſas:cape quam gratus ſis ipſe Marię:
Et nato:& ſanctis:tanto quos tollis honore·
Ipſe uocor Petrus:quem quondam Roma ſerenum
Pontificem tenuit:qui claui coelica regna
Et claudo recludo ſimul:mea tergora Chriſti
Concuſſam eccleſiam quondam tenuere labore:
Attamen hęc firma eſt: Veluti cum ſaxa molari
Grandia ſe petra ſupponunt arcibus altis:
Quę ſolidę reſident:imum radice tenente
Petrarum:uenti has nequeunt telluris in ima
Inflantes aluo diſcerpere:Sic ego Petrus
Eccleſiam Chriſti cunctis hęrentibus altam
Fundaui:auſtrorum nullos timet iſta furores·
Me liceat recto diſcedere limite Siſte
Sancte pater mundi:Bene Petrus uera locutus
Cum te pontificem tanto teneamus honore:

Nec uentos timeat Chriſti te ſecta regente:
Quis poterit linguam diuini uincere Siſti!
Qui ſi ſis ſolus dextra:maneantq́ʒ ſiniſtra
Omnes hęrentes magno ſuperabis honore:
Et toto duces mundo gaudente triunphos:
Atqʒ ſecundus eris diuino nomine dictus
Auguſtinus:qui doctos in tempore lapſo
Hęrentes ſtrauit firmando dicta tonantis:
Dic mihi quid ſiſto tribuit tam nomina clara!
Siſtere firmare eſt:tu firmas omnia Siſte:
Tu terror Turcis qui iam parere uidentur
Velle tibi:fietqʒ cito quod firmiter ipſe
Et credo teneoqʒ ſimul·Quis principe ſancto
Non iubilet Siſto:tibi ſiſtere quęqʒ feruntur:
Sanctorum numero qui iam poneris in amplo:
Iam tibi iam ſtratas coelo conſtare cathedras
Aſpicio libroſqʒ tuos:de ſanguine Chriſti
Eſt primus:quanto proh fulges dogmate doctus:
Proximus eſt a quo fulget conceptio diuę
Virginis·o mira & magna pietate ſerenum
Pontificem cunctis tollendum laudibus amplis:
Nō modo qui illuſtras noſtram puro ordine ſecta m
Factorum:ſed uerba facis manantia coelo:
Cum uideo libros tua nomina clara tenentes
Lętícia exultat pectus mihi·Deuia iam iam
Sum ſatis auectus:repeto nunc Siſte priora·
Sic ſequitur Petrus mulier:regina uocatur
Coelorum:angelicis manibus ſunt atria facta:
Huc ueni & uirgo:tibi quo ſolatia ferre
Poſſemus:ualeas·Sanctus poſt atria nulla·
Nec petrum uidit:uidit nec uirginis artus·
Poſt ſancte uixit laudando ſępe Mariam
Sidera nunc retinet:coelo nunc gaudet in alto·

Concluſio·

Virtutem ſequere:& ſanctos non deſere mores
Atria ſi clari percupis ire poli·

Miraculum quadrageſimumprimum·

m Oenia Alexandri que ſunt de nomine dicta·
Mercator quidam dum uult procedere liquit
Conſtantinopolim:quem cogit gratia mercis
Illi tunc uxor tunc nati talia fantur.
Sic abiens ſolos nos deſeris:ille profatur·
Deſero non ſolos:ego uos committo Marię·
Hinc abiens lachrimas fundit dixitqʒ ualete·
At coniunx oculis mittebat flumina paſſim
Fleuerunt nati patrem ceſſiſſe uidentes:
Sed tamen hiis aderat ſpes quod ſit uirgo Maria
Adiutrix:poſſitqʒ ſibi remouere pericla·
Pro ſcelus infandum:proh quanta libidoqʒ habendi
Eſt hominum:ualeat fidas quę rumpere mentes:
Inter concordes ualeat quę ſęmina litis
Spargere:quę poſſit famulos armare furentes
In dominos:iugulo gladium quę iungere fido·
Heu famulus turpis nigrata mente putarat
Vxorem & natos ſtricto concidere ferro
Mercatoris(erat nanqʒ abſens gratia iuſti)
Dehinc gazaʒ rapere: & poſt grandi uiuere ſumptu·
In thalamis mulier rogitat dum forte Mariam
Quam mactare cupit ſeruus·proh mira Marię
Intrat dum thalamos iurant caruiſſe decoris
Certe oculis:nullos ſenſus geſtaſſe proteruum:
Qui caput in proprium conuertit uulnera demens:
Vulnere ſeqʒ ipſum triſtis quatiebat atroci:
Clamitat hinc:mulier currit:natiqʒ recurſant:
Vicini accurrunt magno clamore uocati:
Semianimem inueniunt:rogtiant:quis uulnera fecit:

Ordine narrauit tunc omnia ſeruulus ille:
Frigidus atq; animam dicens effudit in auras.
Diſcite mortales aliena relinquere: mentem
Non adhibere aliis rebus: ſeruare ſatis ſit
Res ueſtras: Mentiſq; ęſtus compeſcite diros:
Ne dum res alias nimio affectatis amore
In uitium miſeros ducat uos cęca libido:
Crimine qua facto uitam linquatis: & omnes
Res ueſtras: mundumq; ſimul: coeloſq; nitentes:
Quodq; eſt horridius ſubeatis tartara ditis:
Sint ubi uos Sathanę tundentes tempore toto:
Qui cupiunt aliena ſibi ſua propria perdunt.
At mulier tanto demptam putat eſſe periclo
Cum natis: coniunx quod ſe commiſerat almę
Reginę coeli: quę dat ſolatia cunctis.
Mercator rediit cui coniunx omnia fata eſt:
Qui laudes ambo multas tribuere Marię.

¶Concluſio.

Neglige diuicias nec dirus uulnera confer
Ipſe aliis: demens quis cecidiſſe potes.

¶Miraculũ quadrageſimum ſecundũ.

Cclesia in quadam uirgo ſtatuata manebat:
Phidiaca quę facta manu mira arte uidetur:
Vel quę Praxitelis claram denunciat artem:
Cum paruo nato pulchras complexa q; ueſtes:
Nobilis has quidam ſumptu confecerat almo:
Sed furtim latro templis ſe condidit ipſis
Nocte atra cupiens ueſtes has demere diuę:
Qui eripuit ueſtem diuę Chriſtoq; uolebat
Eripere: Ipſa genas latronis uirgo Maria
Percuſſit palmis: defunctus ſed cadit ille
Morte quaſi: gentes ibant at mane rogatum:
Inueniunt furem ſtratum tellure iacentem:

Quem rogitant terrę iaceat cur horridus udę:
Omnia tunc ſerie narrantur facta latrone:
Quem puduit feciſſe nephas: peccata fatetur
Latro: ſic ſanus fit corpore menteq; lętus:
Mutauit uitam claris nunc fulget in aſtris.

¶Concluſio.

Non te furandi capiat tam dira libido:
Vt credas magnis poſſe nocere deis.

¶Miraculum quadrageſimumtertium.

c Larus erat quidã: multa & uirtute redundans
Mercator: diuę ornabat qui altaria ueſte:
Hic petit Hębreum quo tales ſumere ueſtes
Ipſe queat: quibus ornarentur numina diuę:
Cumq; has emiſſet: uoluit diſcedere uelox.
Tunc mercatori Iudeus talia fatur.
Ipſe ſcias certo me anulum retinere Marię:
Tradita quo quondam Ioſeph fuit inclyta ſponſa:
Hunc ultro tributam quoniam mihi uirgo Maria
Nocte uenit terrens multum me: & ſemper acerbe
Corripiens: poenaſq; ferens in corpore toto:
Sed tamen ad legem me nolo uertere Chriſti.
Dixerat: Aſt anulum mercator contulit ędes
In proprias: carumq; tenet: gaudetq; tenendo.
Huic moritur natus: capulo qui clauſus in ędem
Diuorum fertur: feretro qui talia ſurgens
Affatur: patremq; monet: uiuuſq; uidetur.
Intentas adhibe genitor mihi protinus aures:
Surgere defunctum me cogit uirgo Maria:
Corripiendus eras: anulum quod uirginis ipſe
Ipſe tenes: templis anulus ſeruetur in ipſis:
Non decet in manibus res ſacras ſtare profanis:
Feciſti & uotum Michaelis templa ſubire:
Nec ſubis: hęc facias: uoto mora nulla feratur:

Quę promiſſa ſemel non debent inde negari:
Nanqꝫ fides fiat quod dictum eſt ipſa requirit
Quę quamuis teſtis non ſit tamen eſt tribuenda·
Dixerat:& capulo demiſit membra quieti·
Videre hoc gentes populi audiuereqꝫ uerba:
Hoc Chiuſum uidit:uicus montalla uocatur:
Qui perfecte aſpexit pariter uidiſſeqꝫ iurat:
Huic poſtquam iuueni tellus ſuperaddita:tendunt
Pręſbiteri pulchras uix mercatoris in ędes:
Antiphonas dantes:cantus:uoceſqꝫ ſonoras:
In templum referunt anulum ſolennia dantes:
Atqꝫ hodie ſeruant anulum hunc examina ſacra:
Hoc anuli certum eſt mirum tribuiſſe Mariam·

¶Aliud cum ſuperiore annexum·

Vxor erat comitis quędam quę tangere palmis
Eſt temere auſa anulum:digitumqꝫ includere inipſo:
Aridus at digitus multo langore tenetur:
Sicqꝫ riget ueluti lignum ſtet ſole retractum:
Sic potuit uirgo temeraria corda domare:
O quanta eſt ipſi diuę gens cura ferenda:
O quam magna ſacris adhibenda eſt gratia rebus:
Quas dum tractamus temere tam dira pericla
Eueniunt nobis:ut ſit fortuna gemenda:
Ni mirum triginta Erebo dedit Herculis ira
Potitios iuuenes:qui ſeruis ſacra tulerunt
Herculis:hęredes fuerant:quos lurida cunctos
Mors anni ſpacio extinxit:caruit quoqꝫ cenſor
Appius ipſe oculis:quo ſunt auctore relata
Illa ſacra ad ſeruos:ſic poenis numina prauos
Exagitare ſolent:ut ſint exempla ſequenti
Turbę hominum:caueatqꝫ ſibi tam uera tenendo
Exempla ante oculos·aliena pericula cautum
Quem faciunt foelix pro tanto munere perſtat·

Ergo mortales exemplum ſumite poenis
Prauorum:nec uos peccandi dira libido
Accendat:nobis non ſunt exempla notanda:
Quę antiquis lucent chartis:exempla uidere
Quottidie liceat:maiorum tanta leguntur:
Vt citius numerare queas quot uoluit harenas
Omne latus ponti:maneant quot in arbore frondes:
Quam quę ſunt noſtris maioribus acta uidere:
Sit ſatis ante oculos pręſentia facta tenere:
Quę magis impellunt mentem:quę credimus omēs
Certius his quę ſunt uel poſſunt ficta uideri·

¶Concluſio·

Deſere ſacra ſacris:nocuit tentaſſe tumenti
Mente aliquid:pręfer conſiliiqꝫ uiam.

¶Miraculum quadrageſimūquartum·

n Atalem quondam non feſtauere Marię
Chriſticolę:menſis quē fert a ſeptim9 imbre
Sed cape mēte memor tribuit qs talia feſta·
Sanctus erat quidam contemplans gaudia coeli:
Menſeqꝫ ſeptembri nox illi dum manet atra:
Audiit angelicos coelo deſcendere cantus:
Somnia prętereunt:tamen eſt nox corde retenta:
Atqꝫ ſequente anno perſenſit plectra ſonare
Coelica:proh captus quanta eſt dulcedine uocum:
Sic multos annos ſeptembri menſe ſonoras
Audiit hic uoces:eadem quas attulit huic nox:
Miſterium uoluit magna de mente tonantis
Eſſe aliquod·rogitat·Refer hoc o uirgo Maria:
Illi reſponſum eſt·Natalem uirginis almę
Regia concelebrat coeli:nam uirgo Maria
Tali nata die eſt:tribuitqꝫ ſalubria mundo·
Gaudia:Quod Chriſtus pura eſt de uirgine natus:
Debuit hunc mundus natalem ſumere ſanctum:

Quo mare:quo tellus:exultant regna polorum:
Q uo tremit infernum nigro ſub gurgite moerens:
Hęc uox conticuit·uelox at ſanctus in urbem
Proceſſit ſummo paſtori cuncta reportans:
Credidit huic paſtor:natalem iuſſit & inde
Vt mundus celebret totus:laudeſq; rependat:
Atq; hymnos cantet magna dulcedine uocum·

¶Concluſio·

Sis uigilans:pariter uoluas coeleſtia mente:
Si cupis aduenian magna ſecreta tibi·

¶Miraculū quadrageſimum quintum·

N uiduo quędam uiuebat foemina lecto:
I Quę degens caſte permanſit iuncta Marię:
Filius huicq; fuit:Tenebris qui & carcere uin
Aſſidue matri tribuebat mente dolores: ctus
Q uę lachrimas oculis fundens rogitare Mariam
Liberet incolumem natum de carcere nigro:
Dumq; dies multos fruſtra rogitaſſet:Amicum
Intrauit templum ſanctę dans talia diuę:
Oraui totiens natum mihi uirgo Maria
Q uo reddas:natum non reddis uirgo Maria:
Ergo tuum capio natum:dulciſſima proles
Hic erit uſq; mihi:nolo nam prole carere:
Prole carere negas:proprium mihi reddito natum:
Sic tibi ſic dabitur capio quem uirgo Maria·
Dixerat:& Chriſtum gremio de uirginis almę
Detrahit:& proprias ſubito contendit in ędes:
Et pannis uoluit carum quem ſeruat in ęde·
O eximium pignus uiduo tibi foemina lecto
Viuens ſumpſiſti:quod te retinente fatiſcit
Mens tua non unquam nullo exagitata timore:
Pro nato pignus ſolo tibi terra manebat:
Et coelum:quodcunq; uides tu ſola tenebas·

Vnde tibi rerum uenit fiducia tanta?
Quis te tam audentem fecit:dic clara uirago·
Credo nihil·niſi quod:quorum ſtat uita probata:
Audent a domino quoduis rapuiſſe benigno·
O uiduę exemplum uiduę preſumite caſtum:
Si coniunx periit:nec uos ſine coniuge uitam
Ducere flagratis:Chriſtus pro coniuge perſtet
Corde pio:& genitrix maneat ſua conſita mente·
Eſt ne aliud magnum qui te rapuiſſe tonantem
Mouit:dic nobis:placeat ſi caſta uirago·
Vnum credo aliud·Quod tantus feruor amoris
Eſt erga natos ſincęra mente parentum:
Vt ſoboles illos ad tetrica quęq; reducat:
Si multam retinent ſobolem:diuiſus amoris
In plures partis fructus perſtare uidetur:
Si ſolam retinent:cumulus ſtat totus in illa
Ingens feruoris:qualis fuit ille Marię
In Chriſtum:qualem pro nato dicor & ipſa
Me tenuiſſe meo:potuit qui pellere mentem
Vſq; meam:ut raperem qui ſidera clara gubernat.
Pignore pro tuto:Natorum quantus amoris
Eſt ignis iamiam pueri ſpectate tenelli:
Diſcite & a teneris caros coluiſſe parentes:
Si bene in hoc ſęclo uel ſi uixiſſe futuro
Vultis:& o matrum prę ſertim iuſſa tenete·
Ergo nocte dei genitrix de carcere uinctum
Abſoluit uiduę natum:cui talia dixit·
Ito domum incolumis genetrici dicito carę:
Te quia reſtitui:natum mihi reddere demptum
Approperet·Iuuenis ſoſpes contendit in ędem:
Omnia narrauit matri:quę lęta Marię
Portauit natum gratas tribuendo ſalutes·
Cum nato genitrix uitam deduxit honeſtam·

❡Concluſio.
Audacter poſcas quicquam ſi a uirgine poſcis:
Sępius affectant te rogitare dei.
❡Miraculum quadrageſimū ſextum.
c Hriſticolam uxorē quidā paganus habebat:
Quę diuę laudes ſemper mittebat ab ore:
Ille quater denos nummos retinebat in archa
Ex quibus ab foenus dum uult preſumere:coniunx
Illi infit nummos Chriſto contrade tonanti:
Nam pro uno accipies centū:ſpes foenoris ampla eſt
Templa petas Chriſti:nihil hic ſpeculabere habentes
His nummos tribuas:bis quod fers quippe tonanti
Contribuis:dabit hos erit hic nam quando neceſſe.
Vxori credens coniunx dedit omnia ſimplex
Pauperibus:ſed egens paganus tempore paruo
Vxori dixit.Conſors o cara pecuniam
A me quis reddet captam?tunc illa marito.
Vade age:& eccleſia ſolerter quęrere tota
Non ceſſa:inuenies quod quondam contribuiſti:
Ille abit:eccleſia nummum mox comperit unum:
Vxori & portat.dixit tunc illa marito:
Vade age:ſufficiet nummus:piſces eme reſq;
Pro nobis.abit ille cito:piſceſq; reportat.
Apprendit piſcem coniunx:& uentre reciſo
Inuenit gemmam uario fulgore nitentem:
Conſorti tribuit:gemmarum deinde magiſtro
Hanc portare iubet:pretium bis quinq; reporta
Nummorum argenti.Lapidum mox ille magiſtro
Hanc portat:pretiumq; petit.Faber inquit amice
Argenti nummos tribuam fulgore coruſcos
Bis denos:riſit paganus talia dicta:
Credit enim fabrum pretium promittere falſo.
Auri contribuam(cui tunc faber inquit)amice

Viginti nummos:ille aſt maiore cachino
Concutitur:gemmam nam diſplicuiſſe putabat.
Bis centum tribuam nummos faber inquit amice
Auri ſi placeat:Pretium uel gemma feratur
Iam mihi paganus tantis ambagibus uti
Neſcio:reſpondit:nam delirare magiſtrum
Gemmarum credit.Pretium tunc ipſe magiſter
Exhibuit lapidem noſcens uirtute ualere.
Paganus proprias lętus contendit in ędes:
Omniaq; uxori narrat:pretiumq; rependit.
Diſcite mortales pagani exempla ſequendo
Ferre deo foenus:nec paſcere ſanguine egeno
Crudelem mentem:dum foenus traditis atrum
Pauperibus:Quorum potatis nempe cruorem:
Vt facer humano bachatur ſanguine hirudo.
Cruribus accinctus medico mandante probato:
Humanum foenus dat nobis tartara adire:
Diuinum foenus dat coelica regna uolare.
Poſt mortem:hoc mundo:prob:centū parturit unū.
Sic meus o coniunx dominus ſic ſoluere iuſtis
Mercedem eſt ſolitus:tulit hęc tunc ipſe maritus.
Eſt pius o conſors princeps quem me uenerari
Ipſa mones:genitrixq; dei:Babtiſma prematur
Iamq; meo capiti:Chriſti uolo ſumere leges:
Chriſticola effectus ſancte cum coniuge uixit.
❡Concluſio.
Foenus trade deo lucrandi incenſus amore:
Ne iaceat pauper uictus ubiq; fame.
❡Miraculū quadrageſimū ſeptimū.
p Auper erat quędam mulier deuota Marię:
Clericus huicq; fuit natus:qui ſcire ſtudebat.
Grāmaticā:& cantū:nam blandus uoce uige
Melliflua:poterat genitrix ſua nulla magiſtro bat

Soluere:cantori tribuit:quo diſcere cantus
Poſſit cantoris uiuendo ſemper in ęde.
Principium antiphonę eſt:cantabat uoce ſonora
Alma redemptoris.Iudeus at inuidet illi:
Inferat utq; necem deuoto cogitat hoſti.
Quid non inuidię rabies committere cogis
Spumea.tetra.ferox.truculento & tincta cruore!
Omne nefas faciunt homines te incendia dante:
Nec mirum ſi tanta facis crudelia dictu:
Nanq; cicuta dedit guſtum tibi ſęua:triformis
Cerberei monſtri rabie quę nata refertur:
Quam uomit herculea trahiturd um rite cathena:
Gorgoneo quondam credo tua ſanguine membra
Immaduiſſe:cadit dum ſtyria ſępius agris
In libies ſiccis rubeo foedata ueneno
Anguigeri capitis danaes a prole reciſi:
Tu placidam membris non das de nocte quietem:
Nec tibi clara dies epulas dat ſumere lętas:
Fronteq; rugoſa conuoluis lumina torte:
Et maciem uultu ſqualentem lurida turpi
Ipſa geris:maculę tibi ſunt in corpore toto:
Nec ſentina grauis talem demittit odorem:
Qualem tu flatu foetens demittis ahnelo:
Paſſio cum pectus ſemper contrectet amarum:
Quo ueniens dentes olido foetore mephitis
Denigrat rabidos ſcabra rubigine tingens:
Oſtendis uultu nunquam dans gaudia riſus:
Ni uideas aliquos de ſummis ima uenire:
Non intrare animos fertur tibi ianua magnos:
Noctes atq; dies fertur tibi ianua aperta
Per uiles animos:qui perdoluere uidendo
Eſſe aliis id quod nequeunt tolerare furentes
Adde quod in uitiis aliis ſtat iuncta uolnptas

Quę tibi quę deeſt (niſi nos manifeſta negamus)
Si uideas lętos moeres triſtiſſima rerum:
Si uideas triſtis:quamuis tibi riſus abundet
Attamen hic grauior fletur:cum ſęua uidere
Ex optes populum maiori mole ruentem.
Non mihi:ſi uitam Neglei Neſtoris addet
Terdecies chriſtus:calamo te ſcribere poſſem.
Ergo me uertam:narrans:ad mira Marię:
Nec tibi ſit mirum totiens ſi deuia lector.
Me fero:cum coger calamo damnare nefanda:
Sępe ego cum uolui tantum ſcripſiſſe Mariam
Aſtantes uidi muſas:quas uirgo iubebat
Virgo dei uarium me cogere ſcribere librum:
Qui uelut herbarum diuerſo ſemine cultus
Ortulus effulgens uarios diffundat odores.
Vrbe eſt egreſſus:quo feſtum cernere poſſet
Clericus:ah tranſit Iudei ſedulus ędes:
Extra urbem nanq; hic pulchras Iudeus habebat
Aedes:quis poſſet quando depellere curas:
Atq; hilaris genio genialia tradere feſta:
Clericus hac tranſit:Iudeus perſpicit illum:
Atq; uocat cantumq; iubet cantare Marię:
Alma redemptoris cantabat clericus ille
Orphea conuincens:quoq; uincebaris Arion:
Et qui in dircęis cantabas montibus alte:
Te quoq; phoebe pater uicit:uicitq; ſorores
Pieridas:coeli ueniebant undiq; uoces.
At Iudeus atrox dulci modulamine motus
Inuidia motus crudelia uulnera confert
Clericulo:& domibus foſſa clam condidit alta.
Clericulum cantor matri narrauit abiſſe
Nec rediiſſe domum:multo moerore tenetur
Illa:ſuus nullo redeat quod tempore natus:

Quem tibi commiſit lachrimans o uirgo Maria.
Quę linquens urbem Iudei prę̨terit ędes:
Hicq; audit uocem nati cantantis in illis:
Iudeumq; rogat properet ſibi reddere natum:
Ille negat conſtans ſe conſpexiſſe puellum:
Cantori mater mox id narrauit. At ille
Aedes iudei ingreditur:comitante caterua:
Iudeo minitans:matri ni reddere natum
Approperet ſęuam mortem poenaſq; minatur.
Dixerunt gentes cantans peruenit ad aures
Vox huius iuuenis:latebris quęramus & ędes:
Intraruntq; domum:trepidi ſunt quęrere tota:
Concutiuntq; prius Iudeum uerbere multos
Qui ſceleris pandit techuas:Cantorq; reuellit
Clericuli corpus ſanum:ſed uulnera manant
Heu iuguli. Vinctus Iudeus ducitur urbem:
Quo ueniunt populi quęrentes mira marię:
Reddere clericulo iuſſit miracula cantor.
Ordine tunc Iuuenis. Periiſſem:uirgo Maria
Iudei gladium ni perfeciſſet inermem:
Iudei prohibens manu:ne uulnera ferret:
Dixerat. Et cuncti laudabant mira marię:
Alter & alterius capiebant mutua uerba.
Iudeum feciſſe nefas hinc poenitet. Illi
Traduntur capiti Iordanis ſigna fluentis:
Quiq; fuit quondam crudelis fit pius uſq;
Diſcant Iudei Chriſtum coluiſſe parentem:
Quem quondam ligno fixerunt liuida turba:
Nec quod miſſias ueniet ſit credula:falli
Ni uult dum nimium fidei ſtat credere noſtrę
Dura:nec ad leges diuina uoce futuras
Prędictas quondam ſe curat uertere:ponto
Surdior:aduenient aures cum uerba tonantis.

Miſſias uenit uera de uirgine natus:
Atq; iterum ueniet tremebundi tempore diro
Iudicii:errorem tum gens incredula noſcet:
Cum lateri lęuo ſtans demittetur in imas
Inferni tenebras:dabitur ſententia iuſto
Iudice:tabeſcet cum ſpe falletur inani.

¶ Concluſio.

Excitat inuidiam uirtus:liquiſſe ſiniſtrum
Litterulę ramum quam iuuat aſpicias.

¶ Miraculũ quadrageſimum octauum.

Euotus iuuenis quidã & ſacer ore ſalutes
d Quinq; & uiginti fundebat ſedulus orans
Quottidie:totidem ſuperaddidit inde ſalutes
Angelicas:illis pars tertia iungitur inde:
Nec quartam iunxit:ſomno cui uirgo Maria
Aduenit chlamidem portans:monſtrauit & illi:
Quam manibus retinet Pretioſam fulmine ab auro:
Aurea nanq; nitent fundentia ſcripta ſalutes
Angelicas:Chlamidi pars non erat addita quarta:
Quam complexa manu iuueni dat talia uirgo.
Nate flagro partem chlamidi te iungere quartam.
Dixerat:& coelos uirgo uolitauit in altos.
At ſollers iuuenis centenas ipſe ſalutes
Angelicas fudit:cui uenit uirgo Maria
Apportans chlamidem:quę nulla parte carebat:
Atq; inquit. Iuuenis chlamidem quia perfeciſti:
Iam uenias mecum:nati pia regna tenebis.
Dixerat. atq; abiit uirgo. Poſt morte peremptus
Eſt iuuenis clari conſcendens ſidera coeli.

¶ Concluſio.

Si quicquam incipias ſollers finire labora:
Premia ſi flagras ſi uel habere decus.

¶ Maraculum quadrageſimumnonum.

f Oemina erat quędam:quęſemper grata Ma
Angelicas diuę fundebat ab ore ſalutes: rię
Dūq; cibū e thalamis ꝓperat portare marito
In campos:paruum natum dimiſit in ęde
Concluſa: natumq; tibi commiſerat alma
Virgo dei genitrix.Sathanas ſed mouit in ędes
Flamarum excidium:quo tota accenditur ędes
Cum gaza.redijt genitrix dans talia diuę.
Miſiſti puerum flamis comburere carum:
Quem tibi mandaram uirgo:ſic dixerat.Igne
Proſpexit natum uultu facieq; ſerena:
Flamarum incolumis medio qui manſerat:Ipſum
Eripuit ſubito genitrix de gurgite flamę:
Vt uenus Aeneam Troia ex ardente recepit:
Vel qui corripuit flagranti ex ęde Mineruam.
Non ceſſat mulier diuę mox reddere grates:
Quod ſaltem natum non pertulit igne cremari.

❡Concluſio.

Non bene conſeruant parui quod demon anhelans.
Dirruit.o cunctis uirgo Maria faues.

❡Miraculum quinquageſimum.

c Larus abas Romę diuinas condidit arces:
Qui ſancte uiuens ſocios commiſerat almę
Diuę:fundebant omnes quā ſemper ab ore:
Dumq; ita conuiuunt pergentes ducere uitam
Sanctam:illis uenit iuuenis:quo forte latebat
Falſificus Sathanas:Sociis qui talia dixit.
Sumite me ſocii:uobis properabo culinam
Ipſe coquus facere:& perdulcia fercula ferre:
Prę mia nulla peto:Chriſti nanq; hoc conor amore.
Dixerat hęc fallax.ueluti cum pergama Troię
Deuaſtare Sinon flagrat:ſic talia iniquus
Pręmeditans Sathanas ſocios commouerat ipſos:

Qui capiunt iuuenem ſit tanquā hic omnibus aptus
Ipſe domo paſtor fortuna urgente receſſit.
At pecudes ſolę magno a paſtore relictę
Sparguntur certoſq; locos errando relinquunt.
Concitat heu monacos demon:conquirere lites
Inter concordes gaudens conſtringere pacem:
Mox alium de alio narrat dixiſſe nefanda
Ornans ſermonem.Socii mendacia credunt:
Non ita ſollerter pellax orabat Vlixes:
Cum caput heu miſero Palamedi littera truncat:
Cum uel & Aiacem donatum ſtringere ferrum
In pectus miſero multoq; dolore coegit:
Lingua Meduſeo nimium perfuſa ueneno
Inter mortales ſemper fera ſęmina ſpargens
Credo equidem ſaxis ſi ſint tua ſęmina naſci:
Bombardam ſuperas quatiendi doctior artes:
Illa quatit muros:homines ſed diuidis ipſa.
Primores monaci capiunt de rebus agendis
Conſilium monacos mox inſanire uidentes:
Conſilium eſt reuocare patrem: qui flumine magno
Extinxiſſe poteſt flamas:uenit ille uocatus:
Quo monaci poſuere iram ueniente tumentem:
Non aliter:quam cum ſeptem de parte trionis
Adueniens Aquilo nigras fugat aere nubes:
Et coelum oſtendit lętanti corde ſerenum.
Cogit Abas monacos cordis ſecreta fateri
Diuiſum quoſcunq; ſibi:quo cuiq; mederi
Ipſe queat plagis:medicamina iuſta ferendo:
Percipit hic tandem ex uncti mala cuncta uenire
Arte coqui:tetricas qui lingua ſpargere lites
Gaudebat cuicunq; ferens aconita ueneni
Cerberei quem cogit Abas.Te adiuro tonantis
Parte dei.dicas quis ſis:cur clauſtra ſubiſti:

Ille inquit·Princeps barathri ſum liuidus alti:
Huc ueni monacis quo poſſem infundere lites:
Illis nanq; mihi tociens iniuria fertur
Vt nequeam ſufferre:dei cum ſemper adorent
Matrem·ſic fatus·ſtrepitu uolitauit in altum.
At Sathanę monaci noſcentes crimina:matris
Mira dei laudant:ſimul & perfectius omnes
Vixerunt:leti dantes pia uota Marię.

❡Concluſio·

Credere mendaci nimium aſpernabere linguę:
Credulitas facilis moeſta pericla parit.

❡Miraculum quinquageſimumprimum.

Allia continuit miro fulgore puellam:
g Quę diuę caſtam promiſit ducere uitam:
Hanc dominus uidit quidā ditiſſimus:hācq;
Vxorem petiit·Portauit nuncia ſeruus
Quam mox connubiū quodcunq; refellere·Chriſto
Fert mea uirginitas ſemper ſeruata manebit.
Hoc mouit dominum:tanto qui accenſus amore
Non explere nefas potuit:nam clauſtra ſubiuit
Ipſa puella decens ſemperq; addicta Marię.
Proh ſcelus infandum:ueneris proh nigra libido
Quem non ipſa errare facis:cui tęla:ſagictas
Non iacis:aut quiſnam potuit tua temnere bella?
At princeps furiis ſęui exagitatus amoris
In clauſtrum ex famulis unum qui corda puellę
Commouiſſe ſciat:mittit:qui deniq; ninpham
Hanc tentet parere uiro:fortuna potentem
Quem facit illa refert.domino quę membra uocarūt
Seruule:dic:uenerem? Tua ſunt pulcherrima ſemper
Lumina quę uenerem commorunt ſeruulus infit.
Expecta illa refert·domino uolo mitere munus.
Se mouet hinc citius thalamis rogitatq; Mariam.

Virgo beata decens oculos diuellere fronte
Ipſa uolo potius:quam quoquam rapta rependar:
Foemina quid maius potuit deperdere?quam ſe
In maculas ſtupri irrubicundo imponere uultu:
Gemma nitet ueluti mulier:quę ſtupra refellit:
Vnguibus:his dictis:oculos a fronte reuellit:
Quos tribuit ſeruo pannis tamen ante uolutos:
Quos domino ſeruus portat:quos duʒ uidet heuheu
Poenituit feciſſe nefas·Miſero iam parce gementi.
Clamat uirgo tibi:ueniam da criminis acti:
Virgineos ceſſit ſic non uexare calores.
Ninpha cadens moritur coelo requieſcit in alto.

❡Concluſio.

Virgo mane conſtans turbę nec crede proteruę:
Si maneas conſtans ceſſerit ille furor.

❡Maraculum quinquageſimumſecundum.

Rimina uir quidam ſemper faciebat iniqua:
c Nulla erat hora uacās: qua nō crudelia dictu
Feciſſet:ſcelerum cunctis immanior : uſquaʒ
Qui ſint:qui fuerint:uenient uel quiq;nefandis.
Sed tamen hora fuit:qua ſupplex numina diuę
Sępius orabat feruens genibuſq; reflexis:
Crimina dehinc pręceps faciebat demone nigro
Huic ſuadente:tamen ſupplex orabat ad horam:
Poſuit & nocuo quod prodeſt linquere nunquam.
Nocte uiro uenit uirgo:quę ſplendet ubiq;:
Hęcq; uidebatur pincernam mittere pręſe
Lancibus in pandis portantem fercula mellis:
Quę uario condita modo miſere ſapores:
Perq; domum nidor nares peruenit ad ipſas:
Gauſape ſed foedum lances contexerat altas:
Virgo uidebatur ſopito dicere·Sume.
Gaude.carpe cibos:fauus eſt his conditus eſcis·

Attonitus tunc uir·Mibi gauſape nauſea ſurgit:
Inquit cui uirgo·Mibi talia fercula prębes:
Fercula nempe tibi placuiſſent:gauſape foedum
Ni foret:& pariter rogitans mibi nempe placeres:
Crimina ni facias totum damnanda per ęuum:
Dixerat & uirgo coelos uolitauit in altos·
Peccator uitam mutauit:gaudet in aſtris·

¶Concluſio·

Non bene uirtuti uitium connectitur:unquam
Non poterunt pugnant quęqꝫ manere ſimul·

¶Miraculū quinquageſimumtertium·

Alia Pariſium quam magnam continet urbē
g Hęceꝗ caput regni:atqꝫ alias ſupereminet ur/
In qua nūc ſtudiū ſūmo fulgeſcit bonoꝛ bes
Vt quondam clare doctis floꝛebat Athenis·
Pariſii in templum uenerunt ambo maligni
Hębrei officium cupientes ſpernere chriſti:
Pręcipue bi rident ſoluentes ora cachino·
Clericuli cantant ſi o dulcis uirgo Maria·
Hoc cernens iudex:unum cui lumen ademptum:
Hos adiit:pugno unum ſtrauit:morte peremptum
Alter conſocium cernens cecidiſſe ſine armis:
Detulit o iudex te·Pretor talia dixit·
Si interfectorem noſcis:comitante meorum
Vade age ſeruorum turba·duc ille·cruentas
Ille dabit ſcelerum poenas·Iudeus at infit·
Interfectorem noui iuſtiſſime pretor:
Annibalem poenum uideor uidiſſe carentem
Lumine:quem luſcum portabat bellua regem
Getula:bec dicens abiit comitatus iniquis
Seruis:Et iudex templo te prendit in alto·
Conuinctus Iudex multo pallore tremiſcit:
Atqꝫ animam diuę care committit babendam.

Teqꝫ rogat uirgo templis dum tranſit amicis:
Cui lumen reddis clarum mirabile dictu:
Ducitur ad funem:ſcelerum quę torquet amantes:
Pretori oſtendit cernentia lumina clare·
Inquit iudeo tunc pretor·Ducere luſcum
Tu promiſiſti:gerit bic ſed lumina clara·
At iudeus inops mentis dum proſpicit ambos
Hunc geſtare oculos tremula formidine preſſus
Diſcedens uultus rubicundos abſtulit inde·
At iudex rediit ſubito:proprioſqꝫ penates
Intrat:& immenſa te extollit laude Maria:
Nunc tecum pulcbro uiuens lętatur olimpo·
Diſcant Hębrei:quid ſit riſiſſe tonantis
Officium matris:ſe ad ſectam uertere curent
Noſtram:qua nibil eſt nil certe uerius uſquam:
Si mens deficiat ſi ſenſus:flamea perſtet
Sola fides:cunctis quę donat lucida coelum·

¶Concluſio·

Ne patiare malos ſcelerum de mole ruentes:
Si innocuus nocuum corrigis aſtra petes·

¶Miraculū quinquageſimū quartū·

Agnus erat quidā dominuſ:cui demō:in ęde
m Pro famulo uiuens bumana ſorte nitebat:
Hunc hōines hominē credebant uiuere ueꝝ
Principis aſt uicus uiduam retinebat:in iſtam
Inſidias demon crudeliter ipſe parauit
Sub ſpecie famuli ueneris libamina cęcę
Infundens uiduę cordi·Num talia dicam!
Ab pudet:& dicam·Pharetrata ſemiramis alti
Concubitum nati magno ex ardore recepit:
Quid te delectant mulier tam dulcia furta!
Si ſcelus infandum tota narratur in urbe:
Si demon feciſſe iubet te turpia dictu

Arcbanum ſpondens factum:ſcelus inde reuelat:
Et cunctis pandit:uaſo uelut uſq; ſonoro
Laxatis rimis concurrunt undiq; uina.
Ergo ſuo Satbanas domino narrare nefandum
Non ceſſat facinus:uiduam quo tranſigat enſe.
Iratus uiduam princeps uocitauit ad almam
Iuſticiam:negat illa ſui male conſcia facti
Ire ad iuſticiam:caros uult ducere amicos
Hęc ſecum:Aduerſę fortunę nullus amicus
Inuentus.Pudeat te non defendere poſſe:
Crimina te impediunt te ne defendere poſſis:
Illa ſed ingenti multoq; rubore tremiſcens
Sola abit:& templum uicinum ſola ſubintrat:
Totaq; collacbrimans impleuit templa querelis:
Et te diua uocat uenias defendere ſi uis:
Tu uero buic ſomnum prebes grauitate profundū:
Non aliter quam ſi magno ſtet territa bacbo:
Sumpſerit aut multum ſimplex cereale papauer:
Atq; buius formam:faciem:greſſuſq; reſumis:
Principis & celeri paſſu te regia cepit:
Tunc Satbanas domini famulus pallore tenetur.
Heubeu debinc ibi me clamauit ſtare negabo
Me non poſſe quidem:quoniam uenerabilis iſta
Eſt mulier.dixit liquitq; bic turpe cadauer
Vſtrinam emittens magno fętore grauatam:
Demonis bas artes princeps tunc credidit ipſe:
Hocq; uidens mirum donauit abiſſe Marię:
Creditur buic uirgo quę foemina fecerat illud
Infandum facinus proprio cum ſanguine mixtum.
Sic abiit uirgo uicinaq; templa petiuit
In quibus eſt ſomno mulier compreſſa profundo:
Excitat banc uirgo iuſta grauitate reprebendens:
Quę coelum ſcandit coelo lucidior ipſo:

Hęc uero mulier uitam mutauit:& alto
Ipſa recepta polo dominam concernit amicam.

¶Concluſio.

Crimina ne facias:nulli bęc tutantur amici:
Si tua ſors rauco ſit peragenda foro.

¶Miraculum quinquageſimū quintū.

ſ Anctus erat quidam loca qui deſerta colebat
Cui ueneris tęlum ſemp currebat in artus:
Sępe deū rogitat:pcibus ſanctos quoq; iūgit
Quo ſibi dignentur uenerem depellere turpem:
Simplex ſed nunquam meminit rogitare Mariam:
Sic magis atq; magis ueneris tentamina creſcunt:
Quod peccatorum ſanctam notat eſſe Mariam
Procuratricem:quę pellit crimina culpę:
Ergo ad contiguum ſocium ſe contulit iſte:
Arcbanumq; illi mentis patefecit amarę.
Qui rogitat diuam:pandit temptamina ſanctus
Spiritus:bic dixit ſi uis temptamina frangi
Deſine non unquam ſolers rogitare Mariam:
Ter tua & angelicas depromat lingua ſalutes:
Dixerat.& ſocius ſocio reddebat bonores
Reddebat grates:Abiit debinc lętus ab illo:
Inq; ſuam properat coelam.Temptamina ſurgunt:
Non aliter quam cum princeps confringere & arces
Et muros minitatur ouans:ni porta pateſcit
Pars incerta manet pars uult ſe dedere regi
Pars bominumq; negat mortem laudādo ſub armis
Conuincunt tandem nolentes ſumere regem:
Dantq; animos uictis & martia tęla capeſſunt:
Inq; ducem currunt:urgent quem cedere fortes:
Sic clypeum ſic tęla ferox aſſumpſerat iſte
Vir ſanctus iuſſum ſocii faciendo monentis:
Nam dum mente ſua pugnarent:iuſq; libidoq;

Ad te uirgo iuit:clypeus cui nempe fuiſti:
Sic hunc defunctum ſic reddis uirgo maria:
Vt timeant nunquam arces bella ferocia martis.
Huic ſemel at ſancto demon comparuit ater:
Et tulit hęc rauco uenientia uerba palato.
O frater nequeo ueneris tibi figere tela:
Quod te defendit reginę magna poteſtas.
Dixerat:& ueluti fumus diffugit in auras.
Hic uero ſanctus ſancte uiuendo polorum
Commeruit ſedes:tanta eſt prudentia diuę.

¶Concluſio.

Omnia ſi fueris conuinces pręlia conſtans:
Si ſit in auxilio uirgo Maria tuo.

¶Miraculum quinquageſimumſextum.

m Iles erat quidam tibi iunctus uirgo maria:
Condiderat templũ monacis coelaſq; nitẽtes
Quos ꝓprio ſumptu biſſex paſcebat:amictu
Ornabatq; ſuo:diuę hęc faciebat amore:
Sed tamen huic alius princeps fera bella mouebat:
Pugnabantq; ambo ſibi mutua uulnera dantes:
Iam manibus uideor troianum uoluere bellum
Tempora ſi aſpicio bis quinos protulit annos:
Quid tantas agitis lites:tantoſq; furores
Bellorum domini gazam uitamq; terentes:
Non minus eſt damnum uictori quod datur ipſi
Quam uicto recta ſi ponis pondera lance.
Dic mihi:Quo gręcos fortuna agitauit iniqua?
Quę(ſic ipſe ſcies)uictori gloria detur.
Sanctus abas cernens ambos fera bella mouere
Cum monacis loquitur faciens de rebus agendis
Conſilium.Dominos diſcordes me pudet inquit
Eſſe diu.Domini:qui templum condidit iſtud:
Me miſeret quod ſe tanta de lite mouere
Non poſſit:Noſtrum eſt miſeris ſuccurrere rebus:
Ambos flectamus ſanctam componere pacem.
Pace nihil melius:qua paruula magna reſurgunt:
Quaq; cadente ruunt res magnę protinus imum.
Dixerat.In ſenſum pedibus uenere probantes
Illius cuncti:fuerat quod uera locutus.
Ergo pręſto abeunt duo quos prudentia munit
Ad regem monaci diuerſa parte manentem
In dominum:eccleſiam qui fidus condidit ipſam:
Quem:cum de placido miſiſſent ore ſalutem
Affantur.Libeat princeps clariſſime finem
Et bello impoſuiſſe modum:Te lucra ſequentur:
Te decus:& coelo connexę gloria famę.
Ille inquit feciſſe meum iuſſiſſeq; ueſtrum eſt:
Sed tamen hęc animo ueniunt pellacis ulixi:
Cui monaci.Princeps noſter ducetur ad iſtos
Fines:quo tandem ualeamus iungere foedus:
Atq; ita deſcendunt:domino remq; ordine narrant:
Cui ſuadent foedus:belloq; imponere finem:
Ille inquit:recte feciſtis:ſed tamen ipſe
Non confido ſuis:quę dat fallacia:uerbis:
Pace tamen lętor:ueniam quocunq; iubetis.
Dixerat.Ad fines pauca comitante caterua
Procedunt.Alium multa uidere caterua
Fuſum:qui ſimulat componere foedera:& intus
Inſidias uoluit iuſti populator amoris:
Nanq; ducem ſubito rigidis comprendit in armis:
Vinciuitq; manus manicis:taloſq; grauauit
Compedibus:uinctumq; obſcuro carcere clauſit:
Datq; cibum panem:dat linpham pocula ſolam:
Carceris at lacbrimans tenebras implebat amaris
Dux lacbrimis:monaci funduntq; precantia uerba:
Et te uirgo rogant tenebroſo ut carcere demas.

Illum:qui fecit quondam tibi lucida clauſtra:
Septembris currit:quo ſunt ſolennia feſta
Virginis·Hic queritur:Quod uincto feſta negantur
Concelebranda ſibi:nanqꝫ hęc celebrare quot annis
Eſt ſolitus:panem cum diſpergebat egenis·
Talia dum uoluit tenebrę de carcere cedunt
Aduentante dea:quę illum de carcere traxit
Conuinctum talos:palmaſqꝫ ad terga ligatum:
Inqꝫ ſuas arces portauit uirgo Maria:
Depoſuitqꝫ illum:magnoqꝫ fragore remiſit·
Nox erat·& coniunx:quoniam cognouerat illum
Voce:leuat comites ducens cum lumine magno:
Adueniſſe uirum gaudet:gaudetqꝫ uidendo
Incolumem:Pedibus uoluit diſſoluere ferrum:
Ille negat populo ſpondens ſe mira Marię
Mane relaturum:Quam mox frigentia cedunt
Sidera:te fugiunt iouis o clariſſima proles:
Cum cernunt manibus ſcuticę te ſumere habenas:
Quatuor atqꝫ quatis quam pinguia tergora equorũ·
In plateam ſe ferre iubet:populumqꝫ uocari:
Atqꝫ ibi conuinctus narrat miracula diuę:
Narrat & hic magnum gaudens ſe exiſſe periclum:
Qualis naufragium pellax narrauit Vliſſes·
Laudarunt cuncti diuino ex ore Mariam:
Eripiunt pedibus manibuſqꝫ urgentia uincla:
Templaqꝫ cum domino repetunt: ſolennia feſta
Concelebrant ſancte dantes pia thura Marię.
At quidam ambiguus ſe ad ſęui caſtra tyramni
Contulit:& rogitat:uideant ſi carcere dux eſt:
Cuſtodes nullum inueniunt in carcere clauſum:
Reſponſum ambiguo tribuunt·Celer ille redibat·
Reſpexit:uiditqꝫ arces merſiſſe profundum:
Dehinc rediens populo narrauit talia amico:

Iudicium magni gens admiratur olympi:
Quod deus omnipotens ſęuum mactare tyrannum
Curauit campos uexantem·moenia·gentes·
Si mortale genus crudeles temnitis:almos
Saltem horrete deos:Qui poenam claudere paſſum
Tempora longa ſinunt:Sed cum peccata redundant
Illi dant greſſum pedibus deducere rectis:
Immemores non ſunt diui:Quorum ira furore
Maiore excutitur fuerit quo lentior illa:
Supplicioqꝫ graui compenſat tempora lapſa:
Hęc furit:atqꝫ hoſtes ſcuticis proſternit acerbis:
Non aliter quam cum fluuio ſtetit unda retenta
Oppoſitis trabibus:grandi & telluris aceruo:
Et lignis fixis:ſaxorumqꝫ aggere duro:
Stat contenta diu ſtat creſcens unda tumendo:
Tranſcendit tandem ripas:lateqꝫ peragrat
Cum ſtabulis armenta trahens pecudeſqꝫ uiroſqꝫ:
Vincitur & moles:aluoqꝫ euoluitur alto
Cum linphis pugnans tandem diſiecta fathiſcit:
Sic peccatores ſęuos quatit ira deorum·

❧Concluſio·

Optima ſemper agas:cunctis ſis ipſe fidelis:
Si ſecus:heu claudo te pede poena capit·

❧Miraculũ quinquageſimũ ſeptimũ·

Rbe fuit quidam paſtor uirtute niteſcens
u
Clericulũ hic tenuit magna de ſtirpe creatũ:
Creuerat hic capiens: calicẽ cui tangere ferẽ:
Officium pariterqꝫ manu contingere ſacra
Id eſt effectus eſt diaconus·
Hic malus at flagrat paſtorem morte perire:
Quo ſibi reddatur paſtoris ſacra poteſtas:
Tempore ſed longo uetulus non morte recedit:
Cogitat hic dire paſtori tradere lethum·

Quod non ambitio mortalia pectora cogis
Effeciſſe nephas flamam ſub corde locando?
Ipſa paras enſes:gladios.nigrumq̧ uenenum:
Non natus patri genitor non parcere nato
Vſq̧ poteſt menti ſi ſint tua flamina fixa:
Tu pręcedentes ſpectas:ſpectaſq̧ ſequentis:
Horres ſectantes ne te pręcedere poſſint:
Et pręcedentes quęris ſuperare terendo.
Nox erat:& thalamis uoluit diſcedere paſtor
Iret ut in templum:rogitet quo numina diuę:
Sed cadit heu pręceps tabulis deiectus in imum:
Has ſceleratus enim:quem diximus:ille pararat
Vt caderet paſtor ueluti cum caſſe reciſa
Decidit in foueam uulpes conterrita ſaltu)
Ad ſtrepitum currunt famuli magnoq̧ dolore
Pro paſtore gemunt:ſceleratus ſicq̧ gemiſcit
Condat ut heu technas lachrimis dū plorat ahnelans
Quid non hypocriſis cęlas uirtutis in umbra
Exterius monſtrans quę ſunt contraria cordi:
Tu uitium cęlas uirtutis imagine cauta:
Non aliter quam ſi pulchro depicta ſepulchro
Exterius fulgent clariſſima ſtemmata:uerſus
Marmore cęlati:uermes putredine at intus
Corrodunt carnes corrupto corpore olentes:
Vtq̧ auro plumbum ſępe occultatur:& inde
Fit fraus in multos:Sic ſunt contraria cordi:
Quę gerit hypocriſis Siculo dans dulcia melle
Verba magis:Tamen hac certe latet anguis in herba
Suadeo nec tali quenquam deponere corpus
Gramine:ſit quamuis laſſus:cupiatq̧ iacere:
Ne piſci fiat ſimilis:qui carpitur hamo:
Dum nimis audacter paſtum ſibi carpit acerbum.
Ergo paſtoris tumulatur mane cadauer.

Conſultant ciues:ſceleratum moxq̧ receptant
Pro paſtore ſuo:Male ſed tamen accidit iſti:
Nam dum tota aula celebrat conuiuia lętus:
Pocilatorem cuncti uidere furentem:
Multaq̧ pręterea facientem turpia ſigna:
Nam furit heu ueluti furiis agitatus Oreſtes:
Vel cum diuino tumefacta eſt ore Sibilla:
Cumq̧ ita per multum feciſſet talia tempus:
In ſeſe rediit:Cui paſtor talia fatus.
Dic age quid furiis uidiſti agitatus iniquis?
Rettulit ille.Dei me excellens regia magni
Continuit:teſtiſq̧ illa ſum hęc cernere uiſus.
Cernebam populum:medio regina manebat:
Ad latus huic ibat paſtor:qui morte peremptus
Crudeli cerebrum portans manibuſq̧ cruentis
Oſtendens.Dominum prior eſt regina locuta.
O coeli princeps:Cuius non uicta poteſtas,
Omnia diſcrete trutina ſcit pendere recta:
Te rogo ius reddas:Paſtori tradita mors eſt
Cruda meo.Paſtor domino tunc talia fudit.
Officium princeps hoc eſt quod clericus in me
Reddidit ipſe meus:Sibi quo eſſet tanta poteſtas:
Quam geſſi cunctis ſemper tua iura ferendo:
Tunc paſtor de me:ſuus eſt hic ſeruulus:inquit:
Dixerat.& iuſſit me mox te ad iura uocaſſe:
Ergo te iubeo quamprimum iura petiſſe
Parte ſui.Paſtor ſubita tunc morte nouellus
Decidit in terras:Veluti cum quaſſa ſecuri
Bos cadit:& nullum mugitum deuomit ore:
Vel cum peſtifera pereunt animalia clade.
Atq̧ ita defunctum credo ſubiiſſe tenebras
Tartareas:poenamq̧ pati pro crimine tanto.
Sic homines uetulum paſtorem morte periſſe

Crudeli accipiunt claraqꝫ quieſcere uita.

❡Concluſio.

Nulli contribuas mortem flagramine habendi:
Ni decus & uitam perdere moeſtus aues.

❡Miraculum quinquageſimumoctauū.

f Oemina erat quędā tibi uirgo addicta maria
Coniuge cum ꝓprio uitam ducebat honeſtā
Clericus urbe fuit pariter tibi iunctus in illa:
Et quia ſe ſimiles gaudent coniungere:iuncti
Clericus & mulier de chriſto uerba ferebant
Et de matre dei gaudebant ſacra loquendo.
Improbus at Sathanas chriſti genitricis amorem
In uenerem uertit blandam ſęueqꝫ nocentem:
Clericus & mulier coeperunt uerba referre
De uenere & blandis:quę poſſent ſumere:furtis:
Externas ſtatuunt greſſum diuertere in oras
Non noti ut uenerem poſſint conſumere turpem:
Clericus in templo argentum prędatur: At illa
Conſorti nummos adimit:de nocte recedunt
Nox abit: & coelo fugerunt aſtra ſereno:
Montibus & ſummis radiabant lumina phoebi.
Pręſbiteri ſurgunt chriſto pia carmina dantes:
Qui matutinum trepidi cantare uolentes:
Inueniuut templo argentum de nocte relatum:
Cuſtodem accuſant lateat quod:nec uenit illuc
Suſpectum oſtendens ſe talia furta ſubiſſe:
Hi dum ſermones inter ſe dicere gliſcunt
Ecce uir adueniens uxorem quęritat:illos
Et rogat uxorem ſi conſpexere abeuntem.
Reſpondent trepidi. Furatus templa receſſit
Clericulus:ſecum qui iungere uerbula ſacra:
Sed tua certe uxor remanet male conſcia facti.
Ille inquit coniunx nullo eſt comperta locello:

Et nummi thalamis deſunt:deſunt quoqꝫ in archa.
Talia pręſbiteri dicenti talia dicunt.
Proh ſcelus infandum iungebant uerba ſacello
Digna pio:citius quo poſſent fallere cauti:
Sed natura dedit ſcelerato uerba referre
Sancta:ſacer ualeat quo quenqꝫ inuoluere reti:
Dumqꝫ refert placidis uenientia uerba labellis
Mente tenet cunctos ſtimulantes undiqꝫ uepres:
His ſubito dictis ſectantur perfugientes:
Extra urbem celeres dum uadunt:obuius illis
Fit curſor:cuius forma latitabat iniquus
Tartareus princeps:Rogitat quem turba uerenda
Pręſbiterum uiſa eſt mulier ſi forte per illam
Ire uiam:lateri cui uadit clericus unus.
His curſor properate cito:Spacium breue currunt:
Et prenſos nigro clauſerunt carcere:Talos
Compedibus ſtringunt palmis ad terga ligatis.
Conuincti lachrimas:gemitus.ſuſpiria fundunt:
Poenitet ac feciſſe nefas rogitantqꝫ Mariam:
Quę ſibi dignetur crimen dimittere tantum.
Quam bene:quam iuſte magni regnator olimpi
Caſtigas prauos:rectam quos currere metam
Nempe facis:cum fers meditanti ſęua flagella
Ardenter menti prohibet iuſtiſſima quod lex:
Nam uelut egregius pulli domitator equini
Currit iter coeno infectum:cecidiſſe uidetur
Pullus:at hic acer uentri calcaria ſubdit
Ora trahens fręnis:retinetqꝫ cadentia crura:
Atqꝫ regit pullum:qui fulmine fortior ipſo
Sufflans incedit rectus:colloqꝫ tumenti
Iram demonſtrat caſus:promitqꝫ pudorem:
Naribus effundens bilem dat mille per altum
Saltus:quo pateant cunctis ſua fortia membra:

Sic deus omnipotens de cocno criminis atro
Subtrahis infirmos labentes crimine labis.
Ad uinctos uadit uirgo:quos corripit acre:
Hinc ambos hortatur:eis cum talia dicit.
Ipſa reis ueniam poſſum nunquam ipſa negare:
Pro quorum cauſa chriſtus ſe in uiſcera clauſit
Ipſe mea:& cędem paſſus crudeliter olim:
Quare uos ſubito tenebroſo e carcere demam.
Dixerat. Atqꝫ abiit uirgo. Poſt demona iuſſit
Eripuiſſe malis hos ambos hiſqꝫ dediſſe
Famam:Quam technis ambobus dempſerat audax
At iuſſus demon ſocio comitante uolauit:
Intulit argentum templis:poſuitqꝫ ſacello:
Vtqꝫ prius manſit:quo motum non uideatur:
Foemina poſt proprias ędes a demone uecta eſt:
Clericus & templis poſitus ſic demone in ipſis.
Ambo mox Sathanę nigro ſe carcere claudunt:
Vnus foeminea ſibi ſumpſit imagine uultum:
Clericuliſqꝫ alter:populum quo fallere poſſent.
Ianqꝫ aurora iugis mittebat lumina ſummis:
Quatuor & ſtimulos ſumebat ductor equorum:
Prębiteri ſurgunt ſurgit quoqꝫ clericus ipſe.
Clericulum appellant mirantes. Vnde nefande
Vnde uenis?uenisti iterum?quo ſacra legantur
Templa tibi?ueluti elapſa de nocte legebas
Sacrilegus?tecum fugit quoqꝫ foemina turpis:
Carcere nuncqꝫ fugis. Sic contra eſt, clericus orſus.
Quas nugas ſtulti?ambages quas dicitis?Ante
Immemores uultis quę dicere uoluite mente.
Illi inſtant iterum ſectantes fundis inepte
Immemores:neſcis quę turpia feceris ipſe?
Cunqꝫ dies facta eſt omnes iuere mariti
Pręſbiteri ad thalamos:quem conuenere ferentem

Cum conſorte ſua lites:quis foemina dixit.
Vos rogo pręſbiteri uideatis ſi quid ademptum eſt:
Pręſbiteri aſpiciunt coniunx quoqꝫ conſpicit ipſe:
Nil deſit:quęcunqꝫ loco compoſta manebant.
Pręſbiteri caute dixerunt inde marito.
Qualiter immemores ſimus comprendere nemo
Poſſet quippe uafer:certe ſunt carcere clauſi
Clericus & mulier:uideamus carcere ſi ſunt.
Talia dicebant dubitantes:Nocte quieta
Ceu capiens aliquis ſomnos:feciſſe iacendo
Se putat:aut aliquid manibus conuoluere:Penſat
Hęc facio in ſomnis?exiſto an peruigil ipſe?
Se dormire putat:mox ſe non ſomnia ferre:
Incertuſqꝫ manet:ſomno expergiſcitur:alta
Somnia diffugiunt:Dubitat ſic turba uerenda
Pręſbiterum credens ambos uinciſſe cathenis:
Quod uerum fuerat:tamen hoc uult uirgo maria:
Carcere quęrentes ambos uidiſſe uidentur
Pręſbiteri:rogitant. Sathanę tunc talia fantur
Cum ſannam torquent ſoluentes ora cachino.
Luſimus o pulchre:uos credere fecimus aſtu
Non credenda uiris:Mulier tibi uirgo Maria
Nexa manet ſemper iunctus quoqꝫ clericus aſtat:
Quanquam uos ipſis ſtolidi dempſiſtis honorem
Pręſbiteri famamqꝫ ſuam:nos cauſa fuimus:
Sed uetuit uirgo:quoniam ſibi iuncta remanſit
Foemina:ſic nexus manſit quoqꝫ clericus ipſe:
Ergo horum:uobis:animas placuiſſe tonanti
Dicimus:His dictis calidas rediere tenebras.
Pręſbiteri & coniunx ſpectarunt ordine mirum:
Ambobus poſcunt ueniam. ſic foemina ſicqꝫ
Clericus in ſancta uixerunt pace manentes:
Ambo nunc gaudent fulgentes ęthere coeli.

¶Concluſio.

Temne faces ueneris:uenerem nam furta ſequuntur
Furtaq; poſt crux eſt:quę gemibunda manet.

¶Miraculum quinquageſimum nonum.

p Eſtis erat Lodouice tuo triſtiſſima cunctis
Tempore:cū gallos fręnabas ipſe ſuperbos:
Iudicioq; dei pars quarta eſt mortua gentis:
Peſtis erat capiens talorum exordia plantis:
Ad cor ſerpebat carnes urendo tepentes:
Nullus erat medicus medicas qui exponeret artes
Morbo tam diro:Non ſi foret ipſe repertor
Artis:& aut ſoboles huius cui uita dabatur
Defunctis:medicuſq; foret qui uincla ferebat
Vobis troiugenę morbum quemcunq; refringens:
Hunc morbū pellant:quid:morbus truderet ipſos
Crimina prob quantos & quot mortalibus ęgris
Langores tribuunt:Teſtis ſis ipſe prometheu:
Qui quoniam ſuperis es quondam ſubripere ignes
Auſus:feciſti cunctos langore teneri:
Sic chriſtus gallos certe exagitabat iniquos:
Qui clamant reboantq; ſimul te chriſte rogamus.
Te chriſti genitrix:te totam regia coeli:
Nos tandem exaudi:nobis ſuccurre miſellis:
Sic rogitant omnes:ueluti cum nauis inhęrens
Incidit in ſcopulos:rapidis & uoluitur undis:
Quoſq;:deis pelago nautę petiere labantes
Defuncti:ingratum:tribuunt conuiuia cuncti.
Tu tamen alma dei genitrix es fundere chriſto
Prompta preces:ualeat tandem quo gallia tota:
Cum dederit chriſtus iam multa flagella nefandis.
Littera conceſſa eſt remanet cui gratia ſcripta:
Intrabantq; tuum templum regina gementes
Infirmi:cunctis ſanabas corpora uirgo:
Res miranda foret numerum uidiſſe ſub ipſa
Pariſio:gemitus fundebant aſtra petentes:
Nocteq; tu uirgo ſplendenti lumine fulgens
Omnibus appares templo pręhendo ſalutem:
Ipſa tuis manibus benedicens alma miſellos:
Sic ſanati omnes morbi euaſere furores:
Qui tibi dant grates uotorum dona ferendo.

¶Concluſio.

Eripe criminibus te ſanus uiuere flagrans:
Non anima infecta membra ualere queunt.

¶Miraculum Sexageſimum.

i Vdeus quidam dum ſe fert limite recto
Prenditur:& rapidum turba ſpoliatur atroci
Latronum:& luco uinclis uincitur a paco
Arboris ad truncum:Sperabant inde latrones
Magna ſibi lucra:atq; ſuos redemiſſe parentes
Iudeum:Triduo cui linquunt fercula panem
Cum linpha:Atq; alios quo poſſint prendere cedunt
Pręteriit triduum nox & ueniebat opaca:
Perq; ſuos radios mittebat luna feneſtras:
Cum ſolus luco lachrimans laſſuſq; maneret
Iudeo aduenit miro regina nitore
Quę uinclis ipſum diſſoluit:corpore toto
Liber ut ad patrios poſſet remeare penates.
Commotus ſomno Iudeus liber ob altam
Lęticiam geſtit lęto dans gaudia uultu
Reſpicit an uideat luſtratq; per omnia:quę ſe
Diſſoluit uinclis conuoluens lumina uidit
Reginam uaria pellentem luce tenebras:
Talia iudeus deprompſit pectore uerba.
Dic mulier quę ſis:uel cur mihi gratia tanta
A te perueniat:reſpondit talia uirgo.
Ipſa ego uirgo dei genitrix uocitata Maria:

Quam tu ſic genteſq; tuę lęſere negantes
Humana Chriſtum natum de uirgine: neq;
Deſpicitis puerumq; meum: regnoq; polorum
Creditis haud regnare ducem: tamen inde futurum
Creditis ipſi alium de Chriſto cuncta negantes:
Ergo tibi prodeſſe uolens mihi qui nocuiſti:
Ad te perueni: quo uerum noſcere poſſis:
Quantaq; ſint uobis ueſtra pro mente pericla
Ergo ueni mecum. Duxitq; cacumine montis
Deſuper: & uallem dixit circumſpice in imam.
Reſpicit ille animas flagrantes gurgite uaſto:
Flamarumq; globo poenas ſufferre nocentes.
Illi tunc uirgo dixit clariſſima coeli.
Et tibi conſociiſq; tuis tormenta dabuntur
Talia: quod tanto tenebroſi errore manetis:
Ergo ueni mecum te uera ad gaudia ducam:
Perditis heu quę uos ueſtra pro incrudelitate.
Dixerat: in celſi duxitq; cacumina montis:
Non aliter quam ſi Aeneam diuina Sibilla
Duxerit interna eliſios nunc ducat in agros:
Sic uirgo oſtendit iudeo gaudia coeli:
In quibus innumeri ueniebant undiq; odores:
In quibus innumerę ueniebant undiq; uoces
Angelicę: aſpiceres cunctos duxiſſe choreas.
Gaudia quanta forent ſi uis comprendere lector
Deſpice me: quoniam mea nō hęc promere lingua
Perualet: Aſt alios poteris conquirere doctos:
Nec tamen accipies coeli ſint gaudia quanta:
Ergo tibi pręſtat te tali uiuere more
Vt poſt dignoſcas coeli ſint gaudia quanta.
Foelices iudeo animas o uirgo beata
Omnes monſtraſti: monſtraſtiq; ordine ſanctos:
Et ſubiunxiſti mox talia uerba. Beatę

Illę ſunt animę pretioſo ſanguine nati
Vſq; mei demptę barathri de gurgite uaſti:
In quem credideris ſi: tandem hęc gaudia habebis.
Dixerat angelicas uolitans ſuper ordine turmas.
Iudeus meditans fuerit poſt gratia diuę
Quanta ſibi: Ad monacos greſſus diuertit amicos:
Illis narrauit ſerie miracula diuę:
Sacra capit gaudens capiti babtiſmata: Sic ſic
In coelum meruit claram ſumpſiſſe coronam.

¶ Concluſio.

Vera fides Chriſti eſt: dicunt mendacia. nugas.
Ambages. aliam qui cecinere fidem.

¶ Miraculū ſexageſimū primum.

Ntiſtes quędam monacas odioſa regebat.
a Omnibus ex ipſa ſurgebat nauſea triſtis:
Omnia nam temere ſemper faciebat iniqua:
Sed deus: e celſo qui crimina cernis olimpo:
Caſtigaſq; malos nec recto limite euntes:
Hanc in peccatum mittis concurrere opacum:
Puniat ut crimen crimen: Nam ſepe uidemus
Crimina multa aliquem magna & feciſſe nefanda
Sed leue dum peragit uitium crux atra paratur.
Demonis hęc uexata dolis: uexata furore
In uenerem rupit: ueneris libamina ſacra
Clericus exegit ſacer & mox carcere dignus.
Poenitet hanc feciſſe nefas: Turbata quietem
Neſcit uita ſui triſti & moerore tenetur:
Cui ſcelus hęc narret dubitat: Tamen ipſa petiuit
Ad ſeſe monacam: cui crimina tanta fatetur:
Quę mox paſtori ſua qui tunc templa regebat
Narrauit uitium: ſubito mox ille furore
Exagitat monacam: flamis quam protinus altis
Vrere conſtituit: uel ſaltem pellere clauſtro:

Ne tribuat monacis aliis peccare nefande.
Pomorum cumulos pomum uaſtare iacentes
Vſq; poteſt ſanos corrupto corpore ſi ſit:
Hoc uero ſolum nequeunt ſanare ualentes
Pomorum cumuli: humanis ſic accipe rebus.
Ad templum uolitat paſtor monacaſq; uenire
Imperat: atq; omnes quam poenam dicere poſcunt
Crimina. Reſpondent. Magnas hęc crimina poenas
Poſcunt: Maiorem paſtor traductus in iram:
Hanc ad concilium iuſſit ueniſſe nefandam:
Inquit quę: Veniam ſubito: mora nulla feretur:
Ante tamen templum ingreditur rogitatq; Mariam
Pręmeditans talem poſſe haud uitare ruborem:
Nanq; tumeſcebant uitiati pondera uentris
Non aliter quam cum muſto replentur bonore
Vtres bache tuo: cum cęditur hircus ad aram:
Ergo preces fundens ſomno tranquilla quieſcit.
Hanc petis o uirgo deuouens crimina tanta:
Et tamen auxilium promittis uirgo decora:
Huic monacę natum ſomno peperiſſe uidetur:
Excita que ſomno te cernit uirgo beata:
Iuſſiſti angelicas quę infantem ſumere turmas:
Nutrici & portaſſe: tibi quę iuncta manebat.
Virginis hęc meditans fuerit ſibi gratia quanta
Lęta manet. Virgo tunc illi talia dixit.
Vade ad paſtorem: timeas neq;. Dixerat: Altum
Angelicis coelum turmis comitantibus intrans.
Ad paſtorem iuit mulier: cui talia paſtor.
Num pudet ab te: quę deberes ipſa docere
Ipſa alias: facinus tam commiſiſſe nefandum.
Illa inquit. Voluas paſtor quid mente loquaris.
Reſpexit uentrem paſtor non pondere preſſum:
Liberat hanc: poenas iratus ſe dare ſpondens

His qui accuſarunt. Antiſtes mira Marię
Rettulit: atq; omnes laudabant ore Mariam.
Antiſtes uixit ſancte nunc gaudet in aſtris:
Quę ſcandent omnes deuote mira legentes:
Quę Mediolani Biffa de ſtirpe Iohannes
Carmine compoſui mihi uirgine dante fauorem:
Quę ad ſanctum dextram Siſtum ſcripſiſſe coegit.
Siſte decens ualeas memori me pectore condens:
Annue: quę feci: faciam maiora fauente
Te mihi: nanq; potes rector ſanctiſſime mundi.

¶ Concluſio.

Sis blandus cunctis: cunctis ſua iura miniſtrans:
Ne frangat preſſos dira ruina gradus.

Finis miraculoꝝ quę in domo domini Iacobi Porri ciuis Mediolanenſis clariſſimi & cui multum debeo incepi & mediam eoruꝫ partem perfeci cum ſuos natos atq; nepotes Cardinalis Nouarię aliorumq; magnorum filios uirorum edocerem. Reliquaꝫ uero partem in domo domini Otborini Pelizarii partiꝫ in urbe partim ruri quod extra portaꝫ Vercellinā ad quintum lapidem eſt: compoſui: illud enim rus Quintum ſicut Tuſculum dicitur. Deinde Romam hęc attuli: quę ut imprimerentur dominus Antonius de Beſana ciuis Mediolanenſis nobiliſſimus & mihi neceſſitudine ſumma coniunctus atq; ī hac curia Romana ditiſſimus magnęq; uirtutis & diuiciarum mercator diligenter curauit.

¶ Iohannes Biffus. d. Iohanni Iacobo Scafenali Sacratiſſimo Parmę Cardinali. S. P. D.

Quem ſibi potificem ſacratum Parma recepit:
Quem lateri Siſtus gaudet babere ſuo:
Cuiqꝫ dedit roſeum cum maieſtate galerum
Pontificis ſancti concelebranda manus
Non ſiluiſſe poteſt quam mecum geſto Thalia
Parua licet minimo culta lepore manet:
Attamen ipſa poteſt latos diſcurrere in agros
Si incipiet tantum te memorare uirum
In quo materiam quiſuis ſibi continet amplam:
Cum uigeas ſanctis moribus urbe nitens.
Nam Mediolani tua ſtrips clariſſima pollet:
Quam tenet anguigeri regia celſa ducis:
Illic nobilitas illic bene geſta tuorum
Maiorum reſident: quos nituiſſe facis.
Si tua clara fuit nunc eſt clariſſima origo:
Quam uirtute tua deſuper aſtra uebis.
Ille pater foelix: genitrix eſt illa beata:
Octo quibus natos eſt genuiſſe datum:
Qui inſignes uirtute poli ceu ſidera fulgent:
Quorum pars Romę ſplendet bonore pro:
Pars Mediolani iuſtiſſima iura miniſtrat:
Vt clarus princeps anguiger ipſe iubet.
Tu fratrum numero fulges ceu lumina phoebi:
Qui ſuperat radiis aſtra ſerena ſuis:
Hic uirtute ſua placuit tibi Siſte per orbem
Excellens totum prę uenerande pater:
Cuius uirtutes oneraſti munere tanto:
Ne ingratus quoquam dicier ipſe queas.
Te precor o roſeum geſtans uir clare galerum
Hęc Siſti in manibus ponere dona uelis:
Hęc ſunt coelorum reginę mira Marię
Hęc Siſto placeant te referente. Vale.

¶ Iohannes Biffus Reuerendiſſimo. d. Cuntiſaluo Hiſpano ex Hęredia ſtirpe oriūdo ſacratiſſimo Barcbinonię epiſcopo cū quo Romę uiuit epigrammatuꝫ opus breui oratione dicat.

c Vm ingratitudinem eorum: (qui beneficii accepti immemores turpi obliuione pios ad inuitum crudelitatis nefas traducunt) mecum animo ſępius uoluerem: aliquid ſancte pontifex Barcbinonię poſt me relinquere inſtitui: Quod non modo me immortalitate perpetuę frui uitę faciat: uerumetiam ſaxea ingratitudine ſubleuet. Quod fieri poſſe exiſtimo: ſi tuę Reuerendiſſimę dominationi: quę ubiqꝫ ampliſſima eſt epigrammatum inſcribam opuſculum. Cum Mediolani degereꝫ quintodecīo āno ab ineūte ętate uerſus ſcandere didici: & poetas imitando noua carmina compoſui. Ante enim illud tempus tres annos extra Vrbem in oppido: quod Vicomercatum nuncupatur ab Mediolano xiiii. millia paſſuum diſtans Grammaticam nonnulloſqꝫ poetas ſub pręſbitero docto audiens in illa ętate tenera me ad carmina fluentem uenaꝫ babere cognoui. Vicomercato Mediolanum me contuli: ibiqꝫ ſeptem annos poeticę. oratorię. aliarumqꝫ artium facultatibus interdum ſtudui. Epigrammata quibuſcunqꝫ nobilibus pręſertim doctis uiris mittens: Qui meum ingenium quod in iuuene ferueret mirabantur. Maiorē Epigrammatum partem amiſi cum in ſcrinio ſeruare non curarem: fortaſſiſqꝫ ex illis aliqui ſibi gloriam parant cum pro ſuis edunt. Vnius anni cum dimidio in domo domini Iacobi porri uiuens Epigrammata nec tamen omnia ſcripſi. quoniā circa uirginis miracula

quę Siſto ſummo pontifici dicaui fui impeditus:quę
tamen Mediolani conſtant:Multa Romę imo etiam
Romam in uia cum tua dominatione ueniens com/
poſui·quę ſuo loco diſtinguētur:Quę omnia lęta frō
te ut cunctis beniuolus es certe leges ſcio· Cui enim
melius hęc dicare potui quam tibi?Qui theologię tā
diligenter ſtuduiſti:Atq; in humanitate aliisq; ſcienti
arum artibus mihi meq; doctioribus pręceptor eſſe
poſſes ſi conueniret:Qui de nobiliſſima Hiſpanoruȝ
ſtirpe:quę Heredia nuncupatur apud Regem prima
orſundus es : Qui nobilitatem antiquam Clariſſimis
moribus ſacratiſſimiſq; uirtutibus auges· extollis·illu
ſtras·atq; inter tuos uelut maius lumen inter minora
colluces·O uirum nobilem ſtemmata maiorum uir/
tutibus amplificantem: O omnibus concelebranduȝ
pręconiis:O mihi nō obliuioni tradendum:Qui om
nes uirtutes colis haſq; duas habes duces pietatem &
liberalitatem;quę te ad coelos ſumma gloria uehent:
Quę duę abundanter in omnes copioſiſſime in me
collatę ſunt· Cum enim ex Hiſpania Romam equi/
tans in uia me itinerantem reperiſſes tuis familiarib9
adiunxiſti:mulam aſcendere iuſſiſti: Magnus tuo cō
uiuio me paruum dignatus fuiſti: Romā duxiſti om
nia quę mihi erant neceſſaria perſoluens· Quis tuam
neget pietatem quis liberalitatem illam Cęſaris anti/
quam uincere:Iam non Cęſar periit ſi uiuis· Hęc miſ
ſa faciamus:Queq; hac ī urbe inclyta:quę caput mū
di certe eſt Siſto imperante in me contuleris benefi/
cia numeremus· Hei mihi quod audax uerbum pro
tuli?ſi innumerabilia ſunt· Vnum illud ſolum dicam:
Cum infirmitate aliquando oppreſſus eſſem non mi
hi te prouidentibus iubente:qui tuam obedientia imi
antur pietatē:medicus:non medicinę:nō ſerui:nō ci
hi exquiſitiſſimi: non familiarium ad me conuentus:
non deniq; omnia quibus indigebam defuerunt: Ac
credo ſi in Samo fuiſſemus lac gallinaceuȝ omnibus
prędictis additum fuiſſet:quandoquidē apoſtmogra
phis inſula in illa gallinarum lac reperiri poſſe tradi/
tur·O uirum pietate ſumma munitum:!O liberalitate
quemuis ſuperantem:!O ingenuuis concelebrandum
triumphis:Quem cum laudarę nequeam quia tantus
es oratio mea potius ſileat quam pauca loquatur· Er/
go tibi hoc opus dico:Quod miraculis quę beatiſſi/
mo Siſto Pontifici dicaui non ſeparatur· Imo illos ro
go qui iterum hoc opus imprimēt non diuidant ne
mihi iniuriam & tibi inferant:cuius amicicia cum Si
ſto coniunctiſſima eſt·Hoc enim quadam ſimilitudi
ne feci ut cum amiciſſimi ſitis duo libelli duaruȝ ma/
teriarum muniti duobus dicarentur· Quod cum Si/
ſtus ſummus beatiſſimuſq; pontifex perſpiciet gratū
habebit· Vale & me ut facis ama·

¶Iohannes Biffus domino Fran
ciſco Capitaneo Vtriuſq; iuris do
ctori peritiſſimo·S·P·D·

Interpres legum:doctor laudande & utroq;
  Iure:nec exigua commemorande lyra:
Non oratores:non perſpexiſſe poetas
  Sat Franciſce fuit:te docuiſſe patet:
Teſtes diſcipuli doctrinę munera docti:
  Qui te uoce ſua deſuper aſtra ferunt·
Poſt hęc ad ſtudium te confert mira uoluntas
  Diſcendi iuris:quod ſimul omne tenes·
Defendis uiduas:omnes ratione carentes
  Deſpicis: & cunctis das ſua iura uiris·
Tuq; potes miſeros hortari dulcibus:atq;

Delitis nimium ſubtrahis ipſe metum.
Cum Cicerone prior fulgebas inclita Roma:
At cum Franciſco Roma ſecunda nites.
Sanguine coniunctum ſibi te narrante Iohanne:
Cogor amiciciam corde flagrare tuam.
Has mea non fictas monuit tibi reddere laudes
Muſa nec ingenui facta tacere uiri.
Quod ſi forte placent ueluti quondam placuere
Carmina:ne ſpernas quę tibi ſcripta fero.

¶ Iohannes Biſſus doctiſſimo magiſtro Archangelo S.P.D.

Mille canunt iam te ſtudioſe Archangele laudes:
Mille modis muſę docte poeta canunt.
Excipiuntqꝫ ſuo:tibi dant & pocula:fonte:
Pieriiqꝫ lacus eſt tibi dulcis aqua:
Euterpeqꝫ tuo fert delectamina uerſu:
Altiſonę uoci Calliopeqꝫ fauet.
Deniqꝫ phębus amat doctrinę munera pręſtans
Et pulchri pandens quicquid in arte manet.
Virgiliuſqꝫ tibi fauet ac diuinus homerus:
Et tibi naſonis plectra ſonora fauent.
Docte Catulle doces:cui iam Iuuenalis abunde
Crimina non laudans tetrica plectra tulit.
Deniqꝫ quos retinet libros ſibi lingua latina
Tu retines: alios ipſe docere potes.
Montia te laudat:laudes peregallia ſemper.
Ore domus pandit:donaqꝫ grata refert.
Quod tu corde pio docuiſti:& mente ſerena
Ambroſium:nomen quod tenet herba uirens:

¶ Vtile carmen ad erudiendum diſcipulum.

Blandiciis uſuſqꝫ minis iam uerbera tempto:
Quę tria diſcipulo dogmata ferre queunt:
Blandior & timidis:fero uerba minantia lento:
At contumacem tetrica flagra mouent.

¶ Carmen ad patrem diſcipuli.

Da genitor Iacobine mihi domitare feroces
Diſcipulos:plene detur habena mihi:
Qua ſine pręceptor potero non rite docere
Vnq̄ quos doctos reddere ſemper amo.
Deficit ingenium:deſunt cum uerbera docti:
Cum deſunt monitus:blandicięqꝫ ſimul.
Ceu poſſunt uiburna manu quacunqꝫ reflecti
Sic ego iam natos nempe domabo tuos.

¶ Iohannes Biſſus .d. Bartholomęo peregallo.

Exultent peregalli omnes:hilareſqꝫ triumphos
Oſtendant porri:reſonet genus omne tubarum:
Ornentur lauro poſtes:terręqꝫ tapetis:
Magnifica & cunctis dentur conuiuia noſtris:
Mittantur curę:genius det tempora nobis
Lęta:nec a quoq̄ capiatur noxia cura:
Quod puerum ingenuum iam magdalena rependit.
Viſceribus:certe hunc natum uirtute tonantis
Arbitror eſſe datum:lęto hunc & ſpiritus almus
Nempe die uoluit naſci:quo templa recurſat
Illius quiſqꝫ:& ueneratur numina thure.
Optimus hunc genuit genitor:peperitqꝫ uerenda
Mater:uirtutem ambobus pręſummere tandem
Aſpiciam puerum:hic magna uirtnte ſerena
Sydera conſcendet:cuius gaudere licebit
Quom iam gaudęmus uires cepiſſe paternas
Cernetur:poteritqꝫ ſuos oſtendere mores.
Bartholomęe tuis ergo gaudere ſecundis
Te decet:ac ſuperis grates impendere dignas:
Vt tibi ſint uitę pręſentes tempore toto:
Quiqꝫ tibi eſt primus:ſeruent dulcedine natum:
Atqꝫ ferant alios:tollant & moribus omnes.

❡Iohannes Biſſus Teodoro Oxio·S·P·D·
Quę mihi ſcripſiſti modo:carmina nullā recepi
Cara magis:muſa eſt tam mihi grata tua.
Perge:iuuant mentem iuuenilia carmina noſtram:
Tempore tu iuuenis:carmine tuq; ſenex:
Teq; nouem placidę in montes duxere ſorores
Altos:Pierium teq; tulere lacum.
Pocula plena tibi:ſimul oſcula dulcia dantur:
Et bini officii captus amore manes.
Tunc caput impleſti:muſarum accenſus amore
Nunc iungis numeros:nunc tua fama uolat.
Si tua fama uolat iuuenis:uolitabit in euo
Longo:ſydereos te feret uſq; polos.
Addo currenti calcar theodore canendo:
Atq; camino oleum iam fero pingue·Vale.
❡Laus quorumlibet membrorum beatiſſimę uirginis Marię.
Virgo beata decens:tibi quot ſunt corpore membra:
Quę tenuere deum reſidentem uertice coeli
Angelicas laudes dictas Gabrielis ab ore
Tot cantare decet·Capiti laus prima feratur:
Quo natum coelos arbitrabare regentem.
Hinc oculis manifeſta tuis laus:gloria detur:
Cernere quis magna ſolita es dulcedine chriſtum:
Auribus atq; tuis reſonent pia carmina ſemper:
Quę dominum coeli ſępe audiuere loquentem·
Labra:quibus regi figebas oſcula tanto
Dulcia:laudis honos ornet·Pectuſq; ſerenum
Luceat:hocq; tuo noſtrum·comburat amore·
Atq; micent mammę:quę chriſtum lacte ducarunt
Virgineo:Venterq; tuus:qui pondere nullo
Nempe ducē immenſum geſſit:qui fulmina torquet
Cui pontus:cui terra ſimul:cui ſydera parent

Ignea:quiq; lacus infernę territat urbis·
Accipiat duplicem manuum compago tuarum
Laudem:quę magni corpus tetigere tonantis·
Brachia:quę pulchri ſtringebant corpora nati
Tantundem accipiant·Binas tua crura ſalutes
Admittant lętas hilarem portātia chriſtum.
Hoc pedibus detur:quod cętera membra tulerunt:
Angelico monitu:quis natum uirgo tuliſti
Aegiptum incedens:cum mens herodis iniqui
Cędere flagraret:quem tu uirgo peperiſti.
Iccirco laqueis nos eripe uirgo nefandis:
Auxiliumq; tuum:quorum pia mens ueneratur.
Ipſa feras:nobis & triſtia tartara claude.
Tartareumq; ducem ſolidis uincito cathenis.
❡Iohannes Biſſus egregio:& ſtudioſiſſimo adoleſcenti Nicolao Arcimboldo·S·P·D.
Fert animus Nicolae tuas memorare decentes
Laudes:ac famę plectra ſonare tuę:
Et te quęq; decent iuuenem uirtute nitentem
Cantare:& ſcriptis nomina ferre meis,
Tu genitore potes nitidum tibi iungere nomen:
Illud matre tua nomen habere potes.
Tuq; uiges patruo:quem magnę curia Romę
Plauſibus extollit dulciter uſq; canens.
Littera teq; iuuat delectant atq; poetę:
Et placet orator quicquid in arte refert.
Grataq; grammaticę ſtrips eſt:te lingua latina
Proſequitur:Cicero iam tibi doctor adeſt·
Iam placidę in montes altos duxere ſorores:
Et tibi pierium nempe dedere lacum·
Iam ualeas teneris quondam mihi notus in annis:
Dulcis amicicia eſt tempora prima tenens·
Vale·

¶ Iohannes Biffus ad laudem formicę.

Corpore in exiguo uires formica reportans
  Immenſas: homines docta magiſtra doces.
Cum magnos aufers ui ſumma farris aceruos:
  Quod portare nequis tu cita in antra trahis.
Temporeqꝫ ęſtiuo tantum molire laborem
  Sollers: ne corpus frigore lędat hyems.
Parua mones magnos ſanctiſſima iuſſa ſubire:
  Atqꝫ bonis uacuas ſępe replere domos.
Tu premis ignauos: caſtigas arte carentes:
  Artem pręponis cuiqꝫ tenere ſibi.
Tu ſpeculum uitę illuſtris: coeleſteqꝫ domum
  Demiſſum ſuperis non graue pandis iter.
Diuitiaſqꝫ tuo quiſuis perquirit in orbe
  Exemplo: cunctis iam uia lata pates.
Deſidiam quicumqꝫ fugit: fugit atra pericla:
  Paupertas: ſitis hoc approbat atqꝫ fames.
Inſuper etheriis memorari es digna triumphis:
  Extolliqꝫ ſimul laudis honore meres:
Pierii cum plenus ero formica caloris:
  Tunc tua facta canam nobiliore chely.

¶ Iohannes Biffus in muſcam.

Muſca nocens cunctis: cunctis inuiſaqꝫ morſu:
  Nauſea fit cunctis te uolitante leui.
Crudelis nimium ſęuo connexa calori
  Perturbas hominum corda quieta uolans.
Nunc lancem tangis: ciathos nunc improba foedas:
  Fercula nunc tactu polluis ipſa tuo.
Coniugis atqꝫ genas morſu pręfigis acuto:
  Oſcula cum credis te dare das odium.
Te coniunx cernens animo peruoluit iniquos
  Motus: ac in te dira flabella mouet.
Tuqꝫ fugax mortem quęris uolitando per alta
  Atria: te ſequitur mors in opina gradu.
Tu ſpeculum uitę ignauę: tu exempla miniſtras
  Turpia: tu cunctis pigra magiſtra pates.
Aſpra ſitis: turpiſqꝫ fames perterritat omnes:
  Qui tua facta probant: quiqꝫ ſequuntur ea:
Deſidiam ſequitur paupertas: gloria nunquam
  Segnitie fertur: languida corda gemunt.
Si mihi pierii fontis reniteſceret unda:
  Te facerem laceram carmine muſca meo.

¶ Iohannes Biffus magiſtro Thomę. S. P. D.

Hoſtes inuidia certant effringere uires:
  Quas geris: o Thoma non rapuere tamen.
Nec rapient (hoc crede mihi) nam dextra tonantis
  Comprimit iniuſtos: quiqꝫ nocere uolunt.
Te nunq̄ iuſtum diuina potentia linquet:
  Protegit hęc humiles corda ſuperba domans.
Turba proceloſi conſurgens impia uulgi
  Aduerſus iuſtum pręlia ſęua mouet:
Hanc tamen & uirtus & nomen territat: urbe
  Quod geris: audentem uincere nemo poteſt.
Eſto audens: uireſqꝫ tuas extēde terendo:
  Quos mala lingua tenet uerba canina loquens.

¶ Iohannes biffus Gabrieli fontanę pauero inclyto & publico Mediolanēſiū Lectori. S. P. D.

Clarior es cunctis lectoribus: atqꝫ poetis.
  Iam capiti fertur laurea digna tuo

¶ Ad eundem.

Non minimo afficior dolore ꝙ te mihi cariſſime Gabriel: ac cūctis lectoribus pręponende langor inopinatus oppreſſerit. Quanq̄ nōnihil lętitię tibi ex hoc inferre potes. Non enim tu aliqua re inutili: quā feceris ęgritudine opprimeris: ſed ſtudio: cui ſemper mirum in modū deditiſſimus fuiſti: & ex eo perpetuam

fame ac glorię laudem adeptus es· Sed multo magis
angor : quoſdam inuidos indoctiſſimos nec tuorum
corrigiam calceorū ſoluere dignos tibi latēter ac palā
inſidias parauiſſe : paceȝ deinde ſimulatam tecū una
coniunxiſſe. Quā profecto quia uerus es uerā credis.
Sed tibi tuā ob beniuolentiaȝ in me omnibus officiis
omnibuſq; circunſtantiis:ut in filiū:collatam:eos nun
cio banc pacem compoſuiſſe:ut tibi deterius aliis uul
neribus:quę olim intulerunt uulnus inferant:& crude
lius·Qua enim fide(dic ſodes)erga infidos:cunctiſq;
pollutos flagitiis uiciri potes?Sed hęc miſſa faciam9:
noſtramq; ad rem redeamus·Conſtat me decē annos
extra paternam ac maternam domum duxiſſe uitam.
Quod me ſūmopere ſolertē effecit·Hinc grammati
cali ītellecto faſtigio ſex ānos hac in florētiſſima Me
diolani urbe te lectorē perſpicacem atq;(ut dixi)prę
aliis longe laudandū continue & magna cordis atten
tione audiui· Quod me non mediocriter in oratoria
rhetoricha:poetica:& quacunq; arte ingenioſum red
didit.Sed quod me(ut uideor)doctum dixerim in te
laus hęc conferatur:qui omnes te audiētes mira qua
dam uocabulorum declaratione doctos perficis· Cuȝ
itaq; tanto tempore te audiendo: tuos legendi mores
perceperim:necnon illis meo in ludo uſus fuerim te
longe magnipendo:te colo ac laudo : & mea te uoce
ad coelum tranſmitto·Et quod maius eſt(ſi tibi libe
ret)ob uarias infirmitates:quibus uexaris:pro te:legē
di onus ſuſciperem:utercrq; forſan aliqua gloria: quę
tamen quia tuus fui & ſum diſcipulus atq; ero in te re
diret· Vale.

Iohannes Biffus·d·Franciſco Capitaneo
poeticc & oratoric artis & utriuſq; iuris
peritiſſimo·S·P·D·

Quod meis prelectis carminibus proſam petieris:qđ
pleriq; agere ſolent mihi quidem es uiſus facere·Om
nes enim fere mortales re haud una cōtenti uariis de
lectari affectant:ueluti ſtomachus qui faſtidio circū
uentus nūc amaro nunc dulci cibo redintegratur:aut
utroq; renouatur.Abſurdū itaq; ſemper poeticę nūq̄
oratorie arti incumbere ·Oratori enim extemporalis
dicendi datur facultas:poetę pręmeditata:& certis nu
meris ſiue ſcanſionibus diſtincta neceſſariis.Nullū ta
men(quamq̄ utraq; ars dificilis) mihi pondus ex ea
capio : Nam eo promptiores uires habeo quo ad te
abintegro compertum amicum ſcribo· Quid enim
mihi dulci9 flagrare audeā.q̄ ad te amiciſſimū pſer
tiȝ oratorię:poeticę:necnō utriuſq; iuris peritiſſimuȝ
ſcribere?quarē cū tāta doctrinę ſolertia uigeas: meq; ti
bi affinem ſcias ob meā tuo conſanguineo ſororem
nuptā non inſulſum erit me tibi ſępenumero carmē
aut proſam ſcribere:tuas ędes uiſere: tuam ſanitatem
operepretium cupere:deniq; tuam laudibus auctori
tatem(& ſi illa laudum collatione ingens ſit)augere:
& tibi quicquid confert ſumma ſollicitudine affecta
taq; diligentia quęrere· Vale·

In menſem Auguſtum quem diſcipuli
cum magiſtris magna lęticia:& ciboꝝ
copia optimiq; uini celebrant·

Auguſto genius nobis det menſe triumphos:
Ac hilarem uitam:tempora lęta ſimul:
Hunc menſem celebrent omnes gaudente magiſtro
Diſcipuli:portet fercula quiſq; ſua·
Lęticięq; dator bachus det gaudia nobis:
Nec procul a nobis ſit ueneranda ceres·
Nunc curę iaceant:cernat nos coena iocoſos
Pręmunita cibis undiq; conſpicuis·

Nec lepus:aut turdus:nec perdix atq; coturnix
Deficiant menſe:ſitq; columba ſimul·
Sint aliç uolucres:ac ſint animalia terrç:
Sint maris:& fluuii quç cibat unda leuis·
Sit faciens mira ſuaues coquus arte ſapores:
Qui reparant guſtum:quis gula gaudet byans·
Sitq; uolans cultro membrorum cçſor:& auſtris
Iam rapidis citior:fulmine iamq; uolet·
Sit pocilator ſuperans Ganymedis bonores:
Et noſtro lateri pulcbra puella ſedens·
Carmina quiq; canat uaria reſonantia uoce
Adſit:diuerſis perſonet atq; modis·
Sint cytbarç atq; lyrç:ſaltatrix undiq; ſaltet:
Et ſaltatores gaudia multa ferant·

Iobannis Biffi ad laudem beati Amidei
foeliciter incipit Oratio·

Quid ſummis laudibꝰ Amideum uirum beatum uir
tuteq; inclyta uigentem efferre conor?cum meum ad
tam conſpicui facinora uiri laudāda ingeniolum mi
nime ſufficiat· Nam Homeri aut Maronis buius lau
des terſa indigent eloquentia·quç tamē collatione uir
tutum:miraculorum:ſanctimoniç omnibuſq; cbriſti
anis bonç uitç exempli relicti non modo nō celebris
uerum minima putaretur·Prima igitur bominis laus
a nomine pı oficiſci debet. Plato enim diuino quo/
dam auſpicio cuiq; imponi nomina aſſerit:& id fere
omnium operibus conſpici poſſe quod nomine con
tinetur·Quod uero amideus diuina nominis impoſi
tione dictus ſit eius nobis ſingulare ſpecimē uirtutis:
& erga deum fidei ſemper babitç indicat· Ipſe enim
Hiſpaniç regem uirtute prçditum:& latiſſimo regno
magna cum gloria dominantem:omnibuſq; exube/
rantem diuitiis parentem babuit· Sed prçmeditans

alium & potentiorem & ſuo genitore elegantiorē eſſe
regem illi ſeſe addixit:atq; eum uſq; ad ultimum uitç
diem ardore ingenti arſit:bonore coluit: uoce melli/
flua eius laudes cecinit: deniq; lçtanter omnes labo/
res ſuſtulit· De quo nos certiores boc facit ꝙ adoleſ/
cens maieſtatem parentum reliquerit ſeq; contulerit
in ſpeluncas:atq; ibi annos octo degerit: berbarū ra/
dicibus fuerit paſtus:exemplum antiquorum beremi
tarum penitus ſequens non minorem ipſis gloriā cō
parauerit.O uirum omni prçconio:digniſſimiſq; car
minibus undiq; laudandum·O cunctis in locis om/
nibus religioſis ſerie laudum ſeruata in ſanctorum nu
merum ingenuis collocandum triumpbis·Quis eniꝫ
buic diadçma deneget? cum ſponte uideam coronas
illius caput probitate excelſa uigens cingere flagran
tes·Quis ue eum coeleſte regnum angelis comitanti/
bus:& gloria in excelſis canentibus aduolauiſſe dubi
tat? Quem suç religionis fratres ſua in cella per ri/
mas ſpectantes ſpiritu altiſſimo raptum ac interſticio ſex
cubitorum tellure elatum oculis nō dormientibus ui
derunt·Qui ſuis orationibus deo prçſtitis multis in ui
ta çgrotis priſtinam ualitudinem reddidit:multaq; a/
lia laude digna factitauit:deniq; ne cui ueſtruꝫ nimia
prolixitate faſtidio ſim:officium perfectum quod pe
laſgı catbortoma appellauerūt ſumma integritate ad
eptus eſt·Nunc uero uita finita una cum rege coelico
lum gaudet:& dignas quas nos referre nequimus ab
eo percipit laudes:ac gloria fruitur çterna: in qua cuꝫ
eo utinam inueniamur: atq; eam perpetuo poſſidea/
amus dixi·

¶Iobannes Biffus Illuſtriſſimo uiro
domino Federico· S·P·D·

Vrbini uenerande ducis legate colendi
Virtutem inuicti quis retinere ducis.
Ille decens cunctis prę regibus arma gerendo:
Orando cunctos uincis at ipſe uiros.
Nobilis es uirtute tui: uirtute parentum:
Formoſum & natum pręgeneroſus habes.
Hunc pulchri mores: ornabit & inclyta uirtus:
Hunc faciam doctum nempe referre patrem:
Et faciam ſacros illum contingere fontes
Muſarum: nitidos ibit & ille lacus.
Sic tandem proprium: & uerum Federice parentem:
Te dicam: natum meq; tuum referes.

Vale

¶ Iohannes Biffus inclyto uiro. d. Iohanni Paulo Boſſo. S. P. D.

Iohannes paule; quem non modo clari mores: & uirtutes ſed & eloquentia & dicendi grauitas mirũ in modum fulgentiſſimum teſtantur: non iniuria eſſe factũ arbitror ꝙ ad me tuum erudiendũ direxeris filium. Quem profecto & ſedulo doctum conabor reddere. Scio enim ſi hoc agam me non modo tibi ſed & . d. Iacobino Porro tibi affinitate cõiuncto maxime gratificaturum: & quod haud minus eſt non nihil honoris: laudiſq; ac bonę famę apud te adepturum. Quid enim mihi dulcius delectabiliuſue cupere audeam: q̃ tibi nobiliſſimo: & (ut dixi) homini uirtute inclyta lucidiſſimo inſeruire! Nihil nanq; cõmodius mortaliũ obtinet uita: q̃ aliis auxiliari: notis atq; ignotis opem ferre: Quam noſtris in neceſſitatibus ab eis exigere poſſimus. Quare mi Paule his rationibus coaggeratis non minima ſollicitudine: diligentia: atq; cura operã dabo ut cum: quem miſiſti mihi dextrum Pythagoreę litterę ramum capere audacter moneam.

Idem ad eundem.

Paule decens natum iam nitor reddere doctum
Quem mihi miſiſti: nam uiget ingenio.
Floridus effigie eſt: ornat quam lucida uitius:
Et pulchri mores: & pudor: atq; decus.
Forma nihil prodeſt: niſi que uirtute niteſcit:
Moribus atq; probis: & grauitate. Vale.

In inuidos: & carmina doctorum mordacitate perſequentes.

Quid laceras nitidos mordaci dente libellos!
Inſita iam dira eſt lingua canina tibi.
Vermibus hecq; canum rabieq; ingente mouetur:
Sęuior eſt canibus iam tua lingua feris.
Nec calido rabiem gliſcit propellere ferro:
Vt ualeat claris ſępe nocere uiris.
Tuq; pios culpans cunctos compeſcis honores:
Non modo tu ſanctos: ſed teris atq; deum.
Corde uenena geris: quę nulla dulcia parte
Mortẽ improuiſam tradere cuiq; queunt.
Ignotos laceras: dulci nec parcis amico.
Flet morſu nati lęſa paterna domus.

Iohannes Biffus. d. Babtiſtę Boſſo doctori elegantiſſimo. S. P. D.

Boſſe decens uirtute tui: uirtute parentum:
Doctor & excelſa concelebrande lyra:
Qui Mediolani doctor ueneraris: & uſq;
Iuſticię cultor diceris eſſe pius:
Qui uirtute uiges: propriamq; niteſcere prolem
Percupis: & ſanctis moribus eſſe probam:
Si mihi: quos: natos: miſſurum dicis: habebo:
Hos faciam ſacri fontis adire lacus.
Tunc dabitur uirtutis honos: tunc gloria: lauſq;:
Tunc uerum potero te mihi ferre patrem.

¶ Dominus Iacobinus porrus per Iohānem Biſſum ueñerabili uiro domino Romano Archiepiſcopatus uicario. S. P. D.

Accipe care pater: quem magnę curia Romę
  Paſtorem nobis tradidit eſſe pium:
Quiq; lupis pecudes tutaris numine chriſti.
  Et frangis lites otia tuta parans
Et domitas turpes prauos: chriſtiq; rebelles:
  Plectitur atq; uirum turba profana tibi:
Et Mediolani Antiſtes uenerans ubiq;:
  Atq; uices Siſti uir decorande refers:
Accipe iam fido munuſcula miſſa ab amico:
  Quę tibi ſint mixtum foedus amore mei:
Hęc memorent pro te noſtri ſit quanta uoluntas:
  Flammarum cumulos: iuſſeris: ibit ea.

¶ Ad ſupradictum.

Romane ingenuis nimium celebrande triumphis:
  Qui templum ſacrum cum grauitate regis:
Pręſbiteroſq; tui terret ueneranda poteſtas:
  Nec pateris pecudes dilaniare lupos:
Et lites cunctas forti placare lacerto
  Es potis: & uerbis dulcia mella dare.
Cordeq; non pateris triſtes percurrere curas:
  Vtilis es cunctis: & tibi: ſicq; deo:
Muneribus lętare meis: tibi clara uoluntas
  Spectetur faciens lucida dona. Vale.

¶ Dominus. Iacobus porrus per biſſum. d. Ludouico Parmenſi de antino urbis Mediolani prouiſori: & utriuſq; iuris doctori. S. P. D.

Res bene conſeruans tantam Ludouice per urbem:
  Cuius fama uiget lucida ſole magis:
Anguigeroq; duci gratus uirtute ſerena
  Inter doctores nomina clara geris:

Illorum medio ceu ſolis lumina fulges:
  Qui ſuperat radiis ſidera cuncta ſuis:
Iuſticiamq; colis cunctis prę rebus amatam:
  Qua capiti fertur laurea digna tuo:
Qua tandem ſuperum conſcendes ętbera coeli
  Quaq; petes ſummos uir memorande polos.
Sint tibi perpetui ſint miri pondus amoris
  Munera: quę noſtro ſumis amore. Vale.

Ad eundem.

Te Parmenſe ſolum tanto lętatur alumno:
  Parmaq; te patrem gaudet babere ſuum:
Illic qui fulges abſens: bic nomina pręſens
  Clara geris: patrię lumen & ipſe uiges
Extolliſq; caput lucens ad lumina montis
  Syderei: tellus te ſibi ſydus babet.
Innocuam curas ſemper ſeruare uerendus
  Iuſticiam cunctis dans ſua iura uiris:
Quę tibi condignam curabit ferre coronam
  Coelorum regno: quod pius uſq; cupis.
Paruula ſume precor lętanti tradita uultu
  Munera: quę nobis paruula rura ferunt.
Pondera non faciunt: facit at pręclara uoluntas
  Munera: quę noſtro ſumis amore. Vale.

Ad. d. Guidum Antoniū Arcimboldum.

Prępoſite Antoni pulcbrę uenerande Cremonę
  Qui pręfers illic ora uerenda ducis:
Arcimbolda domus genuit quem ſplendida tantum
  Magnanimumq; uirum conſilioq; grauem:
Ne timeas natos conabor reddere doctos:
  Quos mibi commiſit mater amanda tui.
Nunq̄ me laſſum tempus ſpectabit: in omni
  Aſſiduus doctor tempore ſemper ero:
Omnibus inq; boris mores grauitate docebo

Natos:quos optas ſemper habere probos:
Interea ualeas:& me retincto repoſtum
Corde tuo:ſuperi uiuere teq; uelint.

Ad Antonium Ticinenſem.

Te mihi conſocii doctum cecinere probantes
Et nitidum proſa carmine teq; ſimul:
Claraq; Pierio dixerunt pocula fonte
Excipere:& liquido ſępe natare lacu:
Quem nati Danaes uolitans ad nigra meduſę
Ora dedit nobis ungula cornipedis:
Huncq; ferunt tantum undarum fudiſſe liquorem:
Vt biberit ſi quis ſit ſibi nulla ſitis:
Et ualeat ſcombros grandi contempnere uerſu:
Nec tineas timeant carmina dia ſui.
Omnia ſigna geris:tibi quę tam ſplendida donant
Munera:Pierii quę tulit unda micans
Squalorem in facie geſtans laureta recurſas:
Frondeq; pallidula cinctus amice uiges.
Luminibuſq; tuis ſplendorem mittis:& alta
Sede oculi monſtras nobile dogma tuum:
Et uero inceſſu rerum prudentia fertur:
Quam bene tu retines cum grauitate grauis.
Eſt aliud ſignum:ſtomachum ne crapula lędat:
Non uidi:certum me tamen ipſe facis:
Dulcia cum ſuaui labuntur uerba palato
Nec frangit uocem lucida lingua tuam:
Cum loqueris ſapidos flatu diffundis odores:
Et ſtomachum pandis te retinere leuem:
Vt nulla exhalet uacuus de parte mephitim:
Quam ſtomachus foetens ebrietate gerit.
Scribere ſi pergam cuncti tua ſigna decoris:
Quę te immortalem concelebrare queunt:
Me penitus raucum ſpectabunt ſydera noctis:

Occiduaſq; cito ſol remeabit aquas.
Ergo uale in ſumma retinens me ſede locatum
Mentis:& altiſonę tendito plectra lyrę.

Ad eundem.

Tu mihi ſcripſiſti foelici carmina curſu:
Daphneis ſertis quę meruere premi:
Quę meruere ſimul phoebi diadęmate cingi:
Quis donant doctę laurea ſerta deę:
Quę uocitant gallum te alta cum uoce ſecundum:
Calliope & uoci muſa uerenda fauet:
Euterpeq; tuo fert delectamina uerſu
Quem calamo muſas perpoliiſſe putes.

Ad.d.Bartholomeum Cremonenſem
pręceptorem ducis Mediolani.

Principis eximii qui clarus doctor haberis:
Quiq; illum mores cum grauitate doces:
Pręponiſq; illi dextrum conquirere ramum:
Littera quem nobis Pythagorea dedit:
Hercule quę celebris facta eſt currente per ipſam:
Dum grauitas currit cum leuitate ſibi:
Iamq; uelis ſocium tutari dente canino:
Qui rigidus doctos lędit & uſq; probos:
Nec laudare tua deſiſtas uoce benigna:
Illi quod dederis iam mihi crede datum.
Tu bonus es ſemper ſolitus laudare probatos:
Hunc lauda noſter quem tibi prębet amor.

Ad.d.Nicolaum arcimboldum.

Ingenuis Nicolae uiris laudande:thalia
Quem nunc aggreditur tollere ad aſtra:mea:
Commiſſi fratres mihi ſumma cum arte ducandi
Moribus atq; probis & grauitate:tui:
Quos faciam ſacros muſarum attingere fontes:
Ac nitidos faciam currere nempe lacus:

Poculaq; bic capient ſuaui permixta liquore:
Et muſis docti carmina ſępe dabunt:
Scriniaq; implebunt numeris:urbs tota uidebit
Compoſitos uerſus:turbaq; amica canet:
Hoſtibus inuidię rumpentur uiſcera tęlis:
Nec poterit morſus lingua canina dare.
At tu peruenies dignus diadęmate cingi:
Doctoreſq; alios doctior ipſe premes.
Illorum ardebis medio ceu lumina ſolis:
Qui ſuperat radiis ſidera cuncta ſuis:
Atq; tibi dabitur iuris ueneranda poteſtas:
Cui nunc incumbis uiribus immodicis:
Quam ſemper tanto flagras ardore tenere:
Quam tibi connexam ſemper babere cupis:
Quę te immortali:clara:ſtabiliq; reponet
Sede poli:ac ſummo uertice celſus eris.
Ante tamen patrui ſimilem te curia Romę
Conſpiciet:portę cardoq; fixus erit.
Vtq; regit portam cardo:ſic numine tandem
Te cernam populis imperitare dei.
Te cernam ſanctos cunctis dimittere mores.
Te cbriſti cernam ducere ad aſtra uiros.
Conſpiciam & nauem te forti ducere remo:
In qua nos liquit cbriſtus in aſtra uolans:
Fluctibus innumeris quę tunditur atq; periclis
Quamq; caribdis babet:Scyllaq; dira uorat.
Sed iuuenis pręſtans tunc uir ſeruabis bonuſtam
Hanc puppim:fugitans ima pericla maris.
Tum redimitus eris diuino a patre galero:
Qui tibi ſplendorem ſuggeret arce poli.
Iam ualeas patrem retinens uirtute ſerenum:
Et patruo tanto clarus in orbe.uale:
Curia quem Romę ſupplex ueneratur ubiq;:

Qui Siſtto ſemper carus amicus adeſt:
Et matrona potens ſecreta mente repoſta
Sit tibi:nam fratres nunc alit illa tuos.

¶ Antedicta carmina Mediolani cōpoſui quę uero ſequntur cum Bononiam perueniſſem in eius laudem compoſui.

Nuper in banc urbem:quę docta Bononia fertur:
Venimus:buic laudes ſcribere noſq; iuuat:
Tu coelo nomen clarum deducis ab alto:
Tu bonitatis amans:Tu bonitate uiges:
Tu bona tota quidem cunctis ſua iura miniſtras:
Et nullum doctum cedere docta ſinis:
Docta dedit pallas nomen:tu uincis Atbenas:
Quas non neptuni palladis ars ſed babet.
Fama uolat totum tua iam portata per orbem:
Cum ſtudium teneas cum grauitate grauis.
Contiguos nectis montes tibi:lucida uirtus
Hos dedit:& muſas bos babitare putes.
Quis non parnaſi colles?quis non colat urbem
Accinctam muſis Pierioq; lacu?
Compoſitę leges ſancta de mente licurgi
Hicq; locum clari iura Solonis babent.
Hic uiget euterpe:uiget bic & blanda Tbalia:
Hic abſens numero nullaq; nempe nouem.
Ergo colam nimium te clara Bononia ſemper:
Vt mibi des:omnes quod didiciſſe iuuat.

¶ Iobannes Biffus.d.Pbilippo Beroaldo publico Bononienſium lectori.S.P.D.

Tu decus egregium:Tu uatum gloria magna es:
Tu iuuenes cunctos docte Pbilippe doces:
Omnibus atq; manes gratus cum dogmata pandis
Quilibet attente quilibet audit bomo:
Miranturq; omnes iuuenem te dogmate tanto

Munitum:tantis artibus eſſe grauem.
Tempore tu iuuenis tranſis ſed Neſtoris annos
Tranſis Matbuſalem dogmata tanta tenens.
Te natura ſenem fecit cum dona Mineruę
Naſcenti tribuit ſplendida quęq; ferens.
Collatum eſt apibus quondam Platonis in ora
Mel gratum cunctis Ambroſiiq; ſimul:
Quis negat & puero collatos mellis odores
Eſſe tibi:tanta ſi grauitate uiges?
Quis negat & fontes te potauiſſe puellum
Montibus in celſis:pierioq; lacu?
Quęlibet Aonidum muſarum dulcia fixit
Oſcula contribuens dulcia quęq; tibi:
Caſtaliiq; umbras nemoris te duxit in altas:
Et tibi quod docto conuenit eſſe dedit.
Ergo colet ſemper te clara Bononia doctum:
Atq; tuas laudes ſemper ubiq; canet.
Ipſe canam ſemper calamo tua nomina blando:
Nec poterit morſus lingua canina dare.
Inuida ſi perget latratus fundere lingua:
Me pro te aſpicies uertere in arma manus.
Pbilippos.i.amator equi perſei boc eſt muſaruꝫ: quarum fons ex ungula alati ſcaturiuit.

¶Iobannes Biſſus.d.Laurentio altero
Bononienſium lectori.S.P.D.

Egregius clara Laurenti lector in urbe:
Cuius fama uiget lucida ſole magis:
Inter lectores ceu ſolis lumina fulges
Qui ſuperat radiis ſydera quęq; ſuis.
Tu decus es latię tu dos & gloria linguę:
Tu Cicero nobis diceris eſſe nouus:
Virgiliumq; legens alto ſermone Maronis
Vteris:atq; Maro diceris eſſe nouus:
Mane legens primum proſę ſermone locutus
Carmina mox fundis dulcia melle magis:
Virgilium nobis conatus reddere uiuum
Feciſti elyſiis reddere uerba locis.
Quis tibi quis laudes poterit conſcribere dignas?
Quis poterit muſas excoluiſſe tuas?
Vera cano ne me mendacia fingere dicas:
Quod loquor eſt auro clarius uſq; bono:
Non auro plumbi uel ſtagni protego maſſam
Diuiſim perſtant quęq; metalla mibi:
Ergo chorus laudes muſarum cantet amicas
Laurenti:nequit bas lingua tuliſſe mea:
Te tamen ipſe canam potero quo carmine ſemper:
Tu pater accepto carmine care.uale.

¶Laurentius quod eius caput laureo diadęmate necnon bederis meret cingi ſequacibus.

¶Hęc Bononię:Quę ſequuntur Florentię ad laudem urbis.

Quid loquar?ab deſunt uires Florentia laudes
Carmine ſi aggredior commemorare tuas:
Tu celſo nomen clarum deducis olympo:
Inq; tuis uirtus floribus alma manet:
Pacis amica manes:ſtudio & uoluiſſe poetas
Te iuuat:bęc Pallas bęc duo clara dedit.
Nanq; tenes oleas circum Florentia fructus
Palladis:bę pacis ſigna referre ualent.
Quis tot uel tantas oleas quis uidit olentes
Vnquam alibi:flos dat nomina clara tibi.
O dea:quę florum Romano flora uocaris
Nomine da flores ſemper in urbe tuos.
Hic mores pulcbri uiret bic & florida uirtus:
Hicq; dei cultus ſplendidus uſq; manet.
Carmine pboebeo muros concerno uigentes:

Qui coelos poſſunt tangere & aſtra ſimul:
Hic pictura uiget zeuſis conſtructa lacertis:
Phidiacum manet hic cum grauitate decus:
Praxitelis uiuit claro ſculptura decore:
Dędalus & cedit clarus ubiq; tibi.
Tu ſuperas urbes alias: Tu florida dicta es:
Quod ſuperas omnes flore micante tuo.

¶ Quę ante ſunt Florentię quę ſequũtur Viterbii Ad Titum Viterbienſium publicum lectorem.

Ni mirum Tite: quem litterarum aceruus: uirtutum ineffabilis numerus atq; eloquentię grauitas mirum inmodum hac in urbe Viterbii fulgentiſſimum reddunt te Cicero a teneris ũguiculis aluit compendioſam q; ac lacteam diuino ingenio tuo dicendi artem uberrime tribuit. Quod ne aſſentationis gratia dictũ uideatur heſterna oratione: quã adoleſcens Vgo diſcipulus mira ꝓnuntiatione recitauit: cõprehendi potuit. Nec quidem illud tacendum eſſe duco: Quod nõ minus adoleſcenti Calliopen atq; hipocreſim perfecte tribueris quã copioſe. ornate. diſtincteq; omnia cõpoſueris. Cathortoma igitur tam in cõponendo q̃ in inſtituendo adeptus es: adeo ut Vgum Hortenſiũ feceris: Cuius orãtis geſtus hiſtriones in ſenatu aſſeruabant quo eis & ipſi in theatro uti poſſent teſtante Valerio maximo: te Ciceronem prębueris: quem Lactantius ita inter oratores regnare ait uelut media regnat Baſiliſcus arena. Quis ergo tibi laudes dignas cõferre poterit? Alii tibi ſimiles certe ſi modo inueniantur. Me ergo ad te meritas grates reddendas pro oratione exculta erga Reuerendiſſimum Barchinonię Pontificem dominum noſtrum impotem noſcas: Cum & in ea nullum adulationis genus incluſeris: ſed te ueriſſimũ pręſtiteris. Has litterulas tanquam a diſcipulo te amãte laudanteq; deprecor ſumer̃ digneris. Vale.

Reſponſum Titi ad biſſum.

Titus Iohanni biſſo Salutẽ. Legi tuas litteras: quibus ingenii tui 'dexteritatem uel emphãticoteron utranq; animi tui humanitatem. cę. pędiam cę philandropiã collegi. Nam quod orationem noſtram heri uel peri ab ugone habitã apud pontificem Barchinonenſem uirum nobilitate. doctrina prę ſtantem laudas: inſtitutionem in bonis artibus oſtendis. Quod me & pręceptorem & ciceronem appellas habundantiam quandam charitatis & beniuolentię erga me promptam: & expreſſam prę te fers. Neq; eſt quod tam ſummiſſe ad me ſcribas: Quippe qui non is ſum ut cum litteras ad me des elephanto te ſtipem porrigere putes. Quare niſi in ſermone & in litteris ea ęqualitate: qua a deo producti ſumus mecum inpoſterum ages micretion feram. Vgonem quantũ in nobis eſt bonis litteris inſtituimus: Illudq; in primis arechin cę apechin & diſcat & ſeruet. In eo laudando ſignificationem pectoris tui accipio. Quamobrem cum te expoſitũ in noſtra commoda exhibeas id tibi perſuadeas uelim nihil tam me delectare quam ut ſim & uidear quam gratiſſimus. Id omnibus in rebus tuis experiri potes: & ut uelis te etiam atq; etiam rogo. Vale.

Pontifici noſtro ampliſſimo me accuratiſſime cõmẽdes queſo.

¶ Biſſus carmine reſpõdet Tito.

Quam grecis doctus quam ſis & Tite latinis
Littera: quam ſcribis pandit: amena: mihi:
Qui gręcam redoles linguam redoleſq; latinam:
Et bino officio doctus ubiq; uiges.
Tu ſuper ętbereas dignus portarier auras:

Tu cathedram coelo doctus habere meres.
Inter lectores fulges ceu lumina ſolis:
Lumine maiori ſydera quem fugiunt:
Quin Vgo te doctum te doctum carmine dixit
Et te pierio ſepe natare lacu.
Deſperearn niſi te uideam ſtruxiſſe camoenas
Aonidas: quas det blanda Thalia. uale.
Reſponſum Titi ad Biffum.
Quę modo phoebeo ſonuiſti carmina plectro
Exiguum tollunt nomen ad aſtra meum:
Non cathedram coelo mereor: non lumine ſolis
Effulgent nitido grammata noſtra polo:.
Nec Latię teneo nec Graię dogmata linguę.
Legitimos poſſum uix numerare pedes.
Sed tu Cirreo nutritus lacte Iohannes
Ter redoles doctis omnia carminibus.
Qui tamen exiguo clauduntur pectore ſenſus
Debebunt meritis ſemper amice tuis.
Tu poteris nobis quaſcunq; imponere leges:
Parebunt iuſſis pectora noſtra tuis.
Biffus prędictis reſpōdet.
Carmina perlegi ſuaui condita lepore.
Quę mihi Cirreos contribuere ſonos:
Caſtaliiq; umbras nemoris dulcedine mittunt:
Et iuga parnaſi percoluiſſe puto:.
Mittit Hyambeus: miſiſſe Titorea credo:
Hęc mittit numero quęlibet atq; nouem.
Si uocem aſpicio certe nil dulcius uſquam
Eſſe fero: uoci Calliopea fauet:
Si meditans uoluo quę delectamina uerſus
Euterpen teneo perpoliiſſe modos.
Si mihi iuncturas prępono non ita phoebus
Pulſauit citharam pergama cum ſtrueret:.

Nec trax Orpheus manes dum placat iniquos:
Dumq; canens animis mite leuamen adeſt:
Nec qui dulciſonus flexit delphinas Arion:
Dum claram digitis percutit ille lyram:
Deniq; tu fidibus muſas ſonitantibus omnes
Allicis ad cantus docte poeta tuos:
Te quęuis trepidas ducit cantante choreas
Et uarios ſaltus te modulante facit:
Deprimis ergo nimis te: ne uideare ſuperbus:
Conſilium laudo. Dulcis amice. Vale.
¶ Titus Biffo reſpondet.
Si tibi cyrreos ſpirant mea carmina cantus:
Si digitos tractat calliopea meos:
Si me Coricia docuit modo phoebus in umbra
Iſmarios uerſus perſonuiſſe lyra:
Qui nullo numeros meditabar Apolline quondam
Aggrediar monitis altius ire tuis.
Si tua legitimos ſeruat prudentia mores:
Meq; iuuat doctis perplacuiſſe lyra.
¶ Iohannes Biffus. d. Cūſaluo Hęredię pontifici Reuerendiſſimo Barchinonię & domino ſuo. S. P. D.
Sanguine qui claro ſtirpem deducis: & altum
Hiſpanis fulges cum grauitate decus.
Nobilis es patria: ſed mox uirtute nitenti
Nobilior ſplendes gloria. fama tuis.
Pontifici es gratus ſummo: te quilibet inde
Cardinalis amat: te fouet. atq; colit.
Roma uidens pariter meritos tibi reddit honores:
Et gaudet menti perplacuiſſe tuę.
Hoc tua dat bonitas: dat uirtus: dat quoq; nomen
Eximium quod tu ſemper in urbe geris.
Diſpeream niſi te uideam geſtare Galerum:

Quem tibi pontificis conferet alma manus:
Premia uirtuti ſummo reddentur honore:
Et dabitur capiti digna corona tuo.
Roma uidens dicet iam uirtus munera ſumpſit:
Nec falſum augurium ſpes bona noſtra tulit.
Sic ego tunc dicam non carmina ficta rependi:
Non mendax uates carmina uera dedi.
Sed rogo iam Chriſtum: rogito & te uirgo Maria:
Vt faueas uotis blanda benigna meis.
Abfuit heu dominus redit iam noſter: amica
Fata ferant ipſi quod ſua uota uolunt.
Dilatum eſt aliquid: nequit hoc ſed dicier eſſe
Ablatum tandem fata benigna ferent.
Vale & ut ſoles me ama.

¶ Antedicta Viterbii que ſequuntur Rome.

D uenerabilem preſbiterum Petrũ marſum publicum Romanorum lectorem in ſtudio publico hec recitaui preſentibus auditoribus. Cũ te heſterna die Petre marſe uir doctiſſime laudare Pomponium audiſſem mihi quidem es uiſus boni uiri officium ſequi: quodq; Plinius iubet factitare: Quẽ Plinius iunior dicere ſolitum ſcribit dignum eſſe p quos profeceris laudare Ita & ego emulatione tui maxime incitatus officium diſcipuli eſſe duxi me te preceptorem omni doctrina fulgentem laudibus extollere. Tibi enim longe debeo quod non ſolum Rome te habeo ſed etiam Mediolani precipuum habui doctorem in officiis Ciceronis: Quibus nihil preſtantius moraliusue adoleſcẽtulis tradi poteſt: Eaq; mihi ſtudui cum nepotes Cardinalis Nouarie docerem: cuius gens & familia apud principem potens Mediolanuз incolit. Itaq; cũ Romã migrarim: teq; mihi magiſtrũ & patrem elegerim uitam inſuaueз mihi exiſtimem niſi te oratione ſoluta relicta carmine etiam laudem cum Ariſtoteles nos diis parentibus & magiſtris minime equalia reddere poſſe tradat. Vnde Satyricus Iuuenalis hoc carmine in honore habendos eſſe qui docent indicat de antiquis. Qui preceptorem ſancti uoluere parentis Eſſe loco. Et Perſius Cornutum preceptorem ſuum dimidium anime ſue appellat.

Vale.

Ad eundem in auditorio publico.

Qui latie nitidus lingue qui doctus Achiue
Flos redoles cunctis dogmate Petre uiris:
Quo calamo laudem uel quo te carmine Marſe?
Quos mihiue exorſus blanda Thalia dabit:
Cum ſis excelſus: Te hedera & cingente ſequaci
Pallentes uultus docte poeta geras:
Hos tibi dat Pluteus: cui ſemper clauſus inheres:
Te niſi cum doctum lectio docta petit:
Cunctorum medio quam fers: ut Tullius ipſe
Romanos fulgens tunc uideare loqui.
Carmina ſi cantas ſonitum tibi Mantua prebet:
Aut tibi Naſonis dulcia plectra fauent.
Tu nihil indictum linquis quod fonte legatur
Emanaſſe: dee quem coluere nouem.
Viueret heu dubium nobis ſi Sphingos inique
Non liceat dubium dicier eſſe tibi:
Oedipode ingenio cum ſis uerſutior ipſe:
Cederet & doctis uiribus ille tuis.
Poſcentis Sphingos tot non enigmata ſoluit
Oedipodes: auram cui dea nigra tulit:
Quot tuclarificas libros cum dogmate plenum
Recludis pectus: quod bene queq; tenet:
Quod probat officium clari Ciceronis in almos

Diuiſum trinos:qui nituere:libros:
Viderunt calamum cum te pręſumere doctum
Clarius officium quo Ciceronis eat.
Sillius hoc multas grates referendo fatetur
Elyſiis illi ſi datur ire locis.
Quęlibet urbs doctum te dixit:Nec tua uidit
Corpora:quę grata eſt urbs mihi:quam colui:
Eſt Mediolanum libros quę dulce legendo
Collaudat:quos tu peruituiſſe facis.
Dixerunt omnes tam uiuat Marſus abunde:
Tam bene ſit celebris laude tuente uirum:
Quam celebres libri uiuent:quot neſtoris annos
Tranſibunt totidem tranſeat ille ſimul:
Nec ſcombros metuant nec thus tineaſq; refellent:
Balſama ſed teneant candidiora niue:
Hoc dabiturquoniam tua ſunt in margine ſcripta
Antiquiſq; manes nexus & ipſe uiris:
Hoc tua dat uirtus.bonitas.ſapientia:datq;
Ingenium:quod te deſuper aſtra gerit:
Nec nomen tantum mittet ſubiiſſe tenebras:
Cum radios ſuperet ſolis ubiq; nitens:
Famaq; cum uolitet rutilo lucentior auro:
Roddere quam nunquam lingua canina poteſt
Inuida ſi perget latratus fundere lingua
Aſpicies noſtros uertere in arma manus.
Ergo pręceptor ualeas cariſſime nobis:
Tranſige Mathuſalem neſtoreoſq; dies.
¶ Ad eundem priuatim.
Dum tacitus membris capio de nocte quietem:
Dum clauſis oculis me ſibi pluma tenet:
Dum ſomnus mortis frater mihi lumina claudit:
Dum requies membris nox tenebroſa manet:
Omnia dumq; ſilent placida torpentia nocte:
Membraq; nox renouat feſſa labore die:
Morphea ſum uiſus uenientem numine ſomni
Luminibus media nocte uidere meis:
Sub cuius forma latitabat Sillius ipſe
Pallentem uultum cum grauita te gerens:
Cuius & in capite excelſo diadęma nitebat
Quod fulgens hederis laurea ſerta tenent:
Qui mihi tunc placido demittere talia ab ore
Eſt uiſus ſpondam dum tenet ille tori.
¶ Sillius alloquitur Biffum.
Dulciſonas prętende lyras iam Biffe canendo:
Et mea da uerſu uerba tenenda tuo.
Huc ueni Petro quo grates reddere Marſo
Ipſe queam meritas:Tu cane:fabor ego.
¶ Sillius Petro Marſo per Biffum.S.P.D.
Elyſios liqui fatum parcaſq; refringens:
Quo ualeam uultus Petre uidere tuos:
Atq; uirum ualeam te tantum uiſere Marſe:
Et laudes aliquas perſoluiſſe tibi.
Tu graudere potes mecum:Tua gloria ſit par
Vſq; meę:Tibi ſint pręmia ſintq; mihi.
Punica bella tuli totum relegenda per orbem:
Et per me Luſcus uenit in Italiam:
Obſcurus ſed enim hinc uno uix ipſe legebar
Cum mihi ſint montes:flumina.terra.mare.
Et mihi ſit coelum:ſint coeli ſidera clari:
Et maneant libro quęlibet alta meo.
At ſolus ſolers magna & uirtute niteſcens
Auſus es abſtruſos clarificare locos.
Condita quę ſilicis reſidebat flama medulis
Nunc micat ingenio lucida ubiq; tuo:
Nunc campi fulgent lati quos ſilua tenebat:
Nunc fluuios ſtructo ponte natare datur:

Nunc datur ęquoreos tuto percurrere fluctus
Si Typhis latam tranſuebis ipſe ratem.
Quis dubitat nauem portus intrare quietos
Si ſuperas Typhim Marſus & ipſe meus?
Te duce Petre legor nunc toto ſedulus orbe:
Atq; capit laudes gloria noſtra pares.
Dulci ſono laudat uerſu te curia Romę:
Te Mediolanum deſuper aſtra locat:
Teq; colunt Veneti: tibi docta Bononia laudes
Iungit & incumbit laudibus illa tuis.
Nec minus extollit nomen Florentia clarum:
Quid moror ipſe urbes connumerare modis?
Nam tua ſunt cunctis pręcognita nomina terris:
Qua exoritur phoebus qua cadit ille ſimul.
Quam doleo quod me prohibent inſtantia fata
Plura loqui: Elyſios meq; redire iubēt.
Nam mihi: quam cupio: ſi grata licentia detur:
Hinc neq; me retrahat parca ſeuera nimis:
Conſtruerem laudum maiora uolumina Petre
Quam quę de luſco facta fuere prius.
Ergo uale: & uiuos facias quoſcunq; poetas:
Quos calamum capiens expoſuiſſe potes.
Nec fluat orator quiſquam qui non gerat altam:
Quam doctus: limam: contribuiſſe ſoles.
Sic tibi ſic docti debebunt omnia ſecq;:
Sic te perpetuum quilibet uſq; canet
Plura uetor fari uolito quo fata reducunt:
Te ſanum ſeruans corpore mente uale.

¶ Biſſus ad eundem.

Dixerat hęc placido palleſcens Sillius ore
Ad ſpondam ſtrati (dehinc uolat ille) mei.
Aſt ego qui ſomno ſum ſcribere carmina uiſus
Excitor a ſomno: carmina nulla patent:
Non ibi charta manet neq; nigri ſępia piſcis:
Nec remanent calami quos tenuiſſe puto.
Nam fugiens ſomnus pertraxerat omnia ſecum:
Ante oculos fallax quę mihi contulerat:
Tunc ego ſurrexi calamos chartamq; capeſſens:
Sępia nec calamo defuit atra meo:
Nec mihi cantandi ceſſat facundia uerſus:
Nam mihi materiam nox adoperta dedit
Ingenium uelis ſubito tunc labitur altis:
Cum lata extemplo eſt dicere materia:
Vt lepus in campo curſu non currit inerti
Cum neq; foſſa manet: ſilua nec alta tenet:
Vt nauis uolitat ſcopulos cum non petit altos
Nec ſua dat Scyllę membra uoranda truci.
Ergo ſi fueram tardus: mihi Sillius ipſe
Scribendi tribuit carmina mille modis.
Si tibi cernentur mea carmina plena lepore,
Aſcribas illi: quem mihi nox tribuit.

Ad. d. Iacobum antiquarium.

Cum tuam reuerendā preſentiā. d. Iacobe uir uenerā
de Romā migraſſe audiui a ſcribenda epl'a me cōti-
nere nequiui. Siue quia hoc mihi deus naturęq; beni-
gnitas donū non mediocre attulit ut aliqua occaſiōe
pręuiſa doctos bonoſq; uiros pro mei ingenioli uiri-
bus proſequi laudibus ſtudeā. Siue tua doctrina ubi-
q; omnibuſq; iā cognita (quod magis credo) ad ſcri-
bendū alliciar. Noui enim Mediolani: ubi mihi ſeptē
interſticiū annoꝝ cōmoratio fuit: quāta beniuolentia
quantaq; officioꝝ magnitudine te illuſtriſſimus Me-
diolani princeps complectatur: teq; eiuſdem tota au-
la cum propter ſummā: que in te eſt: doctrinam tum
propter tuaꝝ numerū uirtutū ineffabilem: quas non
ſecus minuſue cordi habere ſoles ut mater unicū fili

um in quo quidẽ uitam necẽq ſuam conſiſtere firmi
ter tenet·Ideo nõ iniuria eſſe factũ arbitror quod Me
diolani rerum ſacrarꝫ feriẽ totã prudentia apud prin
cipem grata adminiſtres teq; ciuilẽ & iuſtiſſimũ om
nibus exhibeas ſacerdotibus:pacẽ inter eos ſi qua eſt
beneficioꝝ altercatio & lis feras plãteſq;·Si pax eſt eã
confirmas:Si conſiliũ ipſum clarificas: Si diſputatio
eius nodos abſoluis:Si alicui mittenda epiſtola nõ Ia
cobus uidetur loqui ſed Cicero. Quod ne adulationis
gratia quiſquã dictum putet re ipſa uideri poteſt.Me
mini ante decẽ fere dies cum quodã iuuene Nouari
enſe litterarũ non ignaro tuarum opuſculũ epiſtolaꝝ
hac in urbe quę totius mundi caput eſt:legiſſe ãboſq;
dixiſſe:Quã mira eſt ſermonis huius facundia & ſua
uitas:Quã mirus leporis ordo! Quã grata epiſtolę ob
ſeruantia:nõ quidẽ uerbis eam explicare queo· Quo
niam ſeipſam ſuapte demonſtratione legẽtib9 aperit
His igitur uirtutũ cumulis non abs re te ſummũ ora
torem legatũq; Mediolani princeps elegit utpote qui
ad ſummum Pontificem illinc miſſus hic multo ho
nore magnaq; gloria & pontificis Cardinaliumq; ac
totius aulę ſacrę exultatione receptus ſis·Qua autem
cauſa ſis miſſus adhuc ignoramuſ:Sed hoc certe ſcio
te cauſę honorem adepturum. Docti enim eloquen
tia quem non mouent?quem non excitant?quem de
niq; in ſuam opinionem non alliciunt? pręcipue ſi in
eis Ciceroniana uiget facundia:quę ita inter alias re
gnat ueluti Baſiliſcus in medio arenarum inter ſerpẽ
tes teſtante Lactantio·Itaq; ueluti Cicero ille eloquen
tię nomen in ſenatu quicquid uolebat exorabat non
minus tu quicquid a duce impoſitum eſt apud Pon
tificem impetrabis·Deinceps hic aceruis laudum re
lictis te Mediolanum cõferes illicq; omnibus extolle

ris laudibus quod nauim optimo remorum ordine
in portus traduxeris·Meam itaq; epiſtolam quanquã
non elegans incomptaq; ſit te lecturum uultus benig
nitate qua omnes cõplecti ſoles litteratos credo imo
firmiter teneo:hinc me in omnibus fiduꝫ tibi ducas·
Vale & tuam ualitudinem omnibus optatam ſerua·

D·Ludouicus Valentianus de ſan
cto angelo per hiſſum regi Hiſpa
norum·S·P·D·

Cuius ad exemplum gens omnis uiuere recte
Pergit & exemplo candida quęq; ſequi:
Te duce nam tota eſt fulgens hiſpania cum ſis
Inclitus: & magna rex bonitate uigens:
Exemplo regis gens eſt perfecta:beatum
Non dubitat regem dicere quiſq; ſuum:
Cum tanta pollens ſemper uirtute niteſcas
Vt ſis exemplo cuilibet ipſe tuo:
Iam tua maieſtas totum laudata per orbem
Excellit claros iam reditura polos·
Relligione Numam ſuperas dehinc bellicus armis
Pręſuperas Romum Cęſareoſq; duces·
Nec rex in terris quiſquam te maior habetur:
Quin etiam Siculos cum grauitate regis·
Sanguine nobilior Tyriis ducibuſq; latinis
Virtutem monſtras nobilitate frui·
Nam tua nobilitas clara uirtute locata
Non ceſſat terris perniituiſſe tuis·
Tu domitas prauos iuſtis ſua iura miniſtrans:
Tu iuſtus ſemper iuſticiamq; foues·
Teq; omnes laudant ciues quod iuſtus ubiq;
Nomina ſyderibus lucidiora geris:
Dum canimus nomenq; tuum tranſmittere coelo

Nitimur & cumulos laudis habere tibi:
Nuncia fama tulit modo te uiciſſe ſuperbos
Hoſtes: ac terram permaduiſſe ſuam
Millia ſex peditum: quingenta & millia deinceps
Armarorum equitum te rapuiſſe tulit:
Quorum pars letho donata eſt pars quoq; reſtat:
Quę tibi ſuppliciter dat tremefacta preces:
Nunc uidet illa tui quanta eſt prudentia: quantus
Armorum terror pręlia ſęua mouens.
Proh mala mens hominũ lõginqua pericula tẽnens:
Quis cito uicinum fertur habere locum.
Nonne fuit ſatius regem te ſumere primo
Illi: nec dure bella tuliſſe diu:
Proh mala mẽs hominũ Maumethi numina credẽs
Experta eſt chriſti numina uera tamen:
Et Maumethеam ſectam tempſiſſe coacta eſt
Et chriſti ueram percoluiſſe fidem.
Te duce credo equidem Maumethi numina falſi
Impeius ruere: & mox moritura cito.
Tu modo ſic pergas belli patiendo labores
Eſt labor: hinc fructum fine referre potes.
Italiam uideas ſi nunc geſtire fatendo
Victorem regem quid tibi quid referes!
Si coelo angelicas cernes geſtire cateruas
Coelicolumq; ducem quę tibi lęticia eſt!
Tartareas ſedes tibi ſi uidiſſe daretur:
Horrent quę uultus: corde tremente: tuos:
Quod certe eripias ipſis munuſcula: quondam
Quę expectant cineri contribuiſſe ſuo:
Quam lętum referat te magna potentia regem!
Quam fortem dices teq; fuiſſe ducem!
Ergo coelicolę quod ſtet uictoria tecum
Terrarumq; orbis gaudet & uſq; tibi.

Infidi ſolum triſtantur: ſed ſua iamiam
Omnia ſeq; tibi contribuiſſe parant:
Cum uideant tanto non poſſe obſiſtere regi:
Nec contra ſtimulos poſſe ualere boues:
Deme etiam nigro reſidentem gurgite regem:
Quem lachrimis fluuios quinq; replere puto:
Tu modo ſic pergas uinces certamine reges
Antiquos: cedet Romulus ipſe tibi:
Atq; Ancus cedet: cedet quoq; cęſar & ipſe
Et cedet macedo filius atq; pater.
Quid moror hic uerbis reges numerare uetuſtos!
Scribendę hiſtorię materiam tribues.
Ergo uale fixum me ſemper corde reſeruans:
Et promptum teneas me tua uota ſequi.

¶ Hanc ab Florentina Romam aduentu
Pomponii congratulationem in publico
auditorio recitaui.

Pomponi excellens Romanę gloria linguę:
Cuius in aſpectu tota iuuenta uiret:
Fecerat heu nimium tua nos abſentia moeſtos:
At reditu lętos nunc facis eſſe tuo.
Nonne uides iuuenum quãta eſt huc acta caterua
Incolumem poſtquam te rediiſſe uidet.
Non equus in Troiam tot gentes miſit ab aluo
Armatas hic quot nempe uidere queo.
Phręanclis merito poſſum tibi ſcribere nomen
Ad te quod iuuenes docte poeta trahas.
Romani lachrimas fundebant hinc quod abeſſes:
Nec poterat fletus quiſq; tenere pios.
Huc fons: huc pinus: teq; huc arbuſta uocabant:
Sę pius hic paries teq; uocabat iners:
Viſa mihi eſt certe gemitus fudiſſe cathedra:
Pondere cum ſolito non premeretur ea.

Prꝫterea uidi uacuꝫ ſubſellia ſedis:
Nunc locus eſt omni parte repletus ouans:
Gaudia nunc muri nunc ſedes ferre uidentur
Soſpite te gaudet quilibet inde bonus:
Caſtaliumq; nemus liquidaſq; tuliſſe camoenas
Pieriumq; lacum quilibet inde canit·
Seceſſe Aonides tecum uenere camoenꝫ:
Illꝫ quo properas nam properare ſolent·
Tu lege Romanis noſtris foeliciter uſq;
Qui te laudantes deſuper aſtra locant:
Hora fuit foelix auibus comitata benignis:
Quꝫ tibi prꝫſentem ſuaſit habere locum:
Nam uelut ex anima corpus dolet eſſe relictum:
Sic a te linqui ſplendida Roma dolet· Vale·

¶ Iohannes Biffus Lucio Biffo S·P·D·

Petis Luci biffe ut tibi meꝫ uitꝫ ãnos prꝫteritos enar
rẽ quodq; in ſingulis geſſi diſtinguã: Quod mihi ui/
det̃ nõnihil periculi habere· Cũ enim nemo ſine pec
catis hac in calamitatũ uita uiuat & q ſine crimine ſe
dicit mentit̃ tuꝫ petitioni uix poſſum ſatiſfacere· At
tñ tua in me beniuolãtia hoc pſtare cogor·Cuiuſcũq;
uita:Quod a Suetonio ſeruat̃ duas hꝫ partes uitiorum
& uirtutũ·Sed quia uitiorũ uita maiori ſtilo:ueritatẽ
excedenti:demũ mẽdacia cõplectenti ab inimicis de
ſcribit̃ illã in medio relinquimus·Noſq; ad uirtutuꝫ p
tes trãſferimus· Primũ de ſtirpe mea mihi dicenduꝫ
uidet̃·poſt ſi maioribus meis degeneraui anne·Et qm̃
quilibꝫ geminã originẽ hꝫ paternã & maternã Quod
idẽ a ſuetonio ſeruat̃ paternã initiũ ſcribendi faciã·
Biffoꝝ familia Mediolani ſatis pollẽs quõdam maio
riq; hõim numero fuit q̃ nũc ſit·Quod me adhuc me
diolani ꝓuerbiũ extans credere facit:Cũ enim aliquã
numeroſiorẽ pſapiã mei Mediolanẽſes extollere uo

lũt ſolẽt dicere:numeroſior eſt Biffis·Dubito aũt utrũ
Mediolani uel Pergomi originẽ habuerit· Vñ altius
repedẽtũ eſt ·Cũ·M·ccccLxxxiii·die·xv·ianuarii Per
gomũ illud uidẽdi gratia aliqñ ociũ nactus me tran/
ſtuliſſeꝫ hec cognoui quꝫ a meis pentibus habueraꝫ·
Vidi Pergomi uidi uicũ unũ ꝫdificia coelũ tangentia
hñtem:ditiſſimos primores urbis qui Biffi appellant̃
cõtinentẽ imo ãpliſſimus Biffoꝝ uicus nũc upat̃ eſtq;
illic turris altiſſima:quꝫ nomẽ Biffoꝝ ſibi ſortita eſt:
qui nõ ſolũ illũ uicũ ſolãq; illã turrim ueꝝ etiã alia ur
bis nobiliora loca poſſident:Quõ dicet aduerſari9 te
Mediolanẽſem iactas ſi Pergomuꝫ Venetoꝝ dicioni
ſubiacet·BIFFVS. Nõne ſcis Pergomũ·Brixiã·Vero
nã·aliaſq; urbes prꝫclaras ſub Philippo Maria uiceco
mite olim Mediolanenſium duce uixiſſe:dehic(ut
fit)imperiorũ mutatiõe Venetis cõtigiſſe:Itaq; uel qꝺ
Pergomo Madiolanũ uel Mediolano Pergomuꝫ: qꝺ
magis credo mei maiores trãſmigrarint adhuc certũ
nõ habeo dubitoq; nec illud neq; hoc affirmo utrũq;
in medio reliquẽs·Nõne & Liui9 de Aſcanio Aeneꝫ
utrũ Creuſa ł Lauinia genitus ſit dubitat: Nõne Sue
tonius in cꝫſarũ uita de aliqbus quꝫ neq; ſibipſi neq;
aliis ob roddenteꝫ uetuſtatẽ ſatis apta ſunt ãbigit: Sa
tiſ ergo conſtat me uel Mediolanenſẽ uel Pergomẽſẽ
eſſẽ Mediolanẽſeꝫ me ꝓuerbiũ añdictũ facit·Biffos
enim Mediolanẽſes ob uarios belloꝝ tumultus quaſi
deletos credo.Pergomẽſes Biffi numeroſiſſimi erant
ditiſſimi atq; floretiſſimi cũ illuc acceſſi·O belluꝫ de
teſtandũ qd uno ãno facis: Deus auertat ne ſicut Biffi
Mediolaneñ· deſtruamni qa oẽs una familia ſumus:
Nam ſub uno principe regebamur·Eſt autem Pergo
mum ciuitas Venetoꝝ munitiſſima in monte conſita
triginta tria milliaria a Mediolano diſtans ultra Ab

duã ſi Mediolani es: Pergomũ illud quod nunc in pe
riculis bellorumq; oppugnationibus uix ſe defendit.
Hęc ſatis de progenie paterna. Materna amplior eſt
nunc: quę de Capitaneis nominatur: hęc pollens Me
diolani multiſq; aliis in locis habetur de mea natiuita
te: In oppido quod Mezaguз nuncupatur natus ſum.
M.cccc.lxiiii. dię. xxi. aut. xxii. ut ambigunt mei pa/
rẽtes. xxii. hora & quia in uigilia uel in die ſancti Vin
centii ex utero matris exiui Iohãnes uincẽtius bapti/
zatus ſum. Eſt aũt Mezagũ inter Triziũ & Vicomer
catũ duo milliaria ꝓpe Abduã a Mediolano. x. & ſe
ptẽ miliaria diſtans. Abdua fluuius Mediolanenſes a
Venetis diuidit orientẽ uerſus ſi Mediolano diſcedis.
Cum octo annoꝝ eſſem Mediolanũ genitor meus in
domũ. d. Marci de Beſana miſit ubi litteras cuз illius
filio Bartholomeo ad ludũ proficiſcens adiſcerẽ: Qđ
minime ꝓſtiti uel ętate ꝑua uel nimiis deliciis ꝟ uictu
impeditus. Qđ pater uidens cũ anni mediũ amiſiſſeз
ſpe falſus me domũ reuocauit. Annum cũ dimidio
domũ ad ſcolas parrochiani ꝑgens incolui ubi maxi
mo cũ labore prima elementa didici matre pia ma/
giſtrũ muneribus uincente ne me uerberaret tardatꝰ
Quod idem pater uidens cũ bina luſtra nactus eſſem
extra domũ in domũ haud lautã a nr̃o oppido quin
q; milliaria diſtantẽ miſit: In oppidũ ad pedes mõtis
Briãcię: qđ Meratũ quia bonũ uinũ fert ſibi nomen
ſortitũ eſt. Ibiq; nõ ſolũ uini dulcedinẽ ſed litteraꝝ gu
ſtare incepi: Et quo me duriorẽ in pricipiis tanto me
reliquo tp̃e faciliorẽ geſſi. O mihi donũ naturę con
ceſſũ memini Iohem đ coruis Philelfi diſcipulũ quẽ
illic annum habui pręceptorem dixiſſe meuз cerebꝝ
facile percipere & fideliter cõtinere. Cuз merati uno
ãno grãmatices pricipia potauiſſẽ: me Vicomercatũ

oppidum amplum a noſtro tria milliaria diſtans pa
ter miſit. Ibiq; tres annos ſemper in domo pręſbiteri
Marci de Pilis pergomi uiuens pręſbiterum domini
cum de caſteno pręceptorem aſſidue tenui: Sub quo
grammaticam. partem poeticę & hiſtoriarum imbi/
bi: Saluſtium. Naſonis Heroidas. Aeſopi fabellas: nõ
nullaq; alia opuſcula audiens. Me omnes illius oppi/
di in inſaniam amore litterarum aliquando deuen/
turum mihi minitabantur: Quod hactenus falſum fu
it. Interdum archipręſbiter canonicorum de ſtirpe ſa
delinum orfundus me deludens cum ad ludum libro
rum manticam portarem dixit. Omnes libros in ca/
put inſane imponere uis? Ego puer uafre reſponſum
dedi: Non libros ſed quę in libris ſunt: ille uero tale re
ſpõſum mirabatur. Quod ſi uerum fuit omen alioruз
iudicio relinquendum puto. Ibi quanquam ſcandere
adhuc neſcirem uerſus tamen compoſui: cognouiq;
ut alio in loco prędixi me natum poetam. quin mi/
rum uidetur ut ibi paruo tempore tantum profece/
rim atq; eos a quibus docebar mea magna gloria eo
rum turpi pudore docerem: hoc omnes illius oppidi
homines non negant. Hinc dominus Marcus de Be
ſana me Mediolani in domo pręſbiteri Iohannis de
Beſana parrochiani ſancti Iohannis ſupra murũ por/
tę Vercellinę manere fecit. Ibi ſub pręſbitero damia
no Nouarienſe grãdioris nepotis cardinalis Nouarię
cõdiſcipulus Terentium nonnulloſq; alios libros au
diui ibiq; eccleſiaſticos cantus didici. Anno hic tranſ
acto. d. Antonius balbus: cuius filius Goteardus (ut
credo) uiuit pro illius doctrina me ſibi magiſtrũ ele
git. d. Antonius unius menſis interſticio poſtquam in
domo ſui periit ego cum uidua ſex menſes habitaui.
Deinceps in domũ domini Iohannis Antonii uiceco

mitis pro ſui nati diſciplina ingreſſus ſum ibi annum
moratus ſcanſiones didici & uerſus componere. Hic
uir modeſtiſſimus. catbolicus. facundus. eſt bic can/
celarius ſecretariuſq; conſilii iuſticię. Ambo officiū
ordinarium ſicut relligioſi obſeruantes dicebamus:
Non in domo ſęculari ſed in monaſterio mibi uiue
re uidebar: bic adeo bonis moribus ſanctiſq; uerbis
utitur ut ex ſeptem filiabus duę iam maiores diuino
ſpiritu plenę monacę creatę ſint. Hic me maiora do/
cuit uno anno q̄ reliqui magiſtri pluribus annis. Au/
diebam Gabrielem pauerum fontanam Placentinum
poſtea repetebam domi lectiones prędicto nobili au
diente ſi quid obliuioni tradideram ille docebat. Cum
iſto aliquando in arcem Iouis ibam tam familiariter
ut ſępe cum duce Anguigero loquente ipſo aſtarem.
Memini me ibi uidiſſe principis cbirograpbum ad
buc pueri bene notatum. Memini d. Bartbolomęum
Cremonenſem ducis pręceptorem doctiſſimum di/
xiſſe tunc principem iam memorię mandauiſſe tres
Ciceronis officiorum libros pręter Grammaticam.
poetas. oratores. biſtoriaſq;. O adoleſcentis digni me
moriam incredibilem: qui Cęſaribus ęquari potes:
quos Suetonius in publico oraſſe nono ſiue decimo
& quandoq; undecimo anno ſcribit. O magiſtri doc
tiſſimi facilem docendi modum. O iterum maximi
ducis memoriam mirabilem: qui certe eo dono natu
rę: quod maxime Fabius Quintilianus laudat & ex/
tollit fulges. ſ. facile percipere & fideliter continere.
Tu cum per ętatem poteris omnes doctos quia doct/
us es ditiores Marone efficies. Tu Cęſarem liberali/
tate ſuperabis. Tu deniq; omnium doctorum ingenia
augebis. Nec timeas cum patruum Lodouicum tātis
uirtutibus tantaq; rerum experientia & bonitate ſum

ma prędditum babeas qui pro te ſceptra tenet bic tibi
cū per ętatē licebit ſceptra puriſſime tribuet. Tu tunc
tanta facies ut mibi potius ſit ſilere q̄ loqui uale incli
te princeps. & ut ſoles doctos blandus ama. Poſt do/
mū uanoni qui tibi ſumme princeps caligas parat in
greſſus ſum ubi annos duos manſi. Hic facetus bic tū
boneſtus bic liberaliter lętanterq; uiuit bic duos fra
tres bab; Rapbaelē & Petrum bic tres diſcipulos do
ctos feci. Domum binc ſplendidam. d. Iacobi Porri. d.
Marco de Beſana &. d. Bartbolomęo Peregallo: qui
mei patris amiciſſimi ſunt: iubentibus intraui. Ibi an
num cū dimidio moram traxi ſuos filios & nepotes
cardinalis Nouarię docens. D. Iacobus Porrus trāquil
lus bomo inimicos beneficiis nō iniuriis uincēs ma
uult parcere plus quā ſequi iniurias crudelis: Hic tan
ta erga me utebatur clęmentia ut inter me & Ioban
nem Petrum grandiorem filium qui magna uirtute
prędditus eſt: diſcrimen nullum faceret. Hic cum diſ
cumberemus me ꝓpe ſe ſecūdo loco ſedere uolebat.
Hic catbolicus. fiduſq; grauitate ſumma fulget & do
ctrina. Adeo ut ſępenumero cū ſimul loq̄remur Boe
tii. Virgilii. aliorum poetarum. oratorumq; ſentētias memoria
facili ꝓnunciaret. Hic ſicut. d. Iobānes Antonius uice
comes elimoſinas abūdanter diſpergit paupibus. Ab
boc nullus obſeruās relligioſus uelut monaſterii ſācti
angeli abit leuis. Hic famulū equo bonuſto panis &
caſei ſępe in āno tā per monacarum q̄ monacorum mona
ſteria mittit. O uiri excellētis miſericordiā: q dū uno
latere gazā diſpenſat ex altero illi deus auget atq; pro
uno centū retribuit. Talis fęnerator laudādus. O uos
q Mediolani aliiſq; in urbibus turpi fęnore crudele lu
crum pauperum miſere ſuggentes ſanguinem ſicut bi/
rudo ſectamini: Ab boc tam claro uiro uitę arcbetii
pum ſumite. Hic ſex filios babet qui uelut ſydera

coeli & facie & uirtutibus fulgent: Hic quatuor filias
quarum una formoſiſſima & uirtute caſtitatis Lucre
tiam ſuperans magdalena doctiſſimo & uirtute pre
dito atq; ditiſſimo . d . Bartbolomeo Peregallo qui
me uebementer amat nupſit. Alię tres quam mox nu
biles erunt: nec dos deficiet cum excellens ille quinq;
poſſeſſiones. Palatium unum pluresq; domos poſſi
deat. Quid de pecunia quam in duobus banchis iuſ
ſtus nūmularius obtinet. Quid plura? Huic deus uni
us ducis opes exbibuit quoniam non ſuę ſed paupe
rum ſunt. Illud non ſilentio prętereundū duco Quod
in templo ſanctę Marię Carmelitanę prope portam
capellam exędificauit pulcberrimam: Huic multum
debeo quoniam me beneficiis onerauit adeo ut cum
Romę ſim corpore: ſępius animo & ſomno ipſum
alloquar: ipſum uideam & multo gaudio amplectar.
De tam beniuolo uiro nō poſſem pauca dicere ſi mi
bi ocium daretur: ualeat iam & foeliciter uiuat. Vnū
etiam illud baud pretermittendū eſt: quod filios tā
to ingenio pręſtantes babet ut uix cuiq̄ credibile ſit.
Pręter grammaticam . oratoriam . retboricam quā ip
ſos docui (babebant enim iam fundamenta grāma
ticę cum ipſos docere incepi) etiam ſcandere uerſus
didicerunt. Vnum eorum ad carmen uenam fluentē
babere cognoui: Cui cum talis ſententię tbema pre
poſuiſſem deus dedit tibi bonam gratiam: Ille extem
poraliter & ſubito quodam furore Apollineo in car
men traduxit Pentametrū atq; per alia uerba ad bāc
metam peruenit. Donauere tibi munera clara dei.
O carmen reſonans nec propter elegantiam obliuio
ni tradendum. Tres filii minores ſępe coram genito
re carmina recitabāt atq; illum materna lingua ea ex
ponentes lętitia afficiebant. Si munera amicis mitte

bat ut fit ante chriſti natiuitatem: epigrama cōpone
bam: quod unus natorū cum memorię mandaſſet re
cipientibus munera audacter recitabat. Cantauit etiā
p̄ſente populo in miſſa uitā ſancti Nicolai per me uer
ſu cōpoſitam. Sic debēt facere magiſtri animos diſci
pulis dando & ad relligionem alliciendo. Hęc de por
ris. Demū cum in domo cuiuſdam de Terzago per
aliquod tempus ſtetiſſem . d . Otborini pelizarii . d . Io
bannis Antonii uicecomitis cognati de quo ſupra do
mum ingreſſus ſum: eiuſq; uilaʒ quę extra portā Ver
cellinā ad Quintum uſq; lapidem Quintuʒ ſic ut Tuſ
culū nuncupatur peſte coactus iui: ibiq; miracula uir
ginis finiui nullis impeditus diſcipulorū curis: Cum
quo circa q̄tuor menſes manſi: Nec me perfidū dicat
cum boc uirgo coegerit. Omnia enim quę in ſomni
is uideo plerunq; uera eueniunt: quamuis aliqui ſom
niis non credendum ducant non conſyderantes in ue
teri teſtamento bęc ſeruari: Valerius etiam maximus
de ſomniis caput fecit. Sit quomodocunq; boc mibi
accidit inter omnia ſomnia uerū certumq; quod di
cam cuius pars euenit reliquam futuram ſpero. Cum
in uilla ſupradicti nobilis nocte ſolus dormirem uiſa
eſt mibi ad ſpondā lecti uirgo uenire ſic dicēs: Quid
bic facis Iobannes Biſſe cum ruſticis? Compoſuiſti
opus me adiuuante quod ſatis elegans eſt: expergiſce
re quoniam tibi uolo pręmia nōnulla boc in mundo
dare quo in coelo poſt mortem maiora accipias di
xit. Et me apprenſum manu per longiſſimam uiam
ad urbem in qua nunc ſum duxit: Quam duʒ totam
mibi oſtendiſſet me in altum palacium Siſti ſummi
pontificis portauit iuſſitq; me genibus flexis epiſtolā
Siſtum laudantem coram eius ſanctitate recitauiſſe:
atq; in ipſius ſacris manibus librum poſuiſſe. Siſtus

librum libentiſſime & fronte lętanti ſuſcepit: O Biffe
file nec alterius orationem protrahe: Quoniam quę/
cunq; dormiens uidiſti fari non licet· Si autem uera
euenient merces officio dignior erit quandoquidem
in doctos pontifex liberaliſſim9 eſt· Somnia aufuge/
runt· Ego excitat9 obliuioni hęc nō tradidi: Romam
uenire inſtitui· Cum Bononiam perueniſſem totum
illius ſtudii ordinē cognoui· d· Philippum Beroalduʒ
qui honoratū Virgilii comentatorem emendauit allo
cutus ſum ambo enim Poetoni qui publice Mediola
ni legit & omnibus acutiſſimo ingenio memoriaq;
incredibili commendatur diſcipuli fuimus ille Bono
nię ego Mediolani: Cum Romam citra Bononiā ue
niens eſſeʒ d: Cumiſaluus hiſpanus de magnifica Hę
redia ſtirpe oriundus Reuerendiſſimus Barchinonię
epiſcopus me ſibi adiunxit & nūc in domo illius ſuʒ·
In hac curia. d· Antonium de Beſana cuius ſtirps Me
diolani eſt florentiſſima meum neceſſariū habeo qui
ut hic liber imprimeretur ſuo ſumptu curauit cui uir
go pro me dat hos uerſus.

Iam Beſana domus claro laudaris olimpo:
Tu uitę libro ſtaſq; notata decens:
Quod Biffum reddis magna uirtute uigentem:
Quod Biffum ſemper nempe tueris ouans·
Olim Marcus enim Biffum defendere amicum
Promptus erat: cecidit ſed bonus ille nece·
At plures reſtant: quorum te curia Romę
Antoni retinet: quem bene Biffus habet
Hic tibi ſe aſſiduo uerſu debere fatetur:
Hic nomen clarum percolet uſq; tuum·
Aſt ego coeleſtis donabo prēmia uitę
Summa tibi: quoniam munera tanta facis·

Tu proprio ſumptu preſſiſti quippe libellos:
Qui quantum uiuent tu quoq; uiuus eris·

Hęc de me hactenus quid futuruʒ ſit ſolus deus no/
uit· Nec de· d· Othorino de quo uerba facere incepe/
raʒ ſiluerim· Eſt hic nūmularius uelut· d· Iacobus Por
rus ditiſſimus· fidiſſimus· aliiſq; uirtutibus prēditus:
quas ſuperius dictis attribui· Huic multum me debe/
re fateor: quoniam quatuor menſibus maximis bene
ficiis me ſibi obſtrictum fecit· Hic non arrogans om
nibus ſe familiarem prēſtat: adeo ut ſępe in Quinto
uilla ſui uenatum iremus canibus: & quandoq; aues
accipitre & retibus maxima cuʒ lętitia inſectaremur·
prēterea ludebamus· lętabamur· ſaltabamus ducētes
choreas: cum cytharę & lyrę aliaq; inſtrumenta adeſ
ſent ut in uillis recreandi animuʒ gratia tempore uin/
demiarum ſolet fieri & decet. Hic unam uirtutem in/
ter alias reginam habet liberalitatem· Quotiens enim
in uilla erat aliis ciuibus uicinis conuiuia liberaliter
lauteq; tribuebat· Valeat & hic foeliciter· ualete demū
omnes Mediolanenſes quos ſemper cordi habeo. Si
in ea urbe aliquibus iniuriam intuli: Quod haud fate
or niſi ſiʒ ſępius iniuria laceſſitus ut mihi parcant ſup
plex oro· Si quibus profui aut proſum: Quod uerita/
te non caret quammaxime gratulor· Si ab aliquibus
ideſt inuidis iniuria affectus ſum ut ſępius uideri po
tuit illis parco utq; deus parcat deprecor· Si aliqui in
me beneficia contulerunt: quod certe ueriſſimum eſt
illis immortales ago gratias utq; foeliciter uiuant de/
um obſecro: Illudq; Virglianum: ne ingratitudine
obruar: quod crudeliſſimuʒ eſt: mihi ſemper fixū in
ore manebit· In freta dum fluuii current: dum mon
tibus umbrę luſtrabunt conuexa polus dum ſidera.

paſcet:Semper honos ueſtrum & nomē: laudeſqꝫ manebunt.

¶Extemporale diſticon ad.D.Antoniū Siculū

Non ſolum ſtridens reſecat tua lima tumentem
Antoni molem: ſed bona queqꝫ terit.

¶Extemporale Tetraſticon ad marſiliū hiſpanū.

Scbacorum laudas ludum ſed dogmata docti:
Scbacorum inſanum te iocus efficiet:
Dogmata te ęternum facient:iam ludere ceſſa:
Diſcere iam cura:conſilium capias.

¶Ad eundem Diſticon extemporale.

Crapula non fiat:nec uino corda premantur:
Ipſe licet fugiens carniuorator abit.

¶Ad.D.Iacobum Potrum olim.D.cariſſimum.

Aeſculus ut firma eſt tangens radicibus altis
Tartara ſic noſtra eſt fortis amicicia:
Quę:uelut a uento nequit ęſculus ipſa moueri:
Fallaci linguę neſcit habere fidem:
Firmior ut maneat rabiem cum ſpernit atrocem
Nec latrare ſinit uerba canina uiros:
Non datur heu nobis ſpacio coniungere dextram:
Hoc animos ſaltem dat coiiſſe duos:
Nam Mediolani reſidens conuoluere de me
Ipſe potes:Romę ſic uoluiſſe queo.
Quando erit ut tecum poſſim prętarier una
Seria nunc pandens nuncqꝫ iocoſa mouens!
Sic potis eſt animus duros ſubiiſſe labores
Cum quandoqꝫ ſibi gaudet habere iocos.
Hei mihi cum memini natos tibi reddere uerſus
Poſt coenam triſtor me caruiſſe bonis:
Tres nati angelica reddebant carmina uoce
Dulciſono riſus ſępe tulere modo:
Pręcipue cum dant ſenſus uulgaria uerba:
Non pueros: dicas clarificare ſenes:
Sollicitum erga illos fateor me nempe fuiſſe:
Attamen hoc patris de bonitate uenit:
Et uenit ingenio: quod fulgens quiſqꝫ reportat
Quo ſimiles patri contribuiſſe queo:
Eſſe patri natos ſimiles natura coegit:
Vt bona dat fructus arbor ubiqꝫ bonos.
Adde quod egregia natos grauitate monebas:
Scire nihil ueſtrum eſt abſqꝫ tonante:loquens.
O quotiens placida dixiſti uoce:magiſter
Diſcipuli nil ſunt abſqꝫ timore dei.
Fac timeant dominum ſic grāmata cuncta capeſſent
Illis ſic pandet blanda camoena lacus:
Flumina ſic current illis ex arte loquendi:
Sic poterunt muſas excoluiſſe nouem.
Quas omnes illis infundit uirgo beata
Muſarum genitrix dogmata cuncta tenens.
Nec tu diſcipulos credas bene poſſe docere
Ni primum domini ſit tibi iunctus amor.
Tramite non illos poteris conducere recto:
Tramite ni curras tu prior ipſe bono:
Tales diſcipuli qualis ſolet eſſe magiſter:
Si bonus eſt:illos cum bonitate uides.
Si ſentina putret nauis dat corpore toto
Peſtem:qua cunctis nauſea ſurgit iners.
Noſce cupis doctus quis ſit & in arte magiſter!
Diſcipulos doctos qui facit eſſe ſuos.
Foeda manus faciem poterit non uſqꝫ lauare:
Nec poterit cyathos foeda lauare manus.
Quam bene q̄ docte genitor me clare docebas
Explicuiſſe ſatis lingula noſtra nequit.
Poenitet ah quantum ꝙ tecum non moror ipſe
Corpore:q̄q̄ animo ſum tibi iunctus ego.

Pectore mens noſtro uolitans ſępe exilit: illuc
Contendit greſſus: & tua facta uidet.
Quinetiam placida cupiunt dum membra quiete
Mergere ſe: ante oculos ſomnia adire ſolent.
Tunc uideor tecum tunc prandia ſumere: coenas:
Tunc uideor prope te ſedis habere locum.
Quando erit ut poſſim tecum gaudere paterna
Coena? quam fictam dat mihi ſomnus iners.
Hei mihi dum nequeo pręſumere gaudia tecum
Vera: iuuant mentem gaudia falſa meam.
O deus omnipotens da caros iungere amicos:
Da miſero auxilium nec mea uota ſine.
Cum Porris mea uita fuit mea uita beata:
Cum porris uiuas iam mea uita tuis.
Ambitio fugiat: fugiat quoq; uaſtus honoris
Ardor: qui potuit te pepuliſſe domo.
Sorte ſua quiſquis maneat contentus: & altos
Pertimeat nimium concupiiſſe gradus.
Si quiſq̄ eſt aſinus ceruum ſe credit & eſſe
Non probat hoc ſaltu foſſa petita ſuo.
Ergo nil ſupra uires feciſſe decebit
Si uideas q̄ ſit ceſſa ruina cadens.
Quanto plus ſcandes tanto tibi maior in ima
Caſus erit caueas ne nimis alta petas.
Damna fluent ſecum hoſtilem ducentia ſannam:
Ridiculus populo ſtabis & inde diu.
Ergo nil fiat niſi quod menſura retrectet:
Quod ſuadet finem finis habere bonum.
Si bene quid facias ſpectes: fortuna nocebit,
Nunq̄: nec fruſtra talia uerba dabis.
Innumeras hęc uſq; uices fortuna reuoluit
Oſſea. Gorgoneum concutit atq; caput:
Inuida. triſtis atrox. auſtris uelocior ipſis
In quemcunq; uirum retia ſęua parat.
Arboribus non tot Borea conflante pruinam:
Autumnus frondes deuolitare uidet:
Quot fortuna uiros de ſummis uoluit in ima
Vt maneat cunctis prob lacbrimoſa uiris.
Fortune nunq̄ ceſſat truculenta Minerua:
Hanc nam Tyſiphone & nigra megera fouet.
Allecto hanc ſequitur: ſequitur Rhamnuſia trux &:
Ad latus huicq; comes triſtis. Erynnis adeſt.
Hęc bibit in lybie diſperſa uenena Meduſę:
Dum capite anguigero ſtyria ſęua cadit.
Cerbeream ſpumam rabioſo ſumpſit in ore:
Cerberus Herculea dum petit alta manu.
Hanc ſtrix hanc bubo dans uerſus uoce ſiniſtros
Męſtiſona; ſequeris noctua. corue niger.
Iuppiter atq; illi das ſęuam inferne cohortem:
Ominibus quo ſit concomitata malis.
Hanc ſi mortali uiſu uidiſſe daretur:
Corpore diffugeret uita: tremente: cito.
Nec uidiſſe flagres qua ſit caligine tincta;
Ne Semele ſimilis uana petendo ſies:
Quottidieq; potes crudelis cernere quam ſit:
Quod iuſtis adimit dat uaga ſępe malis.
Indignos tollit cum dignos deprimit illa:
Inconſtans. errans. ſubdola. cęca. fera.
Hanc aliqui uocitant diuam coeloq; reponunt:
Hancq; colunt ſtolidi tura ferendo uiri.
Aſt alii pręhent illi conuitia; ſannam
Poſticam: accuſant: murmura ſęua ferunt.
Omnia ſed prudens prudenter qui facit. hanc non
Deuouet: huic nunq̄ tura Sabella refert.
Prudentem iccirco poſſum te clare Iacobe
Dicere; qui porta ſtirpe niteſcis ouans:

Qui Mediolani ciuili uiuere more
  Sorte tua plenus ſcis ſine fraude tibi.
Dicere ſi cogar bona quot tu exempla dediſti:
  Helleſpontiacas dicere cogar aquas.
O quotiens ſancta dixiſti uoce magiſter:
  In domibus reſidet dum mea uita tuis.
Non natos poſt me conor dimittere dites:
  Clara ſed ut uirtus inſita perſtet eis:
Diuitię fluxę: fluxa eſt quoq; gloria mundi:
  Aeterno uirtus ſed micat alta polo.
Iam ualeas: cui me ſemper debere fatebor.
  Sis memor & noſtri: care ualeto pater.
Te ſeruet Chriſtus: regat & te regia coeli:
  Aſpiret uotis uirgo beata tuis.

¶ Iohānes Biſſus. d. Philippo Biſſo
genitori ſuo. S. P. D.

Nunc ſcio quid ſit amor genitor mi care Philippe:
  Abſentem poſtq̄ non tenuiſſe queo:
Cum te pręſentem poteram concernere: cum te
  Amplecti poteram dehinc pia uerba loqui.
Non intellexi quam dulcis uita paterna
  Iuncta manet natis dulcia quęq; tenens.
Prata uelut riuis nequeunt caruiſſe decoris:
  Sic nequeunt nati patre carere ſuo.
Quid bona ſint ſapimus melius nos nempe carendo
  Quam ſi continue perfrueremur eis.
Gaudia non nobis ſed tędia quęq; uoluptas
  Affert ſi tota ſit capienda die.
Nonne uoluptatis Ciceroni maius inundat
  Flumen: ab exilio dum redit ille ſuo?
Nonne fuit coniunx cum natis gratior ipſi?
  Cum patria & cunctis qui coluere patrem?
Nonne clientellę? cum ludis feſta deorum?
  Vicini? & gratum quicquid in urbe manet?
Omnia nonne magis redeunti grata fuere?
  Quam ſi non paſſus tetrica tęla foret:
Altę humeris ideo portarier ille ferebat
  Italię reditus dum trahit in patriam.
Si guſtas aloen plus dulcia mella uidentur:
  Sępius aduerſis proſperiora fluunt.
Hei mihi ꝙ ſtudio uerſor: tua uita labore
  Verſatur ſemper magna ferendo nimis.
Tu pater es multę gentis: uelut alta columna
  Subſtentas Biſſam cum grauitate domum.
Vltimus is cubitum: cubitu primuſq; reſurgis:
  Illecebris neq; te pluma tenere poteſt.
Quam ſit amor magnus patris non noſcere nati:
  Poſſunt dum patrem continuere ſibi:
Cunq; carent noſcunt genitor dulcedine qua ſit:
  Qui natis uitam deprimit uſq; ſuam:
Quiq; famem tolerat tolerat quoq; frigus & imbres:
  Et ſua continuo membra labore quatit:
Omne ſibi ſcabrum pro natis molle uidetur:
  Deniq; pro natis quęlibet ipſe facit.
Iuſſiſti natos patrem tu Chriſte uereri:
  Non pater eſt natos iuſſus amore ſequi:
Quippe patres natis ꝙ non plerunq; coluntur:
  Quod pater heu natos diligit ipſe nimis.
Natorum patres animam non corpus amate:
  Ne cadat in tenerum dira ruina gregem.
Cernite cum pullis iſtis animalia prębent
  Vbera: cunq; ſinunt hos retinere famem:
Iſtos uenator tumefactos matris amore:
  Comprendit canibus currere dum nequeunt:
Hii currunt agiles uacuato corpore curſu
  Hos nequeunt celeri corripuiſſe canes:

Sic mihi feciſti genitor cum bina referrem
    Luſtra:domi alterius nanqꝫ manere dabas:
Ne:ſi deliciis materno & lacte repletus
    Eſſem:deſereret moribus ipſe probis.

¶ Iohannes Biſſus Mediolanenſis ſacratiſſimo Cardinali Arcimboldo.S.P.D.

Quem Mediolanum:quem lęta Nouaria laudat:
    Vrbs quem pontificis gaudet habere ſibi:
Quem diuina manus roſeum geſtare galerum
    Pontificis tribuit:quem colit alma cohors:
Quem deus e coelo ſpectans uirtute nitentem
    Donauit niuidi munera habere poli:
Aggrediar placidis tranſmittere ad aſtra camoenis:
    Experiarqꝫ Aonidum me cecinisse decus.
Arcimbolda domus ſtrenui munita decore
    Lux patrię ſtirpem datqꝫ colitqꝫ tuam:
Hęc Mediolani fulget lucentior aſtris:
    Anguigero hęc ſemper ſtatqꝫ recepta duci:
Inter primores tua ſtirps numeratur in urbe
    Hei mihi ꝙ proauos non numerare queo:
Qui priſcos fortes Romanos uincere in armis
    Sunt ſoliti anguigero bella mouente duce
Nec minus egregii dum fit de rebus agendis
    Mentio:conſilio pręualuere tui.
Bella foris proſunt nihil haud prodeſſe uidentur:
    Ni ſit conſilium cum grauitate domi
Pręterea ſtirpem hanc omnes augetis honore
    Virtutum:ueſtra eſt nobilitaſqꝫ decus.
Nobilitas nihil eſt niſi ſit uirtute niteſcens:
    Ni ſit conſilio ſemper adacta bono.
Quam bene uos omnes miro fulgore beati
    Seruatis:dum res quę nituere datis
Vrſinam retines matrem Lucretia uiuat
    Adiiciet caſta hęcſme magis eſſe ſolet:
Eſt matrona potens eſt & uirtute uirago:
    Hęc cultus nunꝗ deſerit alma dei.
Hinc fratrem retines nobis Antonius ille
    Dicitur:auguſtas ſufficit ille uices.
Ille potens urbem quamuis fręnare ſuperbam:
    Quę manet anguigeri ſub dicione ducis.
Hoc referunt urbes hoc pulchra Cremona fatetur:
    Hoc referunt alię quas pius ille regit.
Vultibus angelicis natos tris poſſidet ille:
    Quorum unus maior miſtica iura bibit.
At reliquos docui dum peſtis ſiuit acerba:
    Illic quę nimium ſtat tumulando uiros.
Mortales qua parte queunt fugiſſe pericla
    Sollicitos deceat: ſic deus ipſe monet:
Dum:ſi poſſibile eſt genitor pertranſeat a me
    Iſte calix:fiat ſed tamen id quod aues.
Tuqꝫ tenes natum Ludouicum nomine dictum:
    Conſultor uiget hic clarus in urbe ſua.
Nam tu connubium ſeruaſti hinc uxor ad aſtra
    Tranſcendens uiduo te ſinit eſſe thoro.
Tuqꝫ deum meditans ſolum ſuper omnia ſolum:
    Huic te contribuis:quem colis:atqꝫ tenes.
Et caſte uiuis cunctis exempla ferendo:
    Quis placet excellens cęlibe uita thoro
Atqꝫ ideo cernens opifex hunc chriſte pudicum
    Das capiti roſeum das diadęma pio;
Sydereo tribues tandem diadęmata regno:
    Nam meritos meritis ſcis decorare bonis.
Tu uero ualeas retinens me corde repoſtum:
    Et legeque tibi do carmina fronte pia.

¶ Ad uenerabilem & nobiliſſimum Monteſę magiſtrum.

Nec mihi Monteſę ſemper uenerande magiſter
Excideris: firmo pectore quem teneo:
Nobilitate decens fulges lucentior aſtris
Virtute illuſtrans ſtemmata clara tui.
Nam te maiorem mox clara Valentia laudat
Et gaudet magnum te tenuiſſe uirum.
Tu mihi: quod tanta flores uirtute benignus
Si iubeas quiduis nempe fauebo. Vale.

¶ Iohannes Biſſus. d. fratri Roberto prędicatori excellentiſſimo ob incredibilem memoriam & epiſcopo Reuerendiſſimo. S. P. D.

Audio te quanta nequeo dulcedine fari
Roberte egregiis concelebrande uiris:
Elloquio flores clari Ciceronis alumnus:
Horteſi geſtus te ſuperare puto:
Quod pręceptorem ſanctum tibi nempe habuiſti
Pontificem Siſtum: qui tibi carus adeſt.
Hinc tantam mentem retines: ut poſta cerebro
Quę ſemel o nunq̄ te retinente abeant:
Tu Cincam ſuperas: qui quondam nempe ſenatu
Nomine qui potuit quenq; uocare ſuo.
Qua radios mittit: qua ſol deponit amoenos
Iam tua fama uolat cognita clara. Vale.

¶ Iulius Aemilius Nouarienſis ad laudem libri Biſſi olim diſcipuli ſui lectores alloqtur.

Qui cupitis ſancte pueros docuiſſe magiſtri
Grammaticam & mores cum grauitate bonos:
Qui cupitis natos recto percurrere calle
Egregii patres hoc adametis opus:
Hoc opus e manibus nunquam linquatur amicis:
Hoc teneant pueri nocte dieq; pii.
Hic non fictarum latitant mendacia rerum:
Hic te non fallet fabula ficta nimis:
Hic & dignorum perſtat ſententia morum:
Quę tibi Pythagorę dat tenuiſſe uiam.
Si mea uerba placent: faciaſq; quod ipſe monebo
Nunquam te genitrix deferet alma dei:
Si ueteres tantum placuit legiſſe poetas:
Hoc dominę ſaltem uolue diebus opus.
Pręceptor pueris ne te explicuiſſe tenellis
Hunc pudeat librum: qui tibi gratus erit:
Si modo percupias coeli conſcendere regnum
Et caros ciues gliſcis habere tuos:
Hii te catholicum dicent: tua fama uolabit
Lucidior gemmis candidiorq; niue:
Diſcipuli ueniſent; uenient tibi pręmia grandes
Hic & mox coelo (crede) parabis opes:
Diſcipulus meus hęc recto cognomine Biſſus
Edidit: O quanto peruiget ingenio.

¶ Iohannes Biſſus ad laudem magiſtri Franchi impreſſoris ſui libri.

Iam Veneti ſileant nec uano nomine iactent
Se ſuperare omnes: quę nitet ęre nota:
Curia eum Romę Germana gente creatum
Contineat Franchum: quo bene preſſa uiget:
Aere notat; quicquid fulget ſplendentius auro
Lucidius gemmis purius atq; niue:
Cui pedibus nullis ueſtigia preſſa fuerunt:
Cui cedit cantans morte uocatus olor:
Ad campum florū manet hic cognomine Frāchus
Nomine & Eucharius: qui bene queq; notat.
Aerea ſigna uide ſuperant: mirabile dictu:
Praxitelis ſuperant phidiacamq; manum.
Si notat ęre: decens chartę pictura niteſcit
Parraſii uincens zeuſiacamq; manum:

Nam quę fecerunt quondam iam quatuor illi
Vix extant: hic non corruitura facit.
Iam me mortalem ſecum feciſſe canendo
Dicere iam liceat: uana ſuperba fugo.
¶ Iohannes Biffus librum ſuum alloquitur.
Vade age iam foelix uolitans quocunqꝫ libelle
Prętereas montes: ęquora ſaxa iuga.
Nec timeas ſcopulis: timeas neqꝫ fluctibus alti
Aequoris abſcindi: pectore firmus eas.
Perſea conuincas uolucri portatus ab alas
Cornipede alato ſederit ille licet.
Nec timeas ſcombros nec tus tineaſqꝫ nocentes:
Nec metuas rabidum perfida uerba canum.
Vade age iam foelix: defendet uirgo Maria
Te ſemper clipeis fortibus alma ſuis:
Proteget et Siſtus te excellens paſtor in orbe:
Cui genitrix Chriſti corde colenda manet:
Te domus Hiſpani excellens Heredia utriqꝫ
Paſtoris ualida proteget uſqꝫ manu:
Te Mediolani ciues: Galeazqꝫ Iohannes:
Defendet princeps Anguiger ipſe potens:
Tempore qui iuuenis ſenſu ſed Neſtoris annos
Pręteriens capiet fortia ſceptra cito:
Nec praui poterunt ſcelerata uiuere uita
Principe tam digno iura ferente uiris:
Iuſtus nanqꝫ bonos extollet: Deinde malignos
Deprimet: & doctis premia magna dabit.
Alter erit cęſar: triſtes qui nempe camoenas
Reſpiciens: doctis grandia dona dabit.
O tibi Biffe deus longiſſima fata miniſtret
Vt uideas quid dux anguiger efficiet
Hiſtoriam facies numeroſo carmine claram
Principes anguigeri ſplendida geſta canens.

Iam ualeas princeps & Biffos fronte ſerena
Aſpicias Biffos (ſi placet) uſqꝫ meos.

FINIS.

¶ Impreſſum Romę. zc. Anno domini M.cccclxxxiiii. die xi. Marcii. Pontificatus Sanctiſſimi domini noſtri Siſti diuina prouidentia Papę Quarti Anno eius tertiodecimo.

¶ Regiſtrum huius libri.

¶ Primum uacat.
Miraculorum uul.

¶ Morte ſua.
Templa facis.

¶ Ipſa ad te
Euitas: ueniam.

¶ Virginis intacte.
Pręſbiter eſt.

¶ Ergo pudicicie.
Atqꝫ animam.

¶ Quem rogitant.
Vnde tibi.

¶ Teqꝫ rogat.
Non poſſit.

¶ Ille ſunt.
Iohannes Biffus.

¶ Alium & potentio.
Illorum medio.

¶ Et patrem.
Non tibi.

¶ bat ut fit.
Non pueros.
Vicini & gratum.

Errores lector collige ſi alios inuenies emenda & me mone & rabiem fugias caninam.
In epiſtola ad Siſtum ubi eſt monimentis adiunge q̃ maxime longam.
X. Septembris perfecerim non preefecerim.
Parraſius non pharraſius.
In primo miracu. cōſortem ducito caram non dicito.
In. ii. mi. deeſt ſi deeſt colliſionem patitur dicas Exclamat ſanctus deeſt certe hic ſeruulus unus.
In. vii. quę turpi mole grauatur per. l.
Illis coelo℞ nequit & quam demere nemo emenda.
ſic Illis coelo℞ poterit quam demere nemo.
Vltima fata time, non facta
In octauo Demona quis manibus non demonia.
Timet at ferus non uerus.
Ipſe condidit aura non arua
Vie eſt non uia.
In. viiii. quod pietate ſua non illius caſu eſt.
In. x. Inſando corde non & feruore carendum.
Pallenteq; imagine uultus non pellenti.
Lucentior non lucidior aſtris.
Tunc dux non duxi.
Furtis ſcelerata gemellos non adultera binos.
Filius at non nat.
In. xi. ſtellis quę fit lucentior ipſis non lucidior.
In. xii. coniunxit aperte non conſeruit apte.
In. xiii. Lingua iuuet non uiuet.
In. xvii. q̃ mox uenera non mox.
Nequeas periiſſe non perire.
Ieiunia quaq; non in omni.
In. xx. ſphęrę retinentur deeſt ab. Videatis lilia nō reſpicite In. xxiii. pręponit habēdā nō ꝑpoſuit illi.
In. xxvi. Quottidie namq; dele namq; & pone hic.

In xxviii. ſi triticum prima lon. eſt ponas granum.
In. xxxii. huic adeo non huius.
In. xxxv. a me non alme.
In. xxxviii. ſpecularier illam non illaq;.
In. xxxix. Paſtorem o ſauctum non o paſt. e.
Tu poteris mea ſunt quę cras ſolennia feſta. nō Quo p. c. m. Quę ſtat connexa non quę. m. a.
In. xliii. Qui bene conſpexit non. Q. p. a.
In. xlvii. Que tibi quę non eſt non. q. t. q. d.
In. xlviii. Adueniens chlamidem portat non. a. c. p.
In. l. Chriſti nam hoc non. n. q.
In. li. Miſero iam. ſ. dele miſero.
In. liiii. coelo ſplendentior non lucidior ipſo.
In lix. conuicia non conuintia.
In. lx. opaco non apaco. Inncredulitate nō incru.
In. l. Heubeu dehinc ibi me dixit nō ſtare negabo.
Ad cuntiſaluum lac gall. adde per prouerbium.
Ad Antonium Ticinenſem adde motā eſt enim ſic ſua ſtrips nec eſt mutus cum doctus ſit poeta.
Antedicta carmina adde & proſam.

IO. PHILIPPVS LIGNAMINE EQVES SI-CVLVS DIVI SIXTI QVARTI PONTIFI-CIS MAXIMI FAMILIARIS OMNIBVS CHRISTIANE RELIGIONIS PROFESSO-RIBVS SALVTEM IN DOMINO.

a VDITE HEC OMNES GEN-
tes: auribus percipite qui habitatis
orbem. Quiqꝫ terrigenæ & filii ho-
minum simul in unum diues & pau-
per. Os meũ loquet ſapientiã: & meditatio cor-
dis mei prudentiã. ſapientiã inquã & prudentiã
ſanctiſſimi dñi noſtri diui Sixti quarti pon. max.
qui cum eſſet ab ipo natali diuina quadam pro-
uideutia & in humanũ genus benignitate religio-
ni minorumqꝫ ordini deſtinatus in ea adultus id
effecit: ut uere ſibi ſapientie laudem compararet:
& quod tam a noſtris q̃ a ueteribus doctiſſimis
ac ſanctiſſimis philoſophis acceperat re ipſa oſtẽ-
deret. ut ſe hominem meminiſſet: ad hominũ uti-
litatem eſſe natum operam dedit (quantum in eo
fuit) in quocũqꝫ dignitatis gradu ut quatuor illis
rebus (quibus ex platonis ſententia beneficentie
operationes exercentur) opera ſcilicet & uiribus
oratione ac opibus multis egentibus imo oĩbus
opem ferret. eamqꝫ uite rationem ſemp tenuit: ut

¶Uigeſimoquinto:quid ſi clericus aliquẽ verſum aut pſalmũ
omittit:⁊ an a capite debeat incipere·⁊ an in choꝛo uel ad par/
tem:⁊ an peccet:⁊ an venialiter· Item ⁊ an clericus poſſit com
pelli ad dicendũ hoꝛas:⁊ qua pena·⁊ que dicat̃ accurata negli
gentia:⁊ que non.

¶Uigeſimoſexto:quid ſi clericus eſt in officio ⁊ nõ intelligit
que legit:an peccet·Et quid de laicis:⁊ quomodo ſe habere de

beant dum ſunt in officio·

¶ Uigeſimoſeptimo: vtrū clericus propter imperitiā ſit deponendus· Et quid de his qui dum legunt barbariſmis ⁊ ſoleciſmis verba proferunt :⁊ nō intelligunt que legūt · Et qūo ſit deus orandus· Et an melior ſit decantatio quādoqȝ pſalmorū q̄ȝ totius pſalterij modulatio.et quādo dicet̃: ⁊ quare talis venit alimentandus·

¶ Uigeſimooctauo: Quid ſi clericus dimittat horas qr nō habet breuiariū:an excuſetur legendo alias horas· Et qua ratiōe debeat homo aut clericus beneficiatus horas legere· Et an debeat officium omiſſum repetere· Et quid de debitore nō volente ſoluere in termino:an ſit liberatus· Et quid de clerico fructibus ſpoliato:⁊ in carceribus conſtituto:⁊ poſtea ab eis relaxato:an cōpetat repetitio.⁊ an ſi ſic:nūquid eodē modo dicendū eſt de officio· Et quid de his qui potius emunt libros legales aut equos q̄ȝ libros pro officio· Et de his qui verecundant̃ videri cuȝ breuiario in manu· Et an neceſſitas excuſat: Et an qn̄ quis fuerit infirmus debeat poſt infirmitatē ⁊ cōualeſcentiā horas repetere· Et que infirmitas excuſet·

¶ Uigeſimonono:an obligati ad horas canōicas teneant̃ officiuȝ beate virginis ⁊ vigilias mortuoꝝ legere:⁊ an de iure ſcripto aut cōſuetudine dici debeant·

¶ Trigeſimo:an obmittēs tale officiū virginis peccet ⁊ puniri poſſet· Et quid de abſentib⁹· Et quid ſi extraordinarie·

¶ Trigeſimoprimo:in quo loco ſunt dicēde hore canonice· Et quid de abſentibus ab eccleſia:an poſſint dicere officiuȝ extra eccleſiā· Et quid de laicis· Et quid de clericis equitantibus et alijs exiſtentibus in via·

¶ Trigeſimoſecundo:quid autem cum quis eſt in choro alijs ibidem legentibus horas:an liceat ſibi ad partem horas ſuas: aut alias orationes de per ſe dicere· Et an cōmune bonū ſit preferendū priuato bono· Et an in eccleſia debeant officia collegi aliter celebrari·

¶ Trigeſimotertio:an quando preſbyter miſſam celebrat audientibus miſſaȝ liceat orationes ſuas legere: ⁊ p̄ſertim qn̄ legitur oratio epiſtola euāgeliū· Et quid de litteratis ⁊ nō litteratis· Et qūo ſe habere debeat. Et quid quādo quis audit noīare nomen Jeſu xp̄i·

¶ Trigeſimoquarto:an quando quis veniat excuſandus:pro eo qꝫ allegat non habere vocem ſonoram: uel neſcit cantare: et quare ad cantandum inſimul admittuntur multi. Et an etiaȝ cantus ſit de neceſſitate in eccleſia· Et an ſit in culpa qui ſe immiſcet arti quam ignorat· Et quid de iudice ⁊ medico imperito· Et an quis ſentit ſe inidoneum debeat pati ut promoueat̃ ad ordines et beneficia· Et que requirūtur ad hoc quod quis promoueatur ad beneficium· Et quid ſi debens examinare nō examinauerit promouendum · Et an talis debeat tollerari in beneficijs· Et etiam an talis debeat ſiue faciat fructus ſuos interim· Et quomodo ſe debet habere clericus in cantu· Et an liceat immiſcere organis cantilenas:uel in cantu pro officio diuino· Et quid de choreis et alijs inſolentijs que fiunt quādoqȝ in eccleſijs·

¶ Trigeſimoquinto:an ſufficiat clerico ipſas horas mente ſine verbali prolationę aut expreſſione legere· Et an oratio debeat eſſe mentalis uel ſonora· Et quare clericus ipſas publice debeat legere· Et quare vox adijcit̃ orationi: Et de templarijs cōuerſis ⁊ laicis·

¶ Trigeſimoſexto:an omnes debeant publice horas legere:et qui ſunt illi·

¶ Trigeſimoſeptimo: quid de monacho ad ſecularē eccleſiam promoto:an teneat̃ ad officium monachale:uel ad illud eccleſie ad quam promotus eſt· Et an in vno ⁊ eodem collegio debeant fieri diuerſa officia·

¶ Trigeſimooctauo:quem ritum in dicendo officium: ⁊ quot pſalmos pro qualibet hora debeat clericus ſeruare ⁊ dicere: et an trāſgreſſor ꝯſuetudinis veniat puniēd⁹: ⁊ qd de monachis

Et an ſacramentoꝝ cõſuetudo Ro·eccleſie debeat ab oĩbus ſer
uari·Et quid de illis que Ro·eccleſia docet ſeruare·

¶ Trigeſimonono:quid de illo qui eſt extra dioceſim:aut be/
neficiũ ſuũ vel in beneficio ſuo·⁊ nõ facit officiũ ſuuz ſecundũ
ritum dioceſis uel beneficij ſui·Et quid de his qui moꝛant̃ cũ
cardinalibus et epĩs:an poſſint ſe in officijs cõfoꝛmare·et qui
ſunt iſti familiares ⁊ domeſtici·

¶ Quadrageſimo:qũo pꝛeparare ſe debeat clericus qui eſt ce/
lebꝛaturus officiũ·⁊ quid impoꝛtet ſignũ campane que pro offi
cio pulſatur· Et quare clericus debeat pꝛius oꝛare ꝙ incipiat
horas canonicas legere· ⁊ an cum canibus ⁊ auibus venaticis
liceat ad officium ingredi·Et de multis alijs ſimilibus·

¶ Finis tabule·

¶ Incipit tractatus de hoꝛis canonicis.

M Ateriam hoꝛaꝝ(quas canonicas appellamus)ſub bꝛe
ui ſtilo(diuina opitulante gratia)tractandam aſſum/
pſi Ego Albertus de ferrarijs de Placẽtia: iuris vtri
uſqꝫ doctoꝛ ꝗuis indignus:dicta quoqꝫ doctoꝛum in hac ma/
teria ſcribentium in vnũ redigere curaui· Et(que collecta erãt)
in hoc opuſculo inſerui:⁊ materiam ampliaui·Eamqꝫ ſub cla/
ris vocabulis:cum allegationibus iuris ponendo: ad hoc ut
vnuſquiſqꝫ quomodo et qualiter in hoꝛis dicẽdis habere ſe de
beat:inſerui· Nec exiſtimet quiſꝗ:ꝙ docendi officium pꝛopter
hoc aſſumere velim: ſed potius diſcipulum a quocunqꝫ inſtru
endũ me conſtituo: pꝛoteſtans ꝙ(cum hec materia diuina ſit)
nõ intendo aliud velle/uel ſentire:niſi id qđ ſancta ſentit ma/
ter eccleſia· Ideo ad ipſam materiam pꝛopitius condeſcendo:
eam pro faciliori expeditione ⁊ intellectu/expediam per queſti
ones:capiendo textum·c·i·ſub Rrica de cele·miſſaꝝ: ſituati in
decretalibus·Et quem textum repperi a nõnullis cõmentatũ·
Sed ego latius ipſum cõmentabo ut dixi:pꝛout infra patebit·

¶ Et pꝛimo dum congregato cõcilio in ciuitate Agatenſi:que
ſitũ fuiſſet ab alijs patribus:Utrũ pꝛeſbyter omnes hoꝛas inſi
mul legere poſſit de mane:ſi ppter opus rurale:aut alio modo
impeditus fuerit· Hoc queſito:conciliũ reſpondet:⁊ de reſpon
ſo ſuo legem facit:in foꝛma que ſequit̃ ad litterã· ¶ Pꝛeſbyter
mane matutinali expleto:penſum ſeruitutis ſue videlꝫ Pꝛimã
Tertiam:Sextam·Nonam:Veſperamqꝫ perſoluat: ita tamen:
ut competentibus hoꝛis iuxta poſſibilitatem:aut a ſe:aut a ſco
laribus publice compleantur·Deinde peractis hoꝛis:et infir/
mis viſitatis:ſi voluerit exeat ad opus rurale ieiunus:ut iterũ
neceſſitatibus peregrinoꝛum ⁊ hoſpitum:ſub diuerſoꝛuz com/
municantium infirmoꝛũ:atqꝫ defunctoꝛum ſeruitute poſſit ſe
cure redire)vſqꝫ ad ſtatutã hoꝛam pro tempoꝛis qualitate:pro/
pheta dicente:Septies in die laudem dixi tibi. Etenim ſepte/

narius numerus a nobis implet̃: ſi Matutine: Pꝛime: Tertie
Sexte: None: Veſpere: Completoꝛijſqꝫ tēpoꝛe noſtre ſeruitutis
officia perſoluamus. Nam de nocturnis vigilijs idē pꝛopheta
ait. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi. Ex his tem
poꝛibus creatoꝛi noſtro ſuper iudicia iuſticie ſue gratias refe
ramus. Eſt tenoꝛ cōſtitutionis ⁊ capituli nr̄i ad lr̄am. Nūc ve
nio ad q̄ōnes: quibus credo opuſculū clarius reddi.
¶ Quero pꝛimo. Quid ſint hoꝛe canonice. Reſpondetur ſecun
dum zen. ꝙ ſunt certa penſio diuino cultui ab his qui in ſoꝛteʒ
domini electi ſunt deputata: de qua ſuſtentationem recipiunt
de patrimonio chꝛiſti. Et hec diffinitio colligitur in. c. cum ſe
cundum. de pꝛeben. ⁊ in. c. cleros. xxi. di. Vel aliter. Hoꝛe cano
nice ſunt ſacrificium ſiue hoſtia laudis quam quis deo de fru
ctu labioꝛū ſuoꝛum offert: pure, pariter ⁊ deuote. Hanc diffini
tionem ponit Guil. in clemen. i. de cele. miſſa. Vel aliter et ter
tio. Hoꝛe canonice ſunt certa officia diuina: certis tempoꝛibus
ab eccleſia inſtituta: ad que deo deuotus pꝛopter beneficiuʒ: of
ficium: vel oꝛdinem obligat̃. ⁊ hoc ſcd̄m Cal. Ego aliaʒ diffini
tionem pono: videlicet ꝙ hoꝛe canonice ſunt quedā ſatiſfactio
obligationis contracte pꝛopter beneficiū: oꝛdinem: vel officiū
ſuſceptuʒ: ex quibus ⁊ altero eoꝝ quis deuote obligatur ad ip
ſas hoꝛas dicendas. Et hec diffinitio compꝛobatur per glo. in
cle. ſi dominū. in. §. ſeipſum. de reliq. ⁊ venera. ſancto. ⁊ per no
tata in. c. niſi cum pꝛidem. de renun. Per zab. qui etiaʒ hoc. c. i.
cōmentauit. ⁊ per ea que notant̃ in. c. ſignificatum. de pꝛeben.
⁊ in. c. finali de reſcriptis. in ſexto. ꝙ inter recipientem ⁊ confe
rentem beneficiuʒ oꝛitur cōtractus: ita q̄ꝺ ex hoc contractu de
bet ⁊ compelli poteſt nedum ad hoꝛas iſtas dicendas: ſed que
cunqꝫ onera beneficio incumbentia ſubire. Et ſi ea adimplere
noluerit ab eo remoueri poterit. arg. c. relatum. de cleri non re
ſiden. ⁊. c. quia nonnulli. ⁊. c. inter. ⁊ vltimo. eo. titu. Ideo dixi
quod ſunt quedam ſatiſfactio. quia ſicut ad extinctionem con
tractus inter creditoꝛeʒ ⁊ debitoꝛem regulatur ipſa ſolutio. vt
inſtitu. quibus mo. tollitur obliga. in pꝛincipio. vbi dicit text.
ꝙ ſolutione eius quod debetur tollitur obligatio. Sic hoꝛaruʒ
perſoluimus penſum ideſt debitum ſeruitutis noſtre ideſt ob
ligationis: quia ratione beneficij: oꝛdinis: vel officij ipſi crea
toꝛi noſtro obligamur. Et iuxta pſalmiſtā. Septies in die lau
dem dixi tibi. Septies in die ipſum creatoꝛeʒ laudare iubemur
vt in hoc capitulo cauetur. Quelibet iſtarum diffinitionuʒ bo
na eſt ⁊ fundatur in iure. Ad pꝛemiſſa etiam faciūt que haben
tur ſcilicet in queſtione que incipit. Quero quid ſi clericus di
mittat ⁊c.
¶ Quero ſecundo: Unde dicantur hoꝛe canonice. Reſpondet̃
ſecundū Guil. ⁊ zen. in clemen. i. de celebratione miſſarū: ꝙ ab
oꝛo oꝛas: quia oꝛando in puritate conſcientie animi deuotio
ne ⁊ vigili cura dici debent. argu. c. vbi periculuʒ. §. vltimo. de
electio. lib. vi. Vel dicentur ab hoꝛa. ex eo: quia certis hoꝛis le
gi debent: vt in capitulo noſtro compꝛobatur. ⁊ in. c. dolentes.
eodem titu. Et dicuntur canonice: quia a canone ſunt inuen
te per ſanctos patres qui eas inſtituerunt in concilijs: de qui
bus in capitulo noſtro. c. ii. xcii. di. ⁊ in. c. finali. xii. diſ. ⁊ in di
cta clemē. i. ⁊ in q̄pluribus alijs locis. Et eas dici oꝛdinarunt
pꝛo eoꝛum fundamento aſſumentes dictum pſalmiſte. Septies
in die laudeʒ dixi tibi. Et pꝛopter alias rationes: de quibus in
ſequenti queſtione dicetur. Dederunt ergo pꝛo regula: ut has
canonicas hoꝛas dicere debeamus. Et ideo dixi a canone inuē
te ſunt: quia canon idem eſt ꝙ regula. Pꝛo regula ergo datur:
ut quiſqꝫ pꝛeſbyter: aut in ſacris exiſtens: aut beneficiatus ra
tione ⁊ pꝛo debito ſeruitutis ideſt obligationis ſue omni die
eas legere ſepties tenetur. Item non ſolum dicuntur canonice
quia a canone ſunt inuente: ſed etiam diuine: pꝛo eo: quia deo
offerunt̃ ⁊ impendunt̃. arg. c. glorioſus deus. de reliq. ⁊ vene.
ſancto. li. vi. Item quandoqꝫ dicunt̃ vigilie. ex eo: q2 animo vi
gilanti dici debeant. ut in. c. i. ⁊ per totum. xci. di.

¶ Quero tertio: Quot numero ſunt iſte hore. Reſpondetur q ſeptem: de quibus prophetatũ eſt per Dauid cum dixit: Septies in die laudem dixi tibi: ut ſupra dictum eſt. Item ſeptẽ ſunt ſicut ſeptem dona ſpiritus ſancti. xxx. q. peruenit. Septez ſunt dies ſeculi: Iuxta illud orbis volutus ſepties ſignat beata tempora. Septem ſtatus quibus finietur mundus. Septem petitiones in oratione dominica. Septem pſalmi penitentiales. Septem diaconi per quos deſignantur ſeptem candelabra aurea que erant in templo domini. xciii. di. c. diaconi qui. Item ſcribitur Leuitici. xvi. capitulo. q Aaron de ſaguine vituli ſeptez vicibus digito aſperſit contra propiciatoriũ ad orientẽ. Aaron ipſe eſt qui ad honorem ſacerdotis vocatus exiſtit. De quo per Apoſtolum ſcribitur ad Hebreos. v. capitulo. & Leuitici. viii. et xxi. q. i. Et quod ſacerdos qui accipit has ſeptez horas ad pſallendum in memoriam vituli idest Ieſu xpi crucifixi: qui in ligno crucis ſanguinem ſuum ſparſit contra propiciatorium idest in conſpectu diuine propiciationis: ut ipſe nobis propiciatur. Ita ſeptem ſunt hore iſte per quas ſingulo die eius paſſionem recolere debemus. Hec magiſtralia exempla: etſi cõcludẽtia ad materiam non videant̃: tamen ſuaſiua ſunt: De quibus habetur in glo. ſeptenarius. iſtius capituli noſtri. licet nõ omnia ibidem contineant̃.

¶ Quero quarto: Quare hore iſte ſunt conſtitute et inuente in hoc numero ſeptẽnario. Reſpondet̃ q ideo ſunt inſtitute vt per eas reducamus ad memoriam noſtraz paſſionẽ ſaluatoris noſtri per ſanctos patres: ut ſic certis horis competẽtibus pro memoria tante redemptionis ipſuz ſepties laudemus. ut patet quia dum matutinũ legimus: eius dãnationem recolimus: et ſic de ſingulis alijs horis: prout his verſibus notatur.

In matutino dãnatur tempore xpus.
Quando ſurrexit primam canit ordo fidelis.
Tertia cum canitur tunc eſt talia mina paſſus.
Sexta ſunt tenebre per mundi climata facte.
Emiſſus nona diuinus ſpiritus hora.
Veſpere clauduntur xpi ſacra membra ſepulchro.
Xpo biſena idest vltima cuſtodie punitur hora.

Hec habent̃ per Io. an. & alios doct. in hoc. c. noſtro. & in dicta cle. i. Et ex premiſſis infert̃ alia queſtio que ſequitur pro maiori declaratione.

¶ Quinto quero: que hora dicat̃ cõpetẽs ad perſoluendũ has horas. Reſpondet̃ ſcdm glo. poſitã ſuper verbo cõpetẽtibus. q illa dicit̃ cõpetens que per ſonũ campane ſignat̃. vel quocunqz alio ſigno loco cãpane. ar. a ſimili in. c. in cauſis. de elec. & in. c. i. de offi. cuſto. & c. ius militare. i. di. & ſeruari cõſueuit in cathedralibus & cõuentualibus eccleſijs. & ſcdm Hoſti. & not. etiã in d. cle. i. Sed in inferioribus eccleſijs & capellis conſuetũ eſt tm̃ matutinũ: miſſas & veſperas pulſari ſcdm Io. an. de iſto ſigno quid ſignificet: vide. j. in queſtione que incipit Quero quõ debeat ſe ſic habere. & eſt queſtio finalis. Attamẽ ad has horas canonicas dicẽdas ſuo cõgruo tẽpore & cõpetenti vnuſquiſqz preſbyter in ſacris cõſtitutus & beneficiatus: etiã q in minoribus ſit tenet̃. q̃uis campanã nõ audiat: uel nõ habeat: aut nõ pulſet. de hoc infra latius dicet̃. Vel dic ſm Pau. in. d. cle. i. q illa dicit̃ cõpetens que reſpondet officio. Et aliqui dicũt q media nox pro matutino ſit hora cõpetens: pp̃ter dictũ pſalmiſte: Media nocte &c. Sed in hoc quo ad quedã nõ bene ſeruat̃: & cõiter conſuetudo generalis habet ſe in cõtrariũ. Vel aliter ſcdm Inno. dic q illa hora dicit̃ cõpetens qua melius credit̃ populum ad audiendũ officiũ acceſſurũ. & ſi populũ non habeat: tunc tenet̃ ea hora legere horas ſuas que officio correſpondent. vnde tenet q tempore & hora matutinali dicat matutinũ: & hora prima primã: & ſic de ſingulis horis: vt ſic iuxta ſignificatũ verborũ cõformemus in qualibet hora: cui ſignificato deſeruire verba debent. ar. c. intelligentia. de verb. ſigni. & l. labeo. ff. de ſuppel. lega. quia a verbis regulariter non recedendũ eſt. vt. ff. de lega. iii. l. nõ aliter. & in. c. ad audientiã. de deci. facit. c. quoniã

virginibus·xxxi·q·i·cū multis ſimilibus·

¶Quero ſexto: Qui teneant̃ ad has horas. **Respondet̃** ꝙ quilibet clericus in ſacris conſtitutus: ⁊ etiam in minoribus ſi eſt beneficiatus· ⁊ ad hoc ex precepto obligantur: vt probat̃ in·c· dolentes·de celebra.miſſaꝝ·Et hec opinio clare videtur probari per·c·quod a te.⁊·c·diuerſis fallacijs·de cleri·cõiuga·vbi dicitur ꝙ qui nõ valent ob immundiciam carnis ſeruire in diuinis beneficijs eccleſiaſticis ſunt priuandi: ⁊ ad ſeculum poſſunt redire·Ergo ibi eſt caſus ꝙ predicta iura loquuntur de conſtitutis in ordinibus minoribus/⁊ bñficiatis: ⁊ nõ de ↄſtitutis ĩ ſacris·q2 ſi in ſacris eſſent conſtituti/nõ poſſunt ad ſeculũ redire·argu·c·i·de cleri·cõiuga·⁊ per totũ ſenundũ Hoſti·⁊ Guil· et zen·in dicta clemen·i·quia a laicis fundantur beneficia: et redditus clericis/pro ſuſtentatione eorum aſſignantur: vt ipſi in officio diuino eorum vices suppleant: ⁊ pro ipſis horis debitis ⁊ competentibus orent et pſallant: niſi iuſta cauſa ſubeſſet horam competentem nõ poſſe ſeruari: vt in precedenti queſtione aliqualiter tactũ eſt/Et ideo beneficiati non ſolũ ad iſtas horas tenentur ex ſtatuto eccleſie/ſed etiam ex obligatione iuſticie: vt nota·in dicta clemen·i·Alias ſi horas omitteret in iniuriam proximo pro temporalibus per eum datis ad ſuſtentationẽ clerici ſpiritualia refundere obligamur: quia propter officium/datur beneficium· vt in·c·fina·de reſcrip·lib·vi· ⁊ in·c· cum ſecundũ·de preben·⁊ digni·⁊c·

¶Quero ſeptimo: An archiepiſcopus vel epiſcopus poſſit diſpenſare cum clerico in minoribus conſtituto/⁊ beneficiato: vt non teneãtur legere horas. **Respondet̃** ꝙ non: argu·not.in·c·i·xci·di·quia cum propter officium/datum ſit beneficium: merito non poteſt (niſi per ſolutionem officij) hec obligatio remitti; ⁊ preſertim attento ꝙ hec obligatio nõ concernit ipſum hominẽ ſolum.ſed ipſum deum: cui per propriam confeſſionẽ ſeu promiſſionẽ fit obligatio/que tacite naſcitur ⁊ cõtrahit̃ in ſuſceptione ordinis ſacri: aut ſuſceptiõe beneficij/De qua obligatione dixi plene·s·in·i·q·/⁊ ideo per hoĩe3 non põt remitti aut relaxari.ſicut nec iuramentũ/aut votũ cõcernẽs ipm deũ/ arg· not·in·c·ii.de ſpon·⁊ faciũt ea/que not·in ſili in·c·cũ ad monaſteriũ·in fi·de ſta.mo/⁊ in·c·cleros·xxi·di·cũ multis ſi· ſecus ſi cõcernũt hominẽ: vt no·in·d·c·ii·de ſpon·

¶Quero octauo: Quid ſi clericus in minoribus beneficiatus habeat tenue beneficiũ· **Respondet̃** ſcdm Hoſti.ꝙ ſi clericus in minoribus beneficiat⁹ habeat tenue beneficiũ: ita ꝙ nõ põt ſuſtentari: dicit̃ in ſumma de cõſe·eccle· vel alt·in·§·ab aliquibus·ꝙ teneat̃ has horas legere/⁊ hoc idem ſentit Gof·⁊ imputet̃ ſibi: quia permiſit ſe ad tenue beneficiũ promoueri· arg.a ſimili in·c·horrendus·xxiii·q·v·⁊ not·optime per glo·in·c. clericis victum·xci·di. Et eſt ratio ſcdm docto·ibidem: q2 ſicut vir tenet̃ miniſtrare vxori neceſſaria: que tamen alias debitũ reddere nõ poteſt: vel alias dotem ſufficientẽ nõ dederit viro: vnde poſſet onera matrimonij ſupportare/vt in·c·pposuiſti.xxxij q·vii· Ita ⁊ clericus/quis a ſponſa ſua ſpirituali hoc eſt ab eccleſia debitũ ſuſtentationis neceſſarioꝝ non percipiat: officiare tamẽ eam tenet̃: ⁊ in diuinis/⁊ temporalibus neceſſaria miniſtrare: ⁊ eius onera ſupportare.⁊ dicat cu3 apoſtolo·Scio ſaciari ⁊ eſurire ⁊ abundare: ⁊ omnia poſſum in eo/qui me cõfortat.ſcribit̃ ad Philipen·iiii·cap·⁊ in·c·qđ dicit·xli·di.⁊ not·in dicto·c·clericus victũ·Et alibi inquit idem Aplus· Ad ea (que opus mihi erant) miniſtrauerũt manus: ita habent̃ hec verba etiam in·c·i·xxi·q.i·in glo·

¶Nono: pone ꝙ clericus in minoribus beneficiat⁹ eſt abſens a beneficio ſuo ex cauſa rationabili: an ab ipſis horis excuſet̃: preſertim ſi faciat per ſubſtitutũ ſeruiri· **Respondet̃** ꝙ Pe·⁊ Ab vident̃ tenere ꝙ ſic in·c.noſtro·⁊ dicunt ꝙ hoc·c·nõ obſtat: q2 loquit̃ de presbytero·⁊ nõ de clerico in minoribus exiſtente ibi dum dicit tex·Presbyter matutinali officio expleto ⁊c· q2 presbyter tenet̃ duplici ratione: videl3 ordinis/⁊ beneficij ad horas canonicas· Idem tenet Guil.in.d·cle·i·dicens ꝙ conſtitutus

in ſacris ab horis excuſat̃ ſola infirmitate. Sed alias beneficia
tus multis de cauſis põt excuſari: tum ꝓpter conſuetudinẽ: uł
aliaꝫ cauſam. Sed in ſacris cõſtitutus ratione ordinis obliga
tur. Breuiter in hac materia dicam⁹ cũ Inno. cuius opinio cõi
ter tenet̃ dicẽte: ꝙ beneficiat⁹ etiã ſi in minorib⁹ exiſtat: horas
has perſonaliter pſoluere obligat⁹ eſt: per iura. ſ. allegata in q̃
ſtione que incipit. quero q tenean̄t ad has horas ⁊c. ⁊ in qõne
ſequẽti. nam beneficiũ dat̃ ꝓpter officiũ. vt in. c. fi. de reſcrip.
in. vi. ⁊ iſte labor cõſiſtit in labore ⁊ factione pſonali: vnde per
aliũ expediri non põt. ⁊ facit ad hoc de. l. preallegata in. ff. fru
ctuũ labioꝝ ſuoꝝ. ergo per ſeipm̃ et non aliũ: q̃ eius induſtria
videt̃ ad hoc electa. arg. c. fi. de offi. deleg. ⁊ q̃uis forte ex one
re beneficio incumbente: ⁊ ꝓpter eius abſentiã facit per aliuꝫ
deſeruiri beneficio: attamen ad horas dicendas non excuſabi
tur. ⁊ q̃uis tex. noſter dicat de preſbytero actũ: idem eſt de dy
acono. ⁊ de ↄſtituto in minoribus: dũmodo alias beneficiatus
ſm cõem opinionẽ docto. Et attende: q hoc verbum preſbyter
large hic ſumit̃. ſicut ſumit̃ in ſimili in. c. iii. de vit. ⁊ hone. cle.
⁊ in. c. ii. de coha. cleri. ⁊ mulie. Unde ⁊ ſi non ratione ordinis
quia in ſacris nõ ſit cõſtitutus: tamẽ ratiõe beneficij ſibi colla
titi officiũ dicat coget̃. ⁊ in hoc nõ valet ↄſuetudo: cũ tẽderet
ad diminutionẽ cultus diuini. vt arg. c. fi. de reſcript. li. vi. ⁊ ex
pe. de cõſti. De hoc dictũ eſt aliquid. ſ. in queſtiõe que incipit:
quero qui ad horas canonicas teneant̃.

¶ Decimo: quibus liceat intrare choruꝫ quãdo diuina officia
celebrant̃ vel legunt̃. Reſpondet̃ ſcdm̃ Ho. ꝙ omnibus cleri
cis etiam ſimpliciter tonſuratis licitũ eſt ingredi chorum ⁊ cũ
alijs officiare. arg. c. pſalmiſta. xciii. di. exceptis tamen illis ec
cleſijs que per ſpeciale ſtatutũ: aut antiquã conſuetudinem ex
traneos clericos non admittũt: niſi in eadem eccleſia benefici
ati ſunt: aut officia habeant: aut beneficiatoꝝ: aut officialium
ipſius eccleſie familiares exiſtant. In eccleſia noſtra Placenti
na (cui⁹ ego archipreſbyter ſum q̃uis indignus) eſt cõſuetudo.

ꝙ nemo admittitur cum alijs in choro cum habitu ſeu ſupelli
cio ad cantandũ niſi ſit beneficiatus aut officiatus in ea. imo
nec familiares beneficiatorũ admittebant̃. Sed ego in tantuꝫ
dixi ꝙ admittunt̃: et bene: quia familiares cenſent̃ eodem iu
re ipſorum beneficiatoꝝ: ergo merito debent eodem priuilegio
gaudere ⁊c. c. eccleſiarum ſeruos. xii. q. ii. pro hoc facit. l. cũ pre
carium. l. q. ii. ff. de precario. vbi dicit̃ ꝙ ſi quis precario ſuppli
cauit ut mihi in fundo morari liceat: et ſuis etiam videtur eſſe
conceſſum. ad hoc facit. l. ii. § i. ⁊ l. ſequẽti. ff. de vſu. ⁊ habi. C.
de aduo. diuer. iudi. l. reſtituende. ⁊ preſertim in hoc caſu fauo
rabili: quia cultus diuinus auget̃: ⁊ melius decorat̃ in multi
tudine ſeruientiũ: ⁊ etiam coruſcat: dum clerici in habitibus ⁊
ſuperpellicijs vt moris eſt ſunt ibi pſallentes ⁊ cantantes. Nõ
obſtat ſi diceret̃ ꝙ conſuetudo nõ eſt extendenda extra caſum
ſuũ. ⁊ ſic iura preallegata non viderent̃ ſuffragari. ut nota. per
Jo. an. in. c. fin. de offi. archi. pro hoc facit. l. i. vincamus. ff. de
iti. actuq; priua. ⁊ de bo. poſſ. l. ſed cum patrono. in ratione ſui.
quia imo etiam conſuetudo recipit extenſionem: preſertim in
materia fauorabili. vt in alle. c. caſu noſtro. Sed bene fateor ſe
cus eſſe in preſcriptione. Et ratio eſt: quia cũ preſcriptio ſit fa
ctum: ⁊ conſuetudo ius priuatũ ex moribus vtentium ⁊c. facili
us extendit̃ ius q̃ factum. Et idem dicunt docto. in dictis iu
ribus. ⁊ facit. c. auditis. de preſcrip. imo tales familiares (quos
clericos apud nos vocamus) debent preſbyteri habere qui eos
in officijs adiuuent. vt not. in. c. iii. de vi. ⁊ hone. cleri. ⁊ in glo.
⁊ in. c. ſedulo. xxxviii. di. Facit ad premiſſa optime. c. licet. de p̃
uileg. li. vi. in. ff. priuilegiũ conceſſum ſingulis perſonis vt poſ
ſint audire diuina tempore interdicti: extendit̃ etiam ad fami
liares. Si ergo in priuilegio hoc habet locuꝫ: ergo a fortiori in
conſuetudine que eſt ius. vt in. c. finali de conſue. ⁊. c. cum con
tingat. de fo. cõpe. ⁊. C. que ſit longa conſuetu. in rubro ⁊ nigro.
Ex quo infero ꝙ tales non ſunt cenſendi extranei. Sed intelli
ge alios non familiares eſſe extraneos: etiam ſi de eodem vico

oriundi ſunt ⁊ non conſueuerũt recipi. Ad hoc de ſupplen. negligen. prela. c. ii. melius facit. l. fina. § ſimiliq̃. C. de iure dot. C. de re. vxo. actio. l. vna. §. videamus. ad finem. Laici ⁊ ſi poſſint pſalmos ⁊ orationes ſub ſilentio dicere: tamen nõ debent introire chorum. Nec ſtare mixtim cũ clericis eo tempore quo diuina celebrantur. vt in. c. i. de vita ⁊ honeſta. cleri. ⁊. c. ſacerdotum. de conſue. di. i. Et an poſſint aut debeant dicere dominus vobiſcum infra dicam in queſtione que incipit. An excõmunicatus ⁊c.

Undecimo an ſit licitũ templarijs ⁊ alijs conuerſis religionum intrare chorũ: ⁊ cantare ſeu pſallere cum alijs officiantibus clericis eccleſie illius. Reſpondet̃ ſcd̃m Io. and. ⁊ alios docto. quoniã in hoc parificant̃ laicis. quib⁹ nullatenus permittit̃ (ut dictũ eſt in queſtione precedenti:) q̃uis reperiat̃ (vt inquit Hoſti.) Nõnulli principes in eorũ capellis et eorũ deuotio neque ſummo in hoc laudanda eſt) facientes has horas ſibi celebrari a clericis: ⁊ ipſimet cum clericis ipſas dicũt. Sane intelligo q̃ tales eorũ capelle ſunt loca priuata. ar. c. cum capella. de priuileg. ⁊ c. ſi quis etiam. de conſue. diſ. i. Et attende etiam q̃ taliũ deuotio eſt multũ cõmendanda: dũmodo eccleſie curate nõ ſit preiudiciũ. ar. c. tua. de deci. ⁊ not. in. d. c. cũ capella. et in hoc. c. noſtra. per Io. an. de pmiſſis.

Duodecimo: quid de beneficiato clerico: ⁊ quocũq̃ alio promoto ad ſacros ordines qui ſuſpenſus eſt ab officio: vel excõicatus: an teneat̃ ad horas canonicas. Reſpondet̃ q̃ ſic. Nec obſtat q̃ excõicati vel ſuſpenſi: depoſiti aut degradati non debẽt ſacra tangere. per not. in. c. ad eius vero cubitũ. de cõſe. diſ. v. Item nec id qđ dicit̃ in pſalmo. xlix. Deus deorũ. ibi dum dicit peccatori: quare tu enarras iuſticias meas per os tuũ. Habent̃ etiã verba hec in. c. porro. iii. q. vii. circa fi. qr licet excõicatus ⁊ alij de quibus. ſ. nõ debent tãgere ſacra: aut eccleſiam intrare preſertim tẽpore diuinorũ: non tamẽ excuſant̃ ab officio: qr nõ ſequit̃: excõicatus nõ debet intrare eccleſiã ⁊c. ergo nõ tenetur has horas legere. ar. c. cũ dilectus. de offi. ordi. l. papinian⁹ exuli. ff. de mino. qr ex ſeparatis nõ infert̃. vt ibi dicit̃ ad id qđ dicit̃: quare tu enarras. Diſtingue: aut querit̃ an fruſtra tales legant quo ad meritũ vite eterne. Et dicendũ eſſe videt̃ q̃ ſic: qr ex quo nõ ſunt in gratia vitam eternã promereri nõ poſſunt. c. ſi quis cõtriſtatus. xc. di. cum ibi no. Aut quo ad aliud videlz ad diminutionẽ pene ⁊ ſimilia. de quibus per doct. in. c. q̃ quidam. de peni. ⁊ remiſ. Et tunc dico q̃ non fruſtra legunt: qr ſoluunt debitũ ad quod obligant̃. pro eo: quia legẽdo horas liberant̃ ab obligatione qua tenent̃ aſtricti: qr nõ incurrũt peccatum propter ipſarũ omiſſionẽ: cum ex precepto ad hoc teneant̃. Nec ppter excõicationẽ ⁊c. ab hoc debito abſoluunt̃. Sicut in ſimili dicimus de debitore excõicato: qui tamẽ ſuo creditori ſatiſfacere tenet̃: nõ obſtante excõicatione: imo et conueniri poteſt. vt in. c. ſi vero. de ſen. excõ. et. c. excõicam⁹ ſibi credentes de chere. facit. c. intelleximus. de iudi. Nã clericus ratiõe ordinis aut beneficij dicit̃ debitor ipſi creatori noſtro: qui eſt creditor qđ probant verba tex. c. noſtri ibi penſum. i. debitũ ſeruitutis ſeu. i. obligatiõis qua aſtringit̃ deo perſoluat ⁊c. Et ex his patet quid ſit in pñti queſtione tenendũ.

Tertiodecimo: An excõicatus: ſuſpenſus: aut depoſitus: debeat aut poſſit publice has horas dicere. Reſpondet̃ q̃ priuatim aut ſecrete debet ipſas perſoluere: ita q̃ a nullo audiatur: imo tenetur: dũmodo non faciat hoc quaſi videatur officiare eccleſiã: vt not. per glo. ſi. in. c. penult. xviii. di. Et colligit̃ etiã in. c. ſi quis epus. xi. q. iii. Debet enim ad inſtar laici horas ſuas ⁊ orationes dicere: ⁊ ſine dominus vobiſcũ. Sed loco iſtorũ verborũ dicat: domine exaudi orationẽ meã: ſicut laicus facere debet: quia hoc ꝯpetit ad dignitatẽ ordinis: qua dignitate per excõicationem ⁊c. ⁊ inobedientiã ſe indignum facit. et deſinit eſſe mediator inter deum ⁊ homines per ipſam inobedientiã. Et quia ab eccleſia ⁊ eius cõmunione abſciſus eſt. vt notat̃ in d. c. noſtro. ⁊ Specu. eo. ti. §. ii. ſ. v. quid ſi excõicatus celebrat.

⁊ ab Archi. ⁊ Io. an. in nouella in .i. c. ⁊ de ſen. ⁊ re iudi. li. vi. in ꝟ. dānabiliter. ⁊ per zen. in. d. cle. i. Sed neqꝫ clericus/ quãdo ſolus legit horas/ eſto ꝙ non ſit excõicatus. ar. c. hoc quoqꝫ. de cõſe. di. i. Nam hoc dicto: dñs vobiſcū: denotat pluralitatē perſonarum. ⁊ ideo ad minus debent eſſe due alie perſone vltra proferentē perſonaliter. Eodem modo de miſſa/ que nõ debet celebrari niſi duobus ſaltem preſentibus: quia pluralis locutio duorū ſaltez numero debet repleri. vt in. d. c. hoc quoqꝫ. ⁊ in. c. pluralis. de reg. iur. in. vi. Et ideo cū ſolus dicat officiū/ loco illorum verboꝝ dicat: dñe exaudi orationē meaz. cogita ſi bene dico ⁊c. Et ego vidi ſeruari taliter: ⁊ egomet ſeruo hunc ordinez ⁊c. Et ſic illa officia poteſt excõicatus/ ⁊ ſuſpenſus/ ⁊c. ſeruare/ et legere eodē modo/ quo ſupra dictum eſt: preter miſſam/ qꝛ illaz nec publice/ nec priuatim/ dicere debet/ aut poteſt. vt nota. in. c. ſi. ⁊. c. illud. de cleri. excõ. ⁊ per totuz iſtum titulū. Et de hoc in queſtiõe que incipit: Quero de hinc quibus liceat intrare chorum. ⁊c.

Quartodecimo: an liceat clerico inſimul omnes horas dicere. ⁊ quãdo: ⁊ an ſit de conſilio vel de precepto. Reſpõdet ꝙ niſi alias ſit ex rationabili cauſa occupatus/ ꝙ ſic. vt probat per textū noſtrū ibi dum dicit: ꝙ poteſt inſimul eas legere. ar. c. ſ. eo. de vſu. quia plus videt̄ facere qui debito tempore debituz perſoluit: ꝙ poſt longū tempus preteritū. de plus peti. c. vnico. ⁊ Io. an. videt̄ ſentire ꝙ ſit de conſilio. Et idem alij ⁊ Inno. ⁊ zab. ⁊ pro eoꝝ opinione facit: quia ita de conſuetudine generali (que eſt optima legum interpres) ſeruat̄. ar. l. minime. ff. de legi. ⁊. c. cum dilectus. de conſue. qꝛ papa: cardinales: ⁊ magni prelati: ⁊ multi alij etiã inferiores ſimul has horas legunt vſqꝫ ad ſextã. aliquãdo vſqꝫ ad nonã incluſiue. Et hoc ex eo faciūt: qꝛ his cõpletis magna habent expedire: vel alias occupationes multe: ⁊ rationabiles poſſunt ſuperuenire. ⁊ in talibus melius eſt preuenire ꝙ preueniri: ⁊ preſertim quãdo hora eſt aptior. ar. l. ii. ff. de ver. ſig. tunc dicunt Inno. ⁊ Hoſti. tutius fore vt cõpetentibus

horis dicant̄. ⁊ Io. an. etiã videt̄ hanc opinionē amplecti. ex eo qꝛ recitat hiſtoriã de quodã heremita: qui qñqꝫ tardius: qñqꝫ citius: ⁊ qñqꝫ debita hora/ ſuas legebat horas. Unde cū heremita queſiuiſſet ab angelo huius diuerſitatis cauſaz: reſpõdebat ipſe ſibi ſe horas vuas deferre: qñ cõpetētibus horis perſoluebat horas ſuas. Acidas qñqꝫ quãdo preueniebat horã debitam. marcidas vero qñ alijs occupationibꝰ deuolutus/ tardius eas horas legebat. Ego vero bene credo ꝙ bene facit clericus ⁊ cõſultius: ſi debitis horis et cõpetentibus penſum ſeruitutis ſue perſoluat. Ad hoc facit. c. dolentes. de cele. miſ. vbi acriter redarguunt̄ hi qui debito tpe nõ ſurgunt ad orandū. ⁊ hoc facit vnit not. in cle. i. j. eo. ti. Si vero occupatus eſſet iuſtis occupationibus: tunc horas ſuas inſimul legere poterit. ſecus ſi non occurrunt occupationes: vt probat̄ poſtea ex textu litteraliter in prin. vt. ſ. dixi. nam a verbis ipſius tex. nõ eſt recedendu. l. nõ aliter. ff. de leg. iii. ⁊. c. ad audientiã ⁊c.

Quintodecimo quero de quotidiana qõne: Quid de ſcolaribus qui occupant̄ ſtudio litteraꝝ: an poſſint inſimul perſoluere horas ſuas. Reſpondet̄ prima facie ꝙ non: qꝛ pter tu boni maxime ſpũalis/ nullū malū eſt faciendū. ar. c. nõ eſt putanda. i. q. i. ⁊. c. nõ magne. ne cle. vel mo. vbi glo. i. ampliſſime de materia dicit: imo debet potius oīa mala pati ꝙ malo cõſentire. c. ſacris. qd me. cau. Cū ergo ſcolaris circa ſtudiū intēdat propter cõmodū tēporale/ vel aliã ambitionē: ergo/ ex hoc nõ debet horas legere/ debitis horis/ ⁊ cõgruis minime. Aduerte ad. j. dicenda. nam ſcia non põt ſine ſtudio acquiri: ⁊ ipſa eſt/ que multuz neceſſaria exiſtit p vniuerſali regimīe totiꝰ orbis/ ⁊ bono ſancte dei eccleſie: que viris lr̃atis ſuperabūdare querit: ut fructū ab ea afferãt oportunū. c. gre. de pben. ⁊ in. c. cū ex eo. de elec. li. vi. ⁊. c. fi. ne cle. vel mo. vbi per hoīes lr̃atos dicit̄ fides catholica muro inexpugnabili circūcingi. ⁊ ſic de his liquet: ꝙ inherere ſtudio ſit opus meritoriū. Et dicit ſcriptura. Beatus vir qui inuenit ſapientiã: et affluit prudētia: melior eſt acquiſitio eius

auri/ ⁊ argenti/ primi ⁊ puriſſimi fructus eius. ⁊ oīa que deſide/
rant̃ huic nõ valent cõparari/ Et alibi dicitur: Precio numera
rio cõparari nõ poteſt. et hominẽ nobilitat. vt. ff. de varijs ⁊ ex
traordi. cogni. l. i. §. eſt quedam. ⁊ nota. per glo. in. c. de multa.
de preben/ Fateor ꝙ principale propoſitũ ſtudentis non debet
eſſe circa lucrũ: quia crimine auaricie irretitus eſſet. C. de mu.
princi. l. confeſſio/ Unde ſi ſuum ꝑpoſitum ad bene operandũ
verſet̃ principaliter non peccat. ſed meret̃/ in cõſequentiã po/
teſt ſperare lucrum ⁊ honorẽ. Sicut dicimus de preſbytero: qui
poteſt locare operas ſuas: hoc eſt ꝓncipaliter celebrat̃ miſſas
⁊ alia officia: ⁊ per cõſequentiã ſperare lucrum: ⁊ petere merce
dem ſi indigeat. ar. c. ſignificaſti. de preben/ Et ſic ſcolaris põt
ſe hoc modo habere: ac deo gratias reddere: ſcilicet debitas lau
des: ⁊ in de honeſta operatio eſt ſtudij/ facere pro tanto vt vnũ
propter aliud non impediat̃ ſcđm ſanctũ Tho. in quadã que/
ſtione quodlibeti ſui. ⁊ zab. idem ſentit. Dicũt Hoſti. et Jo. an.
ꝙ libenter viderent ꝙ fauore ſtudij nõ curati bono zelo ad ſtu
dium occupati/ tenentes vicariũ/ excuſarent̃ ab his horis cano
nicis: dicendo officiũ beate Marie ⁊c. Et ex ꝑdictis vides qđ
ſciendum eſt de queſtione/

¶ Sextodecimo quero: qꝛ in textu fit mẽtio de miſſa: an poſſit
preſbyter miſſaꝫ celebrare matutino nõ expleto/ Reſpondet̃ ꝙ
nõ: niſi in maxia neceſſitate: vtputa ſi quis infirmaret̃ vſqꝫ ad
mortẽ: ⁊ ſacerdos nõ haberet hoſtiã cõſecratã: ⁊ eſſet ꝑiculũ in
mora: qꝛ tũc poſſet miſſaꝫ celebrare matutinali officio nõ exple
to. ſm Guil. in libello ſuo ſacramẽtali recitato per zab. ⁊c.

¶ Decimoſeptimo quero: quia in textu noſtro fit mẽtio: ibi in
verbo iterum ⁊c. ⁊ ſic videt̃ ſentire ꝙ iam celebrauerat: ⁊ ꝙ ite
rum poſſet celebrare aliam miſſam eodem die: an hoc verũ ſit.
Reſpondet̃ ꝙ non. regulariter: vt inquit Auguſtin⁹. Felix eſt:
qui valet vnã miſſam in die celebrare vt in. c. te referente. de ce
le. miſſa. ⁊ quotidie celebrare nõ laudo nec vitupero dicit idẽ
Auguſti. ⁊ in. c. quotidie. de ꝯſe. di. i./ Uerũtñ ſunt quidã caſus

neceſſitatis/ quib⁹ licitũ eſt pbr̃o duas celebrare miſſas in die.
quos ponit glo. ſi. in. c. cõſuluiſti. de cele. miſ. vtputa aduenien
te cauſa infirmoꝝ. vt inquit tex. noſter/ Uel cũ aliqs poſtꝙ cele
brauit vel adeſt cauſa vtilitatis: vel honeſtatis: vt dicta miſſa
ſuperueniat aliqua magna perſona/ que velit miſſaꝫ audire. ar. c.
noſtri. ⁊ c. ſequẽtis/ ⁊ in die natalis dñi. vt in dicto. c. cõſului/
ſti. alias ſufficit vnã in die miſſaꝫ celebrare: et eo ꝙ dicit in. d.
c. referente/ Attamẽ qꝛ expꝛeſſe nõ prohibet̃ preſbyter pluries ce
lebrare: et eo qꝛ dicit̃ in. d. c. cõſuluiſti. ibi ſufficiat ſacerdoti ſe
mel in die ſolũmodo vnã miſſam celebrare ⁊c. dicit glo. poſita
ſuper verbo neceſſitatis. in. d. c. conſuluiſti. poterit pluries ce/
lebrare: videlicet vnã miſſam de die: ⁊ aliam pro defunctis/ et
quotiens celebrat/ totiens corpus ⁊ ſanguinẽ xp̄i ſumat: de con
ſecra. di. ii. cõperimus/ Et attende: qꝛ ſi preſbyter debet aliam
miſſam celebrare: nõ debet ſumere vinũ/ quo digitos lauet: quia
tunc ſumẽdo vinũ perfuſoꝝ digitoꝝ/ nõ poſſet aliã miſſam eo/
dẽ die celebrare: vt inquit tex. in. c. ex parte. de cele. miſ. Et rõe
qꝛ nõ eſſet ieiunus/ Et an qui non põt vinũ bibere/ poſſit pro
moueri: videt̃ tex. de hoc in. c. ipſi apoſtoli. ii. q. vii. Dic breuit̃
ꝙ nõ. vt no. glo. magna circa mediũ ſui: in. d. c. ipſi apoſtoli. qꝛ
oportet ipſuꝫ cõicare: ⁊ ideo debet vinũ bibere: vt in. c. eps deo
de conſe. di. i. ⁊ in. c. peracta. de cõſe. di. i. Ego laudarẽ ꝙ oĩno
preſbyter (vbi neceſſitas/ ⁊ caſus ſupra noĩati nõ ſunt) precaueret:
ne pluries in die miſſaꝫ celebret/ Nec obſtat ꝙ in. d. c. conſului
ſti. expreſſe non prohibet̃. imo expreſſe prohibet̃. dũ tex. dicit. ⁊
vtitur hoc verbo ſufficiat: quod imperatiuũ eſt: includens in
ſe prohibitionẽ: quia quod precipit̃/ imperat̃: et quod imperat̃
neceſſe eſt fieri. c. quod precipitur. xiiii. q. i. Nam caſus neceſ/
ſitatis (quibus poteſt plures miſſas dicere) exprimuntur in iu/
re: videlicet in dictis capitulis. et. c. conſuluiſti. ⁊. c. ex parte. et
c. referente/ ergo vltra illos caſus videnẽ iura prohibere: quia
non permittunt̃ caſibus illis: ergo in reliquis prohibet̃. arg. c.
nõne. de preſump. qꝛ ſi in vno cõcedit̃ in reliquo negatur. dicit

l·cum ita legaſti·ff·de condi·ꝛ demon·ꝗ·l·cum lex·ff·de legi·et
ſic per conſequēs peccat·qꝛ contra legem prohibitiuā facit·ar·
c·ii·de maio·ꝛ obedien·in·x·dũtaxat·per doct. Cogita ſi bene
dico in cõſcientia tua. Et quãdo celebras ſi celebras propter ca
ſum neceſſitatis/aut cupiditatiſ:quia deus eſt deſuper cuncta
cognoſcens:ꝛ coram cuius tribunali ſtare debebis in ſuo tre-
mendo iudicio·c·i·de re iudica.lib·vi. Iſta dico propter nõnul
los:qui paſſim non verent̃ duas miſſas in die celebrare:nõ at
tendentes:ꝙ vbi neceſſitas per alios ſubleuari poteſt non de
bent duas miſſas in die celebrare·ut no·in·d·c·conſuluiſti·et
in·c·noſtro·ꝛ in aliis ſuribus·ẽ·allo.
¶Decimooctauo:an miſſa ſit de horis canonicis. Reſpondet
ſcdm glo·ſuper verbo fructũ labioꝝ tuoꝝ·in dicta cle·i·de cele·
miſſa·ꝙ nõ:ſed bene eſt de officijs. Et ſic bene infert ꝙ appel-
latione beneficioꝝ/contineñ miſſe: ꝛ non ſub appellatione ho-
rarũ canonicarũ·ſꝑ patet·qꝛ epiſcopi de honeſtate ſolũ munerant
tur ad miſſas dicẽdas/vel audiendas·c·ſi·de priuile·li·vi·Sed
ad horas canonicas tenet̃ nõ ſolum de honeſtate ſed etiam de
neceſſitate·ꝛ ita tenet Guil·Pau·ꝛ Stepha·ibidẽ fatet̃ cũ dicit
cum glo·preallega·ꝙ inter dũ diſtributiones in eccleſijs fiunt
aut ſtatuunt̃:ita pro miſſa ſicut pro alijs horis canonicis. ꝛ ad
hoc facit cle·vnica·de reliq·ꝛ vene·ſancto·ꝛc·Sed videſt ſi epiſ-
copi negligant miſſas dicere tunc peccant:ꝛ puniri poſſunt ſi
hoc ex contemptu agant·vt no·per glo·ꝛ docto·in·c·ſiquis au·
legare dotem.
¶Decimonono·pone ꝙ clericus beneficiatus nõ venit ad ec
cleſiam:ꝛ non vult ſtare in choro/ꝛ intereſſe diuinis officijs:et
ſi eſt ibi dedignat̃ cantare: aut os aperire cum alijs officianti
bus:quaſi exiſtimet hoc ad dedecus/ꝛ vituperiũ/ꝛ quadam ela
tione inflatus:Quis promptus ſit diſtributiones/et redditus
beneficioꝝ/nedũ capere/ſed rapere:ꝛ qui potiꝰ intereſt diuinis
officijs:ut ipſas diſtributiões nõ perdat/ꝛ redditus ꝙ nõ of
ficio·Et quot ſunt qui ſi nõ ſentirẽt diſtributiones nõ ponerent
pedẽ in eccleſia:an talis poſſit cõpelli ad officiandũ vnã cum
alijs·Reſpondet̃ ꝙ ſic:ꝛ pſertim ſi diebus ſolẽnibus abſens fu
erit:quibꝰ maxime beneficiati a ſuis beneficijs abeſſe non de
bent·imo tales abſentes poſſunt triennio a cõione ſuſpẽdi·vt
in·c·ſi quis in clero·vii·q.i·de conſe·di·i·ſi quis etiam. ꝛ dicit
tex·in·d.c·ſi quis·ꝙ clericꝰ debet eſſe ab eccleſia per tres ebdo
madas·pro hoc faciũt ea que no·in Rubro/ꝛ nigro de cle·nõ re
ſi.ꝛ·c·peruenit·de appel. ꝛ dũm ſunt in eccleſia beneficiati de
bent eam officiare:videlꝫ cantando/et alia faciendo cũ alijs of
ficiantibus. Et ſi nolunt pmiſſa facere: poterunt ad hoc cõpel
li:ea ratione:qꝛ eo aĩo ꝛ intẽtione dant̃ redditus ꝛ diſtributi
ones:vt operas ſuas preſtare debeãt: hoc eſt diuina officia le
gere ꝛ cantare·arg.c.ſignificatũ·de preben· ꝛ·c·diſpendioſam
de reſcrip·li·vi·Nam ſic operãdo/penſuꝫ ſeruitutis ſue perſol
uit clericus:vt mãdat tex·noſter·ꝛ·d·cle·i·ꝛ·c.dolẽtes·de cele·
miſſa ſi nõ velit ita facere:ꝛ pſeueraret in ſua inobediẽtia/et p
tinacia: ſi eccleſia aut beneficiũ careat debito ſuo/et officijs di
uinis/poterit priuari·vt in.c·peruenit·ꝛ·c·tue etiam.per totũ·
de cleri·nõ reſi. Nam beneficiũ confert̃ eo animo: ut in eo fiãt
reſidentia ꝛ diuina officia: ppter que beneficiũ fundatũ et do
tatum eſt ut celebrent̃·c·relatũ·c·quia nõnulli·de cler·nõ reſi·
Et de hoc vltimo ſupra viſum eſt aliquid in queſtione que in-
cipit·Qui ad has horas teneant̃·
¶Uigeſimo:quia de viris eccleſiaſticis eſt dictũ huc uſqꝫ·Sed
quid de monialibus litteratis:an poſſint alta voce ꝛ ſolẽniter
diuina officia celebrare. Dimiſſis aliquoꝝ opinionbꝰ:cõſidera
ta conſuetudine vniuerſalis eccleſie breuiter:ꝛ qꝛ in benedicti
one dicunt̃ alique/aliquẽ ordinem recipere. Nam alique ex eis
diaconiſſe appellant̃:ꝛ ordinẽ recipiunt in benedictiõe.c·dia-
coniſſa·ꝛ ibi no·per glo·ꝛ Archi·xxvi·q·i·Is tñ ordo ꝛ ſi nõ ſit
de ſeptẽ ordinibꝰ eccleſie ſm Inno· de quibꝰ ſeptẽ ordinibꝰ ha
bet̃ in·c·preſbyter·ꝛ capl'is ſeq·xxiii·di·Attamẽ talis ſtatus ſuf
ficit ad diuina officia dicẽda/ꝛ quis talis diaconiſſa quã nos

abbatiſſaꝫ appellamus/legat Omeliã vel euangeliũ in matuti-no/qđ ex cauſa deuotõis: ⁊ in cõſolationẽ ſexus feminei ab ec-cleſia conceditᷣ. Quis quidã dicant ꝙ in partib⁹ Italie diaco-niſſe nõ habeantᷣ: nõ tñ dicũt dñs vobiſcũ. ſed loco illi⁹ dicere debẽt: dñe exaudi orationẽ meaꝫ: ſicut faciũt laici. put dixi in q̃ſtione que incipit. quero an excõicatus. Item nec euangeliũ le-gũt in miſſa: nec altari miniſtrãt. in dictis iuribus in pn. alle. de coha. cle. ⁊ mu. c. i. Quis male ſeruetᷣ: ⁊ ideo male.

¶ Uigeſimoprimo: q2 dictuꝫ eſt. ſ. de eo qui habet beneficiũ ꝙ teneatᷣ dicere has horas. Sed qđ ſi habeat plura bñficia: an te-neatᷣ has horas canonicas pluries dicere. Reſpondetᷣ. ꝙ pma facie videtᷣ dicendũ ꝙ ſic: q2 onus debꝫ correſpõdere emolumẽto vii. q. ii. caritatẽ. ⁊. vii. q. i. aduerſitas. Ille ergo qui duplex bñ-ficiũ hꝫ duplici onere grauari debet: ⁊ vtriuſqꝫ beneficij onera ſubire. ar. c. cũ capella. de pui. ⁊ vbi capiat qs emolimẽtũ ibi ſer-uiat: ⁊ ſi in vtroqꝫ capiat in vtroqꝫ debet ſeruire. ar. not. c. ſigni-ficatũ. de pben. q2 recipiẽdo beneficiũ primũ ⁊ ſecũduꝫ videtᷣ ſe obligaſſe velle ſubire onera vtriuſqꝫ. Sed inter cetera onera be-neficioꝝ (que habeat quodlibet beneficiũ) eſt ꝙ dicatᷣ officiũ. ⁊ ppterea dicitᷣ dari beneficiũ. c. fi. de reſcrip. li. vi. ⁊ de iſta obli-gatione q̃ñ cõtrahitᷣ. vide. ſ. in queſtiõe que incipit. Quero p̃-mo quid ſint ⁊c̃. Item legitᷣ quippe ꝙ nõ eſt ferendus qui lucrũ amplectitᷣ onus autẽ ſubire recuſat. l. vnica. pro ſecũdo. c. de ca-du. tol. Conueniens: iuſtum: ⁊ equũ eſt: vt q̃ poſtq̃ ex vtroqꝫ habꝫ conſolationẽ ⁊ fructus percipit/ ⁊ locum occupat: ⁊ ea intentio-ne collata ſunt ſibi beneficia vt in eis in diuinis ſeruiant. c. re-latum. de cleri. non reſidẽ. merito debet duplex onus ſubire/ ſi duo beneficia habeat: videlicet horas canonicas pluries dicẽ-do pro vtroqꝫ beneficio: ut ſic inueniatᷣ particeps paſſionũ: ſi-cut eſt particeps conſolationũ. c. i. de ſepul. Solutio: q̃uis pre-miſſa argumenta perſtringãt: ⁊ videantᷣ cõcludere: attamẽ in cõtrariũ ſe habet generalis conſuetudo: ⁊ tam eccleſie q̃ papa cardinales/ ⁊ ceteri ſciunt/ ⁊ patiuntᷣ: ergo hoc pro lege videtur

tenendũ. Quid autem ſit bonum vel malum: vel aut deo gratum vel ingratum: cogita.

¶ Uigeſimoſecũdo: ⁊ dicunt aliqui ꝙ ſi confertᷣ beneficiuꝫ vni aliud habenti: pro eo: q2 fit collatio talis que ſapit diſpenſatio-nẽ: ut poſſit eſſe pluralis in beneficijs: cũ quodlibet beneficiũ reſidentiã requirit. vt in. c. ſi gratioſe. de reſcrip. li. vi. videtᷣ eti-am diſpenſari in quandã conſequentiã. vt tñ ſemel horas di-cat. Sed iſta ratio nõ placet mihi: q2 licet eccleſia vel papa pati-atur: non tñ dicitᷣ diſpenſatũ. arg. c. cum iam dudũ. de preben. in fi. ⁊ ibi glo. bona. ⁊ nota. in. d. c. ompis. Poſſet eoꝝ ratio hře locũ vbi beneficia eſſent tenuiſſima: q2 tunc quis põt eſſe plu-ralis ex diſpenſatione: q2 adeſt neceſſitas vel vtilitas. c. expoſu-iſti. de preben. ⁊. c. viuo. x. q. iii. ⁊c̃. Nam videtᷣ eſſe ſatis inhone-ſtum: vt ꝙ poſtq̃ habet quis ſufficientiã vite in beneficijs. iu-xta. c. de monacis. de prebẽ. nõ debet plus vltra appetere ⁊ plu-ralis eſſe in beneficijs: quod a iure reprobatᷣ. c. cum iam dudũ. de preben. ⁊. c. cum eccleſiaſtice. de excepti. ⁊. c. quia nõnulli. de cler. non reſiden. iura ſunt vulgaria. Et cõſidera quod quicqđ ſupereſt vltra victum ⁊ veſtitũ ipſi clerico: hoc totũ eſt paupeꝝ ⁊ non ſuũ. c. quoniã. xvi. q. i. ⁊ Archi. in. c. preſenti. de offi. ordi. ⁊ in glo. que not. quibus caſibus facit fructus ſuos: ⁊ an de eis poſſit teſtari. Et ibi tenetᷣ ꝙ clericus ſimplex beneficiatus po-terit teſtari. Sed ſecus ſi habeat beneficiũ adminiſtrationẽ ha-bens annexã: vtputa curaꝫ animarum. ad hoc facit. c. relatum. de teſt. el. ii. Preterea iã nõ eſſet ferẽdus vnus: qui ab vxore do-tem recepiſſet: ⁊ onera matrimonij ſubire recuſaret: etiã ſi dos eſſet tenuis. c. horrendus. xxxii. q. viii. ⁊ ſi non habeat ad ſuffici-entiam: debet ex honeſto artificiolo victum ſibi querere. vt no-ta. in. c. clericis victum. xci. di. Et ponatᷣ qđ quis multas vxo-res poſſet accipere: ⁊ ab omnibus dotẽ recipere: vel alias eſſet pluribus obligatus: nõne deberet omnibus emolimenta mini-ſtrare: aut alimenta: ⁊ omniũ illarũ onus ſubire: ⁊ omnibus ſa-tiſfacere. Certe ſic. ar. predictoꝝ iuriũ. hoc nãqꝫ dictat ratio na-

turalis: de qua in regula· qui ſentit cõmodũ· de regu· iu· in· vi· cuȝ ſuis concor· Ita ⁊ in caſu noſtro debemus dicere: vt poſtꝗ̃ plures vxores ideſt eccleſias ⁊ beneficia habet: ⁊ dotem ab omnibus ipſis eccleſijs vel beneficijs: ideſt redditus ⁊ emolimẽta percipit: ⁊ pro pluribus eſt obligatus: oĩbus in diuinis deſeruire tenet̃ ac ſatiſfacere· ⁊ pro hoc facit not· in. c· predicto. clericis victum· xci· di· ⁊ vide que dixi· ṡ· in queſtione que incipit· q̃ro quid ſit de clericis. Inſuper pone ꝙ tu eſſes obligat⁹ diuerſis creditoribus: vtputa vni decẽ: alteri in alijs decẽ ⁊c· Nã ſoluendo vni ſua decẽ: nõ ꝑpter hoc ab alio creditore vnica predicta ſolutione facta vni dũtaxat ab altero creditore de illis decem eris liberatus: quia nõ ſunt correi debendi vel credendi ut melius intelligar: ſed quilibet de per ſe ⁊ ſeparatim ẽ creditor: ⁊ quilibet de per ſe ⁊ ſeparatim debet habere ſua decem: ita ⁊ in caſu noſtro qõlibet beneficiũ debet (velut creditor) a clerico penſum ſuũ· i· debitũ recipere: vt ſentit tex· ibi penſuȝ ⁊c· ⁊ facit· c· eã te· de iniur· ff· de conſti· pe· l· ſi vero mihi· ff· de ſolu· l· vero ꝓcuratori· §· i· Nã ſunt tot obligatiões quot res: ⁊ ideo etiã debẽt tot ſolutiões. l· ſcire· ff· de ver· obli. Attñ (vt dixi) cõtrariũ ſeruat̃: ⁊ ita reperio deciſum per Tho. in quodlibeto ſuo ſm ꝙ zab· ipſum recitat dicentẽ: ꝙ ſufficit clerico plura beneficia habenti ꝙ ſuũ officiũ ſemel dicat· ⁊ ita de facto ſeruat̃ vt dixi· neſcio tñ in ſeculo alio: aut futuro: ſi reperiã ita ſeruari vt dixi ⁊c· Cogita in conſciẽtia tua ſi bene dico.

¶ Vigeſimotertio ꝑpter ſuperius dicta quero: quid ſi in duabus eccleſijs (in quibus eſt beneficiatus) ſũt diuerſa officia cuius eccleſie officium debeat dicere. Reſpondet̃ ſm Tho· quem recitat zab· in hoc noſtro. c· ⁊ in cõmento ſiue repetitione quaȝ ſuper eo fecit. Idem nanq; zab· fuit homo optimus: necnon canonũ monarcha· multa quidẽ iuris canonici cõmentaria cõpilauit· Tandẽ cardinalis Florẽ· effectus Florẽtinus nũcupabatur ob virtutũ ſuarũ florem: necnõ ſcientie ꝓfunditatẽ: ad cui⁹ fidem cum videntes atteſtari valent· Ad ideȝ teſtimoniũ eius

ſecũdo loco cõmentaria accedãt: cuius ꝓfecto nomẽ de zabbarellis Franciſcus erat ⁊c· Dicũt ergo ipſi Tho. ⁊ zab. ꝙ dicet officiũ illius eccleſie in qua habet maiorẽ gradũ ⁊ dignitateȝ: ut puta qȝ in vna eccleſia eſt prepoſitus vel archipbr: in alia vero ſimplex canonic⁹: q̃uis prebenda canonicalis ſit pinguior. Ego vero in hac· q· puto aliter dicendũ ſic diſtinguẽdo· Aut in nullo beneficiorũ reſidet: ⁊ tunc ꝓcedit opinio Tho· ⁊ zab. Aut reſidet in maiori beneficio: q̃uis minoris reddit⁹: ⁊ tunc debet ſe [illegible] illius eccleſie in qua reſidet: ⁊ cõcordet ſe cuȝ [illegible] in ipſa eccleſia ar· c· ſi· de cele· miſſa. vbi d[illegible] debeãt cõformare ſe in officio cũ hijs cũ quibus mora[illegible] [illegible] in maiori beneficio reſidet ad hoc [illegible] vt ſcandalũ euitaret· c· nihil· de preſumpti· ⁊ maxime: qȝ ſcandalum euitanduȝ eſt in diuinis officijs· ut probatur in· c· [illegible] di· per xi· di· in his. Si vero ad partẽ velit officiũ alterius eccleſie (in qua nõ reſidet) dicere hoc poteſt: ⁊ laude [illegible] quia tunc vtriq; beneficio in officio ſatiſfacit. Sed quis ẽ hic homo? profecto mirabilia faciet in vita ſua: ⁊ neſcio ſi ſimilis iſti eſt inuentus.

¶ Vigeſimoquarto [illegible] clericus non deuote horas ſuas legens vel aliquid omittẽs [illegible] ſincopãdo aut verba nõ proferendo recte peccat: ⁊ ſi ſic venialiter an mortaliter. Reſpondet̃ ſecundũ Inno· ⁊ alios doctores per zab· in noſtro· c· ⁊ latius in· c· dolentes· de cele· miſſa· ⁊ in dicta cle· i· eo· ti· ꝙ qui ex propoſito voluntario vel malicioſo nõ deuote horas dicit: aut aliquid ex eis omittit: vel ad hoc operã dat puta immiſcendo fabulas et inanias ponendo: ille peccat mortaliter: quia opus dei minus legitime minus accurate facit: ⁊ ideo pro nõ dicto et non facto habetur· c· ex timore· de reg· iu. Si vero eſt negligentia leuis: que non venit ex propoſito: ſed propter volũtatẽ ad cogitandum [illegible] longa lectione ſiue de victus ſomnolentia peccat venialiter· arg· c· quantis et c. qui aliud· xxv· di. Et eſt ratio (vt ſcribit per Bene· [illegible]) [illegible] ideo

ſortis homo q tales cogitationes poſſet vitare· ⁊ ideo cū acce-
dit ad orandū: accedat ea bona intentione ⁊ pteſtatione men-
tali: ut talis eius intentio ſit ſemper velle deuote: q̄uis aliqd
aliud cōtingat cogitare q̄ñ ſi in pſecutione nimis ad alia ra-
piat̄: nihilominus ſemp in prima intentione cenſebit̄ perſeue-
rare· ar· co· que no· in· c· maiores· de bap· niſi eſſet tanta nega-
tio aut digreſſio q oīs eius intētio pereat: ⁊ tunc habeat locū
quod ſcribit Cyprianus in libro de oratiōe dñica dicens: Quo
poſtulas a deo te exaudiri: cum teipſum nō exaudias. Et alibi
Populus hic labijs me honorat: cor autem eius longe a me eſt
Mathei· xv· cap· ⁊ not· per Pau· Guil· zen· Stepha· ⁊ Jmo· de
miſſis in di· i· dū tempū ipſi doctori q quādo fatigatus eſt nimi-
um lōga lectione q tunc pōt cauſa recreatōis eccleſiā exire. Et
caueat ne nimiū frequēter: ne ſit longa mora in exitu: ſed cito
redeat ad officiū: ⁊ iſtud ſtudeat deuote peragere: ⁊ tales cogi-
tationes diſtrahentes a ſe remouere: q̄uis pluries relabat̄ q
dicit̄ q primi motus nō ſunt in poteſtate hoīs: ideo oportet ho-
minē eſſe fortē ⁊ bene vigilantē: q diabolus ſemper querat ſuis
aſtucijs ſuū ppoſitū ⁊ opus diuinū perturbare. Sicut legimus
de monacho qui per diabolū ab officio diſtrahebat̄ ⁊ beatus Be-
nedictus demonē vidit in quadā carta cogitationes monachi
ſcribentē: ⁊ dum nō eſſet plus de carta: demon eā poſuit ad dē-
tes vt eam dilataret: ſicut faciūt quādoq cerdones de coreo: ⁊
ecce dū nimiū traheret carta fracta: dedit de capite ad murū ⁊
ſeipm percuſſit· quē ſctūs Bñdictus videns ſubriſit ⁊ deinde ad-
monuit monachū: ut cor ſuū poneret iugiter ad officium ⁊ ad
deū ⁊ ita factū eſt: ⁊ monachus liberatus fuit. Debet eni quiſ-
incurrit excōicationē. Reſpondeť ꝙ in ſeptē caſibus· Primus ē
ſi percuſſerit cauſa diſcipline: ut magiſter ꝛ dn̄s uel officialis.
Secūdus eſt: ſi ex iocoſa leuitate percuſſerit. Tertiꝰ eſt: ſi inue
nerit eū turpiter agentē cuꝫ vxore ſua uel filia: ſi ſtatim vim vi
repellat cū moderamine culpate tutele. Quintus ſi ignoret eū
eſſe clericū· Sextus eſt ſi inuenerit eū in apoſtaſia poſt trinam
monitionē ei factā· Septimus ſi clericus ſe trāſferat ad actum
penitus cōtrariū: ut ſi fiat miles: uľ trāſeat ad bigamiā: qm̄ ex
cōicatus nō eſt particeps ſacramētoꝝ eccleſie: ideō ſacerdos nō
pōt abſoluere a peccatis excōicatū: niſi prius ſit abſolutus ab
excōicatione· Mulierē vero excōicatā ꝑpter clerici mutilatiōꝫ
uel mortē poteſt epūs abſoluere· Mulier aūt excōicata propter
cōbuſtionē ſacri loci: uel qꝛ falſificauit lr̄as pape ꝛ hmōi nō po
teſt abſolui ab epō: ſed debet ad papā remitti·

¶ Tertiodecīo queriť: Quō ſe debeat habere cōfeſſor in audi
endo ꝯfeſſionē· Reſpondeť ꝙ pmō debet eſſe dulcis in corrigē
do· Secūdo prudēs in inſtruēdo uel docēdo. Tertio pius in ip
ſum puniēdo· Quarto affabilis in ipm interrogādo· Quinto
ſuauis in ſibi cōſulendo· Sexto diſcretus in penitentiā ſibi in
iungendo· Septimo mitis in confitentē audiendo· vn̄ verſus:
Confeſſor dulcis pius prudens affabiliſqꝫ.
Suauis diſcretus mitis ſimul atqꝫ benignus·

¶ Decimoquarto queritur: Utrum confeſſio ſit reiteranda·
Reſpōdetur ꝙ ſic: in multis caſibus· Primo quando preſbyter
eſt indiſcretus. Secūdo quādo confitēs non vult obedire con
feſſori ſuo nec mandatis eccleſie· Tertio quādo cōfitens ficte
cōfiteť: ꝛ ꝙ nō intendit ſe abſtinere a peccatis· Quarto qn̄ cō
fitens ſcienter celat aliquod peccatū et non vult illud cōfiteri·

Quinto qñ remittiẽ ad ſupiorẽ pro aliquo enormi pctõ qd fe/
cit. Serto qñ cõfiteẽ alteri qꝫ ꝓprio ſacerdoti ſine licẽtia ipſi⁹
Septimo qñ alicui eſt penitẽtia iniuncta ꝗ debet ꝛ teneẽ reſti
tuere furta rapta: uel per eũ inuẽta ꝛ detẽta: ꝛ poſtea non vult
nec curat reſtituere. Octauo qñ tenet in corde ſuo rãcorẽ ꝯtra
aliquẽ. Nono põt reiterari cõfeſſio propter maiorẽ gratiam a
deo promouendum.

Decimoquinto queriẽ: Que impediũt confitentẽ ꝗ nõ cito
confiteaẽ. Et reſpondeẽ ꝗ tria ſunt. Primũ eſt pudor peccata
ſua dicendi ꝛ cõfitendi. Secundũ eſt nimia ſpes diu viuendi.
Tertiũ eſt timor penitẽtiã ꝛ rationẽ faciendi.

De contritione.

Scḋa pars vere penitẽtie eſt ꝯpũctio cordialis: q̃ eſt vera cõ
tritio de pctĩs cõmiſſis. Sit enĩ ꝯtritio cũ maxĩa deuotiõe am
plius nõ peccãdi. Nec ad ſilĩa pctã reuertẽdi: ſed humiliter po
ſtulãdo a deo veniã pctõꝝ ſuoꝝ. ꝛ talis ꝯtritio eſt deo accepta
bilis. Unde pſal. Cor cõtritũ ꝛ humiliatũ de⁹ nõ deſpicies. Nã
cõtritio contẽptis alijs partib⁹ penitẽtie nõ delet peccatũ. de
pe. di. i. c. alij qꝫ etiã. c. menſurã. Sed qñ cõfeſſio nõ contẽpniẽ
per ꝯtritionẽ peccati venia indulgeẽ. de pe. di. i. mẽſurã. qꝛ vbi
nõ eſt cõtritio ſed cordis duricia: deus orationes pro talibus
non recipit. de pe. di. i. quãobrem.

Decimoſeptimo queriẽ: Quid ſit vera cõtritio. Reſpondeẽ
ꝗ cõtritio eſt verus dolor de peccatis cõmiſſis cũ ꝓpoſito cõfi
tẽdi: ꝛ ab eis abſtinẽdi atqꝫ ſatiſfaciẽdi. Unde ſciendum eſt ꝗ
octo ſunt q̃ faciũt hoĩem cõtritũ. Primũ eſt multimode pecca/
toꝝ cõmiſſionis cogitatio. Scḋm eſt de peccatis cõmiſſis vere
cũdatio. Tertiũ eſt viliſſimi peccati horror ꝛ deteſtatio. Quar
tũ eſt de die iudicij cogitatio. Quintũ eſt pene gehẽnalis du/
bitatio. Sextũ eſt paradiſi ꝛ glorie celeſtis amiſſio. Septimũ ẽ
creatoris ſui dei oĩpotentis ꝛ ſue maieſtatis multimoda offen
ſio. Octauũ eſt ſpei venie oſtenſio ꝛ promiſſio.

De ſatiſfactione.

Decimooctauo queriẽ: Quid eſt ſatiſfactio. Et reſpõdeẽ ꝗ
ſatiſfactio eſt ꝟtus animi cũ qua quis ꝑſoluit oĩa que ſoluere
teneẽ. Et ſm magiſtrũ Gratianũ: Satiſfactio penitẽtie eſt pec
catoꝝ cãs excidere: nec eoꝝ ſuggeſtionib⁹ aditũ indulgere. de
pe. di. iii. circa prin. Cui⁹ ſatiſfactõis tres ſunt partes. ſ. elemo
ſina: ieiuniũ: ꝛ oratio. de pe. di. vi. Nã ſatiſfactio eſt: vade ꝛ am
plius noli peccare. de pe. di. iii. c. hac aucte. qꝛ oĩs ſatiſfactio ẽ
in ſpũ ſancto. di. lxxv. ordinaẽ. Nã tunc peccator ſatiſfacit duꝫ
penã iudicio eccleſie ſibi impoſitã factis exequiẽ. de pe. di. i. c.
ſicut. §. idẽ. Iteꝫ ſm quãtitatẽ delicti debet imponi. xii. q. i. fra
ternitas. de pe. di. v. falſas. qꝛ publice peccãtes publice ſatiſfa/
cere debent. xi. q. vlti. canonica.

Deciõnono queriẽ In quo ꝯſiſtit ſatiſfactio. Et reſpõdeẽ ꝗ
in hoc cõſiſtit: qꝛ omne peccatũ aut eſt cõtra deũ: aut cõtra ꝓx
ximũ. Si cõtra deũ fiet deuota ꝛ humilis oratio. Si cõtra ꝓxi/
mũ: tũc fiet debita reſtitutio ſeu ſatiſfactio. Unde notãduꝫ eſt
ꝗ tertia ꝑncipalis pars vere penitẽtie eſt ſatiſfactio: que eſt in
mãdatis eccleſie tenẽda: ꝛ habet iſtas cõditiones ſequẽtes ad
implẽdas. Prima eſt male ablatoꝝ integra reſtitutio. Secũda
eſt rerũ alienaꝝ inuentaꝝ reſtitutio. Tertia eſt iniuriaꝝ qui/
buſuis factaꝝ emẽdatio ſiue reparatio. Quarta eſt debitoꝝ ſu
orũ rationabilis perſolutio. Quinta eſt penitentiaꝝ ſibi iniũ
ctarum perfecta adimpletio.

Uigeſimo: Quot modis offendiẽ deus ab hoĩe. Et reſpõde
tur ꝗ tribus modis generaliter. ſ. Primo mõ corde: ꝛ ꝯtra hoc
eſt vera ꝯtritio. Scḋo mõ ore. ꝛ cõtra hoc fiet vera ꝛ integra cõ
feſſio. Tertio mõ opere. ꝛ cõtra hoc fiet debita ſatiſfactio.

Uigeſimoprimo queriẽ: Que ꝛ quot ſunt peccata crimĩalia.
Reſpondeẽ ꝗ duodecĩ ſunt peccata crĩalia. Primũ eſt peccari
cõtra fidẽ ſancte trinitatis: ut ſi qs hereſim cõmittat. Scḋm ẽ
peccare cõtra naturã: ut ſodomitice uel beſtialiter qd plurib⁹
modis efficiẽ. Tertiũ eſt homicidiũ. Quartũ ẽ regio maieſta/

tis·Quintū eſt ſacrilegiū ſequēs officiū· Sextū ē machinatio
ſiue cōſpiratio cōtra ſummū pontificē ſeu ſedē apl'icam·Septi-
mū eſt ſimonia·Octauū eſt vſura manifeſta· Nonū eſt deflora-
tio virginū·Decimū eſt obſtinatio mētis in peccatis.Undeci-
mū eſt nimia pſumptio de miſericordia dei·Duodecimū ē blaſ-
phemia in ſpūm ſanctū·

¶ Uigeſimoſecūdo querit̃: Quot ꝛ que ſunt peccata mortalia·
Reſpondet̃ ꝙ ſunt ſeptē· Primo ſuperbia que leoni attribuit̃·
Scd̄o auaricia que camelo refert̃·Tertio luxuria que porco cō-
parat̃.Quarto inuidia que cani ꝯfert̃·Quinto gula que lupo
aſſociat̃·Sexto ira q̄ vrſo aſſilat̃·Septio accidia q̄ aſino ſociat̃

¶ De peccatis venialibus·

¶ Uigeſimotertio querit̃: que ſunt peccata venialia·Et reſpō-
det̃ ꝙ multa ſunt:ut iſta·ſ·ſumere cibū exceſſiue·indebite loq̄
uel indebite tacere·Itē nimis exaſperare virgines ſimplices ꝛ
pauperes·Itē mane de lecto nō ſurgere ſed ſomnocitare: ſicut
ille qui nō ſurgit mane de lecto pro operādo uel faciēdo aliqd̄
bonū: dum tn̄ ſanus eſt uel potēs eſt·Itē vxorē delitioſe cogno-
ſcere: non tn̄ modo inordinato ꝛ cū intentōe prolis ꝛc̄·qꝛ aliter
eſſet peccatū mortale.Item nimis ſimpliciter deū iurare: ꝛ eti-
am nimis in ipm̄ credere qd̄ nō eſt licitū: ſicut quidā ignoran-
tes qui nō bene credūt nec ſentiūt de fide catholica·Itē indiſ-
crete ludere uel ridere.Item ſine cauſa choreas ducere ꝛ indiſ-
crete cātare: ꝛ alia ſimilia facere que non ſunt expſſe ꝓhibita·

¶ Uigeſimo quarto querit̃: Quō purgant̃ ſeu mundant̃ pec-
cata venialia ꝛ mortalia. Et reſpondet̃ ꝙ quadrupliciter· Primo
veniā a deo poſtulando ꝛ ipm̄ humiliter ꝛ deuote implorādo
ac exorādo: qꝛ ſolus deus peccata remittit· Secūdo per veram
cōtritionē ſi nō poſſit haberi copia cōfeſſoris. Tertio per verā
ꝛ integrā confeſſionē ſacerdoti debite factā·Quarto per iuſtā
ꝛ condignam ſatiſfactionem·

¶ Uigeſimoquinto querit̃: quot modis mundant̃ peccata ve-
nialia. Reſpōdet̃ ꝙ ſex modis delent̃ peccata venialia· Primo
per dignam eucariſtie ſumptionē.Secūdo per aque benedicte
aſperſionē·Tertio per elemoſinaꝝ elargitionē·Quarto per de-
uotā orationē ꝛ ꝑcipue dominicalē·Quinto per generalē cōfeſ-
ſionē·Sexto per epalem ſeu ſacerdotalē benedictionē·

¶ Uigeſimoſexto querit̃: An ꝛ ad quid valēt opera de genere
bonoꝝ extra caritatē·ſ·in peccato mortali facta· Reſpondet̃ ꝙ
valēt ad ſeptē, Primo valēt ad tēporaliū bonoꝝ a deo cōſecuti-
onē·Secūdo valēt ad diſponendū ſe ad diuinā gratiā·Tertio
ad aſſuetudinē bonoꝝ operū·Quarto valēt qꝛ per hmōi opera
homo retrahit̃ a multis peccatis ne ipſa faciat· Quinto valēt
qꝛ hō qui multa hmōi opera de genere bonoꝝ facit exn̄s extra
caritatē ex minori ꝯtēptu dei peccat q̄ꝫ facit peccata·Sexto va-
lēt ad euadendū pctā obmiſſionis illoꝝ bonoꝝ opeꝝ que facit
ſi ea facere tenent̃.Septio valēt ad tpalis vite addictionē uel
dilationē ſeu ꝓlongationē: nihil tn̄ per hmōi opera diminuit̃
de reatu ſeu de debito pene: quā homo in pctō mortali exiſtēs
meret̃ ex peccato mortali iā cōmiſſo: eo ꝙ manēte culpa pecca-
ti mortalis nō tollit̃ nec diminuit̃ reatus ſeu debitū illi⁹ pec-
cati: qꝛ ſine gr̄a diuina non tollit̃ peccatū: nec pena debita pro
peccato·Et ideo manēte culpa mortali per quā homo meretur
penā: etiā nec tollit̃ nec diminuit̃ aliquid de debito pene illi-
us peccati.Bona vero facta extra mortale peccatū ſi per pecca-
tū fuerat extincta illa pena: penitētiā ꝛ cōfeſſionē ſubſequēteꝫ
reuiuiſcūt ꝛ reſuſcitāt: ꝛ accipiūt ſpūm vite eterne· vn̄ verſus·
Illa reuiuiſcunt que mortificata fuerunt·
Uiuere nō poſſunt que mortua nata fuerunt·

¶ Uigeſimoſeptimo queritur: quomodo xp̄us ſatiſfecit pro no-
bis miſeris peccatoribus·Reſpondet̃ ꝙ xp̄us redemit nos a ſu-
perbia per ſui capitis inclinacioneꝫ· Secundo ab auaritia per
ſuum ſanctum ieiunium·Tertio a luxuria per ſui precioſi ſan-
guinis effuſionem·Quarto ab inuidia per ſui lateris apertio-
nem.Quinto a gula: per aceti potationem·
Sexto ab ira: per ſuam ſanctā orationē· Septimo ab accidia: p

ſue matris cõmendationem·
¶ Uigeſimooctauo querit̃: Cur times cõfiteri qđ prius facere
nõ timuiſti·Deus enĩ ſcit oĩa peccata tua que tu feciſti:ꝛ in fu
turo oĩa videbis aperte· Ergo de cõfeſſione nullũ pudorẽ ha/
bebis:q: per cõfeſſionẽ abſolut⁹ eris· O peccator times tu tua
cõfiteri peccata:cũ tñ breuis ꝛ leuis tibi det̃ penitẽtia:ergo ne
differas cõfiteri p̃ſertim ꝓpter tria·Pr̃io ne rõ de te aufugiat
Scđo ne loquela tibi deficiat·Tertio ne mors cito te arripiat
ꝛ attrahat·

¶ Uigeſimonono querit̃ Quare qs vult deſperare ꝓpter pctã
ſua·Respondet̃ ꝙ ꝓpter tria·Primo ꝓpter pctõꝝ quãtitatem
ſeu multitudinẽ:pro quibus remediat paſſio dñi nr̃i ieſu xp̃i·
Scđo ꝓpter pctõꝝ frequẽtationẽ·cõtra qđ dicit xp̃s in euãge/
lio:Nõ eſſe dimittẽdũ vſqꝫ ſepties:ſed vſqꝫ ſeptuagies ſepties
Tertio ꝓpter pctõꝝ diuturnitatẽ:ad qđ dicit xp̃s·In quacũqꝫ
hora ĩgemuerit peccator oĩm iniquitatuꝫ eius nõ recordabor·
Itẽ nota ꝙ ſicut tres ſunt p̃ncipales ptes vere penitẽtie·ſ·vera
ꝛ integra cõfeſſio oris:cõtritio cordis:ꝛ iuſta ſatiſfactio opis·
Sic ſunt tria q̃ ducũt hoĩeꝫ ad verã penitentiã·ſ· multiplex bo
noꝝ acquiſitio·Scđo penaꝝ grauiuꝫ liberatio·Tertio inſtans
mali purgatio·

¶ Triceſimo querit̃:Ad quid valẽt eccleſie ſuffragia·Et reſpõ
det̃ ꝙ valẽt ad multa·Pr̃io valent aĩabus in purgatorio exiſtẽ
tibus pro quib⁹ fiũt·xiii.q·ii·nõ eſtimem⁹·ꝛ·ii·c·ſequẽ·Naꝫ q̃/
tuor mõis fiũt ſuffragia ꝓ mortuis:videlꝫ:aut miſſis:aut ele/
moſinis:aut ieiunijs:aut p̃cibus·xiii·q·ii.anime·Unde verſus
habent̃ ſequẽtes·Miſſe preces dona ieiunia quatuor iſta·
Abſoluũt animas quas purgans detinet ignis·
Scđo valẽt eis q ea faciũt ꝛ etiã illis qui ꝓ eis orãt·Tertio va
lẽt pro viuẽtib⁹ ac infirmis:ſanis ↄſeruãdis·Quarto valẽt ad
dandũ alijs bonũ exemplũ·ſ.ut ꝛ alij hmõi faciãt. Quinto ad
diminuendũ penã dãnatoꝝ pro aliquo tpe· Nunq̃ꝫ tñ proſunt
eis ad ſalutẽ:q: ſcriptũ eſt· In inferno nulla eſt redẽptio·

¶ Triceſimopr̃io querit̃:vtrũ filiardi ſeu lenões ꝛ meretrices
ac vſurarij ꝛ ſimoniaci ſint abſoluendi. Reſpondet̃ ꝙ ſic:ſi con
fitens vult ſe abſtinere a peccatis:ꝛ reſtituere bona per eũ ma
le acquiſita ſeu extorta:tunc eſt abſoluendus:et penitentia eſt
ei iniũgenda de peccatis cõfeſſis:alias non.

¶ Triceſimoſecũdo querit̃:Utrũ ſurdus mutus ꝛ amens poſ
ſint confiteri·Reſpondet̃ ꝙ homines qui nõ intelligũt nec in
telligunt̃ poſſunt confiteri per ſcripta aut ſigna

¶ Triceſimotertio querit̃: Quare dicitur ter factus in miſſa·
Reſpondetur ꝙ primum dicitur pro iuſtis qui ſunt in celo·Se
cundo dicitur pro illis qui ſunt in purgatorio·Tertio dicitur
pro viuẽtibus in hoc mundo·

¶ De penitẽtijs iniũgendis·

¶ Triceſimoquarto ſequit̃ de penitentijs iniungendis·Nam
primo conſideranda ſunt peccata: et etiam conſiderande ſunt
qualitates cuiuſuis peccati videlicet:vtrum peccatũ ſit morta
le uel veniale:Et conditio penitentis ſcilicet: an ſit diues uel
pauper:vel an ſit fortis uel debilis· Unde ſciendũ eſt ꝙ diuiti
iniungendũ eſt elemoſinas facere:miſſas celebrare ſeu celebra
ri facere:ꝛ in peregrinationẽ ire·Pauperi ꝛ debili iniungant̃
orationes ꝛ preces·Forti autem iniungant̃ ieiunia ꝛ alie abſti
nentie·Debili ꝛ ſeni iniungatur audire miſſas:viſitare paupe
res ꝛ infirmos·

¶ Ad idẽ ſuper peccatis mortalibus·

¶ Triceſimoquinto ſciendum eſt ꝙ contra ſuperbiam iniun/
gẽda eſt humilitas:ſicut ſeruire pauperibus ꝛ minoribus: ho
norare prelatos eccleſie:ac ceteros ſuos ſuperiores ac obedire
mandatis eccleſie·Contra auariciam iniungat̃ elemoſinas fa
cere debita perſoluere:ablata ꝛ reſtituere:inuenta reddere:uł
ea ad arbitriũ eccleſie pauperibus diſtribuere. Tertio contra

luxuriam iniungat̄ ieiunare:conſortia mulierū deuitare:a vi-
no ⁊ carnibus abſtinere:carnē domare:corpus fatigare ⁊ ma-
cerare:ciliciū induere ⁊ portare:ac camiſiam lineam non indu-
ere. Contra inuidiam iniungat̄ neminē vituperare: alienū iu-
uare:caritatē tractare ⁊ ſeruare:⁊ inimicis indulgere. Contra
gulam iniungat̄ groſſa cibaria ſumere: ſepius ieiunare:a de-
licatis cibis abſtinere:horam debitam non peruenire. Contra
iram iniungat̄ rancorem in corde non habere ſed omnino di-
mittere:pacem ⁊ concordiā procurare:ſeminare:tractare:⁊ fa-
cere offenſas ⁊ iniurias ſibi factas penitus remittere. Contra
accidiam iniungat̄ mane ſurgere: ad eccleſias deambulare et
eas viſitare:peregrinationes facere:bona per eum inchoata ꝑ-
ficere ⁊ adimplere:infirmos ⁊ pauperes viſitare: ac orationes
deo deuote facere.

Memento illius venerabilis per Salomonē prolati ſermonis:
O homo:cōſiderare nouiſſima ⁊ in eternū nō peccabis.

¶ Finis.

¶ Incipit ſumma edita a ſancto Thoma de Aqui
no de articulis fidei: ⁊ eccleſie ſacramentis.

Poſtulat a me veſtra dilectio. ut de articulis fidei et ec
cleſie ſacramentis aliqua vobis compēdioſe pro memo
riali tranſcriberem: cum dubitatiōibus que circa hec poſſunt
moueri. Verū cum omne theologorū ſtudiū verſetur circa du
bitationes cōtingentes articulos fidei et eccleſie ſacramenta.
Si ad plenū veſtre paternitati ſatiſfacere vellē: oporteret me
totius theologie ſummatī cōprehendere difficiles queſtiones
Qđ ꝙ ſit oneroſum: ut credo aduertit veſtra prudentia: vnde
ad preſens ſufficiat ſi articulos fidei ⁊ eccleſie ſacramenta bre
uiter vobis diſtinguā: ⁊ qui errores ſint circa quemlibet eorū
vitandi. ¶ In primis igitur vos ſcire oportet ꝙ tota fides xpi
ana circa diuinitatem ⁊ humanitatē xpi verſatur. Unde xpus
voce hominis loquens ait. Creditis in deum et in me credite.
Circa vtrūqꝫ autem horū a quibuſdā ſex: a quibuſdā ſeptē ar-
ticuli diſtinguunt̄. Et ſic omnes articuli ſecundū quoſdā duo
decim: ſecundū quoſdā quatuordecī eſſe dicunt̄. ¶ Primo igi-
tur. vi. articulos diſtinguūt circa fidē diuinitatis. Sunt enī
circa diuinitatē tria cōſideranda. ſ. vnitas diuine eſſentie: tri
nitas perſonarū: ⁊ effectus diuine virtutis.

¶ Primus articulus.

Primus igit̄ articulus eſt: ut credamus eſſentie diuine
vnitatē: ſm illud Deutero. vi. Audi iſrael: Dn̄s deus tu-
us vnus eſt. ¶ Circa hunc aūt articulū plures errores euitan
di occurrunt. ¶ Primo quidem gentiliū ſiue paganoꝝ ponen-
tiū plures deos. Contra quos dicit̄ Exodi. xx. Nō habebis de-
os alienos contra me. ¶ Secundus eſt error Manicheorū: qui
ponunt duo principia eſſe: Unū a quo ſunt om̄ia bona. Aliud
a quo ſunt omnia mala. Contra quos dicit̄ Eſaie. xlv. Ego do
minus ⁊ nō eſt alter: formans lucē ⁊ creans tenebras: faciens
pacem ⁊ creans malum. quia ipſe ſecundū ſuam iuſticiā infli-

git malũ pene:⁊ tamen eſſe conſpicit in ſua creatura malũ cul
pe quod eſſe permittit·

¶Tertius eſt error Antropomorficaꝝ:ponentiũ quidem vnũ
deum:ſed dicentium eum eſſe corporeum: ⁊ ad modum huma
ni corporis formatum·Contra quos dicitur Johan·iiii· Spiri
tus eſt deus·Eſai·Cui ſimilem feciſtis deum aut quam imagi
nem ponetis ei·

¶Quartus eſt error Epicuroꝝ dicentiũ ꝙ deus nõ habet ſci/
entiam neqꝫ prouidentiã de rebus humanis.Cõtra quos dici
tur Pe·vltimo·Omnẽ ſolicitudinẽ veſtram proijcientes in eũ:
quoniã ipſi cura eſt de vobis·

¶Quintus eſt error quorundã gentiliũ philoſophoꝝ dicenti
um:deum non eſſe omnipotentẽ:ſed ſolum poteſt ea que natu
ra fiunt. Contra quos dicit̃ in Pſal· Omnia quecunqꝫ voluit
dominus fecit· Omnes igit̃ hi uel derogant vnitate eſſentie
diuine:uel perfectioni.Unde contra omnes ponit̃ in ſimbolo
Credo in vnũ deum patrem omnipotentẽ·

Ecũdus artitulus eſt ꝙ tres ſunt perſone diuine in vna
eſſentia ſecundũ infra Job·vltimo.Tres ſunt qui teſti/
moniũ dant in celo·pater:verbũ:⁊ ſpiritus ſcũs:⁊ hi tres vnũ
ſunt ·Circa hunc articulũ ſunt plures errores.

¶Primus quidẽ Sabellij qui poſuit vnã eſſentiã ſed negauit
trinitatẽ perſonaꝝ dicens:ꝙ vna perſona quãdoqꝫ dicit̃ pater
quandoqꝫ filius:qñqꝫ ſpũs ſanctus·

¶Secundus eſt error Arrij qui poſuit tres perſonas:ſꝫ nega/
uit vnitatem eſſentie:dicens filiũ eſſe alterius ſubſtantie a pa
tre:⁊ eſſe creaturam ⁊ minorẽ patre:non coequalem nec coeter
nũ:ſed incepit poſtqꝫ non fuerat·Et contra hos duos errores
dicit dñs Jeſus xp̃us Job ãnis·iiii· Ego ⁊ pater vnuꝫ ſumus·
quia ut dicit Auguſti·in eo ꝙ dicit vnũ:liberat te ab Arrio· ꝙ
dicit ſumus pluraliter:liberat te a Sabellio·

¶Tertius eſt error Eunomij:qui poſuit filiuꝫ diſſimilẽ patri
Contra quem dicitur Colo·i·Qui eſt imago inuiſibilis dei·

¶Quart⁹ error eſt Macedonij:qui poſuit ſpũm ſanctũ eẽ crea
turã·Cõtra quẽ dicit̃ Corin·iii·Dñs aũt ſpiritus eſt·

¶Quintus eſt error Grecorum:qui dicunt ſpiritum ſanctum
procedere a patre ⁊ nõ a filio· Contra quos dicit̃ Johan·xiiii·
Paraclitus autẽ ſpiritus ſanctus quẽ mittet pater in nomine
meo:quia·ſ·eũ mittit pater tanqꝫ ſpiritũ filij ⁊ a filio procedẽ/
tem·Et Jo·xvi·dicit̃·Jlle me clarificabit:quia de meo accipiet
Et contra hos omnes errores in ſimbolo dicit̃:Credo in deuꝫ
patrem omnipotentẽ:⁊ in filiũ eius vnigenitũ non factũ con/
ſubſtantialẽ patri·Et in ſpũm ſanctũ dominũ ⁊ viuificantẽ ex
patre filioqꝫ procedit·¶Alij vero quatuor articuli diuinitatis
pert inẽt ad effectũ diuine virtutis.

¶Tertius articulus·

Uorum primus eſt:Qui eſt tertius: pertinet ad creati/
onem rerum in eſſe nature:ſecundũ illud:Dixit et facta
ſunt·Contra hunc articulũ:¶Primo quidẽ errauit Democri/
tus ⁊ Epicurus:ponẽtes ꝙ nec materia mundi:nec ipſa mun/
di compoſitio eſſet a deo·ſed mundus eſſet factus caſu per con
curſum corpoꝝ inuiſibiliũ:que rerũ principia eſtimabãt.Con/
tra quos dicit̃ in Pſal:Uerbo dñi celi firmati ſunt: ideſt ſcd̃m
rationẽ eternã:non autẽ in caſu·

¶Secũdus eſt error Platonis ⁊ Anaxagore: qui poſuerũt mũ
dũ factũ a deo ſed ex materia p̃iacente· Cõtra quos dicit pſal.
Mandauit ⁊ creata ſunt:ideſt ex nihilo facta·

¶Tertius error eſt Ariſto·qui poſuit mundũ a deo nõ eſſe fa/
ctũ ſed fuiſſe ab eterno. Contra quem dicit̃ Geneſ·i·Jn prin/
cipio creauit deus celũ ⁊ terram·

¶Quartus eſt error Manicheoꝝ:qui poſuerunt deuꝫ eſſe cre/
atorẽ inuiſibiliũ:ſed viſibilia a diabolo eſſe facta·Contra quos
dicitur Hebreoꝝ·xi·Fide intelligimus aperta eſſe ſecula verbo
dei:ut ex inuiſibilibus viſibilia fierent·

¶Quintus eſt error Symonis et Magi et Menandri eius
diſcipuli:et multorum aliorum hereticorum eos ſequentium:

qui creationē mundi non deo ſed angelis eius attribuebant. Contra quos dicit Paulus actuū.xvii. Qui fecit mundū ⁊ oīa que in eo ſunt. Hic celi ⁊ terre cum ſit dn̄s.

¶Sextus eſt error eoꝝ qui dixerunt deum nō per ſeipſum gubernare mundū: ſed per quaſdā poteſtates ſibi ſubiectas. Contra quos dicit̄ Job.xxxiiii. Quem cōſtituit alium ſuper terrā: aut quem poſuit ſuper orbem quē fabricatus eſt. Et cōtra hos errores dicit̄ in ſimbolo. Factorem celi ⁊ terre viſibiliū omniū ⁊ inuiſibilium.

¶Quartus articulus.

Quartus articulus pertinet ad effectus gratie per quam viuificamur a deo: ſm illō ad Roma.iii. Juſtificati gratis per gatiam ipſius.ſ.dei. Et ſub hoc articulo cōprehenduntur omnia ſacramenta eccleſie: ⁊ quecūq; pertinent ad eccleſie vnitatē: ⁊ dona ſancti ſpiritus: ⁊ iuſticiaꝫ hominū. Et quia de ſacramentis eccleſie poſtea erit agendū: De his eniꝫ ſuperſedemus: ⁊ alios errores circa hunc articulū exponamus. Quoruꝫ primus eſt Cherinthi ⁊ Ebionis ⁊ etiam Nazareoꝝ: qui dixerunt gratiam xp̄i nō ſufficere ad ſalutē: niſi aliquis circūciſionem alia mandata legis cuſtodiat. Contra quos dicit̄ Roma.iii. Arbitramur iuſtificari hoīeꝫ per fidē ſine operibus legis.

¶Secundus eſt error Donatiſtarū: qui poſuerunt gratiaꝫ xp̄i ſolum in Aphrica remanſiſſe: quia ſcilicet totus alius mūdus cōmunicabat Ceciliano Carthaginenſi epiſcopo: quem ipſi dānauerant: ⁊ in hoc negabant eccleſie vnitatē. Contra quos dicitur Coloſ.iii. ꝙ in xp̄o Jeſu nō eſt gentilis ⁊ iudeus: circūciſio ⁊ prepuciū: barbarus ⁊ ſcita: ſeruus ⁊ liber: ſed oīa in omnibus chriſtus.

¶Tertius eſt error Pelagianoꝝ: qui primo quideꝫ negauerūt peccatū originale eſſe in paruulis. Contra illud qđ Apl's dicit Roma.v. Per vnū hominē peccatuꝫ in mundū intrauit. Et in Pſal. dicit̄. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum. Scđo dicit ꝙ principiū boni operis ineſt hoī a ſeipſo: ſꝫ ꝯſumatio eſt a deo. Contra illud quod dicit Apl's Philippenſ.ii. Deus qui operatur in nobis: ⁊ velle ⁊ perficere pro bona voluntate. Tertio dicunt dare gratiā hominibus ſecundū ſua merita. Cōtra illud quod Apl'us dicit Ro.xi. Si autē gratia iam non eſſet ex operibus: alioquin gratia iam nō eſſet gratia.

¶Quartus error eſt Origenis: qui poſuit omnes animas ſimul creatas cum angelis: et pro diuerſitate eorum que ibi egerunt: quoſdam homines vocari a deo per gratiam: quoſdā in infidelitate reliquit. Contra quod dicit Apl'us Roma.ix. Cuꝫ nudi nati eſſent: aut aliquid boni: aut mali egiſſent dictū eſt: quia maior ſeruiet minori.

¶Quintus eſt Cathafrigarum: id eſt Montani Priſce ⁊ Maxille: qui dicunt prophetas quaſi arrepticios fuiſſe: ⁊ quod nō prophetauerūt per ſpiritū ſanctū. Contra quos dicit̄ Pe.i. Nō enim volūtate humana allata eſt aliquādo prophetia: ſed ſpū ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei hoīes.

¶Sextus eſt error Cendonis: qui primo dixit deum legis et prophetarum non eſſe patrem chriſti: Nec bonum deum eſſe: nec iuſtum. patrem vero chriſti bonum. Quem etiam Manichei ſecuti ſunt legem reprobātes. Contra quos dicit̄ Roma.viii. Lex quidē ſancta et mandatū ſcm̄ ⁊ iuſtum et bonū. Job. primo dicit̄ ꝙ ante promiſerat per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo.

¶Septimus eſt error eorum: qui quedam que ad perfectioneꝫ vite pertinent: aſſerunt eſſe de neceſſitate ſalutis. Quorū quidam arrogantiſſime apoſtolos vocauerūt: et nullam ſpem putant habere ſalutis eos: qui vtuntur cōiugibus: et propria poſſident. Alij vero ſicut Tatiani non veſcuntur carnibus: eaſq; omnino abhominantur: ſecundū illud Apoſto. Thimo.iiii. dicentes abſtinere a cibis quos deus creauit ad percipiendum: cum gratiarum actione fidelibus. Dicunt etiam qđ promiſſio de aduentu ſpiritus ſancti non fuit in apoſtolis completa ſed in eis. Contra illud quod dicitur Actuū.ii. Euticiani dicunt

homines non poſſe ſaluari: niſi continue orent: propter illud quod dicit dominus Luce·xvi. Oportet ſemper orare et nõ deficere. Quod ſic accipitur ſecundũ Auguſtinũ: ut nullũ diem intermittant circa orandi opera· Alij vero qui Paſſiolocnite vocantur in tantum ſilentio ſtudent: ut naribus ⁊ labijs ſuis digitum apponant· Paſſalos enim greco dicitur palus et rinchos naſus· Quidam etiam dixerunt ꝙ homo non poteſt ſaluari: niſi ſemper nudis pedibus ambulet· Contra quos omnes dicit apoſtolus Corinth·x·Omnia mihi licent ſed non omnia expediunt· Ex quo datur intelligi ꝙ licet aliqua a ſanctis viris aſſumantur tanquã expedientia: non tamẽ propter hoc oppoſita redduntur illicita·

¶ Octauus error eſt eorum qui dicunt econtrario: opera perfectionis non eſſe preferenda cõmuni vite fidelium· Sicut Iouinianus poſuit ꝙ virginitas non prefertur cõiugio· Contra illud quod dicitur Corinthi·vii· Qui matrimonio iungit virginem ſuam bene facit: et qui non iungit melius facit: Et ſicut vigilantius qui equauit ſtatum diuitias poſſidentium ſtatui paupertatis propter chriſtum aſſumpte· Contra quẽ Mathei·xviii· Si vis perfectus eſſe: vade et vende omnia que habes ⁊ cetera·

¶ Nonus error eſt negantium liberum arbitrium· Sicut negauerunt quidam dicentes animas que ſunt male creationis nõ poſſe nõ peccare· Contra quos dicit̃ prima Iohan·ii· Hec ſcribo vobis ut non peccetis·

¶ Decimus error eſt Preſcillianiſtarum et etiam Manicheorũ dicentium homines eſſe fatalibus ſtellis colligatos: ita ſcilicet quod eorum opera ſunt neceſſitati aſtrorum ſubiecta· Contra quos dicitur Ieremie·x· A ſignis celi nolite timere que gẽtes timent.

¶ Undecimus eſt error dicentium ꝙ homines gratiam dei et caritatem habentes peccare non poſſunt: ita qđ aſſerunt eos qui aliquando peccant nunꝙ caritatẽ habuiſſe· Contra quos dicitur Apocalipſ.ii· Caritatem tuam priſtinã reliquiſti: memor eſto vnde excideris·

¶ Duodecimus eſt error eorũ qui ea que ab eccleſia dei vniuerſaliter ſunt ſtatuta: dicunt non eſſe obſeruanda. Sicut Arriani qui dicunt ſtatuta ieiunia non eſſe ſolenniter celebranda: ſed cum quis voluerit ieiunet: ne videatur eſſe ſub lege: Et ſicut Texeracheochite ideſt quarto Decimiani: qui dicunt·xiiii· luna paſca eſſe celebrandum quocunꝙ die ſeptimane occurrerit. Et in eadem ratio eſt de quibuſdam alijs ab eccleſia ſtatutis· Et contra omnes iſtos errores in ſimbolo apoſtolorum dicitur: Sanctam eccleſiam catholicam: ſanctorũ cõmunionem remiſſionem peccatorũ· Et in ſimbolo patrum dicit̃· Qui locutus eſt per prophetas: ⁊ vnam ſanctam catholicam ⁊ apoſtolicam eccleſiam· Confiteor vnum baptiſma in remiſſionem peccatorum·

¶ Quintus articulus·

Quintus articulus eſt de reſurrectione mortuorũ· de quo dicitur Corinth·xv· Omnes quidem reſurgemus· cõtra quẽ etiam ſunt plurimi errores quorum:

¶ Primus eſt Ualentini: qui carnis reſurrectionem negauit· quem etiam plures heretici ſunt ſecuti· Contra quem dicitur ad Corint·xv. Si chriſtus predicatur: quia ſurrexit a mortuis· Quomodo quidem dicunt in vobis: quoniã ſurrectio mortuorum non eſt·

¶ Secũdus eſt error Hymenij ⁊ Fileti. Contra quos dicit apoſtolus: ꝙ a veritate deciderunt dicentes reſurrectionẽ iam factam· Uel qr non credebant reſurrectionẽ niſi ſpiritualẽ· Uel quia non dicebant alios reſurrecturos: niſi illos qui cum chriſto ſurrexerunt·

¶ Tertius error eſt quorundam modernorum hereticorũ· qui dicunt reſurrectionem futuram: non tamen eorundẽ corporũ ſꝫ anime reſumũt quedã corpora celeſtia· Cõtra quos Apls dicit Corinth·xv· Oportet hoc corruptibile induere incorruptio

nem: ⁊ mortale hoc induere ĩmortalitatem.

¶ Quartus eſt error Futicij patriarche Conſtantinopolitani qui poſuit ꝙ corpora nr̃a eſſent aere uel vento ſimilia: ut Gregorius narrat in .xl. mor. Contra quem eſt ꝙ dominus poſt reſurrectionem ſuam corpus ſuum diſcipulis palpandum prebuit dicẽs Lu. vlt. Palpate ⁊ videte. cũ Apl̃s dicat Phil. iii. Qui reformabit corp⁹ hũilitatis nr̃e ꝯfiguratũ corpi claritatis ſue.

¶ Quintus eſt error dicentiũ ꝙ corpora humana in reſurrectione vertenẽ in ſpũm. Contra quos Luce vlti. dicit̃. Spiritus carnẽ ⁊ oſſa nõ habet ſicut me videtis habere.

¶ Sextus eſt error Corinthi: qui mille annos poſt reſurrectionem in terreno regno xp̃i fabulat̃ futuros: in quibus homĩes carnales vẽtris ⁊ libidinis voluptatẽ habebũt. Contra quẽ dicit̃ Math. xx. In reſurrectione neq̃ nubent neq̃ nubenẽ. Quidam etiã dixerunt ꝙ poſt reſurrectionem mortuorũ in eodem ſtatu in quo nunc eſt mundus manebit. Contra quos dicitur Apocalipſis. xxi. Vidi celum nouũ ⁊ terram nouam. Et apoſtolus dicit Roma. viii. ꝙ ipſa creatura liberat̃ a ſeruitute corruptionis in libertatẽ glorie filiorum dei. Et cõtra omẽs hos errores dicit̃: Carnis reſurrectionẽ. ⁊ in alio ſimbolo. Expecto reſurrectionẽ mortuorꝝ.

¶ Sextus articulus.

Extus articulus pertinet ad vltimũ effectũ diuinitatis Qui eſt remuneratio bonorꝝ ⁊ punitio malorũ: ſm illud Pſal. Tu reddes vnicuiq̃ ſecundũ opera ſua. Et circa hunc fuerunt multi errores quorꝝ ¶ Primus eſt dicentiũ ꝙ anima moriat̃ cum corpore ſicut Arabs aſſerit. Vel etiã poſt modicũ interuallum ſicut Seno dixit: ut recitat̃ in libro de eccleſiaſticis dogmatibus. Contra quos eſt apl̃us Philip. i. Deſiderium habes diſſolui ⁊ eſſe cũ xp̃o. ⁊ Apoca. vi. Vidi ſub altari dei aĩas interfectorꝝ propter verbũ dei.

¶ Secundus eſt error ipſius Origenis: qui poſuit demones ⁊ homines damnatos iterum poſſe purgari ⁊ redire in gloriam ⁊ angelos ⁊ homines beatos iterum poſſe ad malũ deduci. qđ eſt contra auctoritatẽ domini Math. xxv. Ibunt hi in ſupplicium eternũ: iuſti autẽ in vitã eternam.

¶ Tertius eſt error: dicentium omnia premia ⁊ omnes penas malorum futuras eſſe equales. Contra quos primũ dicitur Corinth. xv. Stella differt a ſtella in claritate. ſic ⁊ mortuorꝝ reſurrectio. Contra ſecundũ dicit̃ Math. xi. Tiro ⁊ ſydoni remiſſius erit in die iudicij q̃ʒ vobis.

¶ Quartus eſt error: dicentiũ malorꝝ animas non ſtatim poſt mortem deſcendere in infernum: nec aliquas ſanctorꝝ animas paradiſum intrare ante diem iudicij. Contra quos dicit̃ Lu. xvi. Mortuus eſt diues ⁊ ſepultus in inferno. ⁊ Corinth. v. Si terreſtris domus noſtra: diſſoluat̃ huius habitationis domũ habemus nõ manufactã cõſeruatã in celis.

¶ Quintus eſt error: dicentiũ non eſſe purgatorium animarꝝ poſt mortem eorum: ſcilicet qui in caritate decedẽtes aliquod purgabile habent. Contra quos Corinthi. iii. Si quis edificauerit ſuper fundamentũ ſcilicet fidei per dilectionem operantis lignum: fenum: ſtipulam: detrimentũ patietur: ipſe tamen ſaluus erit: ſic tamen tanq̃ʒ per ignem. Et contra hos errores dicitur in ſimbolo: Vitam eternam amen. vel: Vitam venturi ſeculi Amen.

¶ Alij vero qui ſeptem articulos circa fidem diuinitatis aſſignant eos ſic diſtinguũt: ut Primus ſit de eſſentie vnitate. Secundus de perſona patris. Tertius de perſona filij. Quartus de perſona ſpiritus ſancti. Quintus de effectu creationis. Sextus de effectu iuſtificationis. Septimus de effectu remunerationis: In quo cõprehendunt: Reſurrectionẽ ⁊ vitam eternã Amen. Et ſic dum predictorũ sex articulorum. Secundũ diuidunt in tres. Quintũ vero ⁊ ſextũ cõpingunt in vnũ: fiunt ſecundũ eos ſeptem articuli. Nec refert quantũ ad veritatem fidei: uel erroris vitat.onẽ qualiter diſtinguat̃.

¶ Nunc reſtat cōſiderare articulos qui ptinēt ad humanitatē xp̄i: circa quā etiā .vi. articulos diſtinguūt.

Uorum primus eſt circa conceptionē ꝛ natiuitatem xp̄i: ſm ꝙ dicit̃ Eſaie .vi. ꝛ inducit̃ Math .i. Ecce virgo concipiet ꝛ pariet filiū: ꝛ vocabit̃ nomen eius hemanuel. Et circa hunc multi errores fuerunt.

¶ Primus fuit dicentiū xp̄um eſſe purum hominem: ꝛ qḋ non ſemper fuit: ſed a Maria virgine ſumpſit exordium. Et iſte eſt error Carpacratis ꝛ Cherinthi ꝛ Ebionis ꝛ Pauli ſamoſitani: ꝛ Fotini. Contra quos dicit̃ Roma .viii. Ex quibus xp̄us ſecūdum carnē ſuper omnia benedictus deus amen.

¶ Secundus eſt error Manichiorꝝ dicentium ꝙ xp̄us non habuit verum corpus ſed fantaſticū. Cōtra quod eſt domin⁹ Luce vlti. Reprehendit errorem diſcipulorꝝ ſuorū: qui conturbati ꝛ perterriti eſtimabāt ſe ſpūm videre. Et Math .xiiii. Uidētes eum diſcipuli ſuper mare ambulantē turbati ſunt dicentes: q2 fantaſma eſt ꝛ pre timore clamauerunt. Quorꝝ opinionē remouet dn̄s dicēs: Habete fiduciā ego ſum nolite timere.

¶ Tertius eſt error Ualentini: qui dixit chriſtū celeſte corpus attuliſſe nihilqꝫ de btā virgine aſſumpſiſſe: ſꝫ per illā tanqꝫ per riuū ſeu fiſtulam ſine vlla de illa aſſumpta carne tranſiſſe. Cōtra quem dicitur ad Galathas .iiii. Miſit deus filium ſuum factum ex muliere.

¶ Quartus eſt error Appollinaris: qui dixit verbum in carnē fuiſſe cōuerſum aut tranſmutatū: Non autem carnem de Marie carne ſuſceptam: propter illud quod dicit̃ Johan. pmo. Uerbum caro factū eſt. Per hoc intelligens ꝙ verbum ſit in carnem cōuerſum. Contra quod ſtatim ibidem ſoluit̃: Et habitabit in nobis. Non autem in noſtra natura integre habitaſſet ſi fuiſſet in carne cōuerſum. Unde intelligendū eſt: Uerbum caro factum eſt: ideſt verbum factum eſt homo. Sic enim caro frequēter ſumit̃ in ſcripturis: ut illud Eſaie .xl. Uidebit omnis caro pariter quod os dn̄i locutum eſt.

¶ Quitus error eſt Arrij: qui poſuit Chriſtū humanā animam non habuiſſe: ſed verbum fuiſſe loco anime. Contra quod dicitur Johānis .x. Nemo tollet animā meam: ſed ego ponam eam ꝛ iterum ſumam eam.

¶ Sextus eſt error Appollinaris: qui cum predicto teſtimonio ꝛ alijs cōuinceretur animam humanam chriſtum habuiſſe: poſuit ꝙ chriſtus non habuit intellectum humanum: ſed verbum dei fuit ei loco intellectus. Contra quod eſt quod dominus ſe eſſe hominē confitet̃ Johānis .vi. Queritis me interficere hominem qui veritatem locutus ſum vobis. Non autē fuiſſet homo ſi anima rationali caruiſſet.

¶ Septimus eſt error Euticetis: qui poſuit in chriſto vnam naturam cōpoſitā ex diuinitate ꝛ humanitate. Contra quod apoſtolus dicit: Quod cum in forma dei eſſet formam ſerui aſſumpſit. Philipen .ii. Manifeſte diſtinguens in eo duas naturas: diuinam ꝛ humanam.

¶ Octauus eſt error Monothelicarum: ponentium in chriſto vnam ſcientiam et voluntatem. Contra quod dominus dicit Mathei .xxv. Non ſicut ego volo ſed ſicut tu. Ubi manifeſte in chriſto ponitur: alia voluntas humana: alia diuina: que eſt cōmunis patri ꝛ filio.

¶ Nonus eſt error Neſtorij: qui poſuit chriſtū deum perfectum ꝛ hominem perfectū: ꝛ tamen aliam dixit perſonam dei eſſe: et aliam hominis: ꝛ ꝙ non eſt facta vnio dei ꝛ hoīs in vna perſona chriſti: ſed ſolum ſecundū gratie inhabitationem: ita ꝙ negat beatam virginem eſſe matrem dei: ſed etiam eſſe matrē hominis chriſti. Contra quod dicit̃ Luce .i. Quod ex te naſcetur ſanctū vocabit̃ filius dei.

¶ Decimus error eſt Carpocratis: qui hominem chriſtum de vtroqꝫ natum putaſſe perhibet̃. Contra quod dicitur Mathei primo: Antequā conuenirent: inuenta eſt in vtero habens de ſpiritu ſancto.

¶ Undecimus error eſt Heluidij dicentis: ꝙ poſtq̃ beata virgo peperit chriſtũ ex Joſeph: plures filios genuit. Contra qđ dicit̃ Ezechie. xl. Hec porta clauſa erit ⁊ non aperiet̃: ⁊ vir non tranſibit per eam: quoniã dominus deus egreſſus eſt per eaȝ. Et contra hos omnes errores in ſimbolo apoſtoloꝝ dicitur: ꝙ filius dei cõceptus eſt de ſpiritu ſancto: natus ex Maria virgine. Et in ſimbolo patrũ dicit̃. Qui propter nos homines ⁊ ꝓpter noſtrã ſalutē deſcendit de celis: Et incarnatus eſt de ſpiritu ſancto ex Maria virgine ⁊ homo factus eſt.

Secundus articulus eſt de paſſione ⁊ morte xp̄i: quod dominus ipſe predixit dicens. Ecce aſcendimus hieroſolymã: ⁊ filius hominis tradetur principibus ſacerdotũ: ⁊ condēnabunt eum morte: ⁊ tradent eum gentibus ad illudendum: ⁊ flagellandũ: ⁊ crucifigendum. Contra hunc articulum: ¶ Primo quidem eſt error Manicheoꝝ: qui ſicut corpus xp̄i fantaſticum aſſerunt: ita paſſionem xp̄i non in veritate ſed in fantaſia eſſe arbitrantur. Contra quod Eſaie. liij. Vere languores nr̄os ipſe tulit: ⁊ tanq̃ ouis ad occiſionem ductus eſt. Quod etiam inducit̃ actuũ. viij.

¶ Secũdus eſt error Galani: qui in xp̄o vnam naturam poſuit ſed incorruptibilē ⁊ imortalem. Contra qđ dicit̃. Pe. iij. Xp̄us ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt. Et cõtra oẽs hos errores ponit̃ in ſimbolo. Crucifixus: mortuus: ⁊ ſepultus.

Tertius articulus eſt de reſurrectione chriſti ſecundũ ꝙ ipſe dixit Mathei. xx. Tertia die reſurget. Et circa hũc articulũ: ¶ Primo quidē errauit Cherinthus: aſſerens Xp̄um non reſurrexiſſe ſȝ reſurrecturū eſſe. Cõtra qđ dicit̃ Corint. xv. Reſurrexit tertia die ſm̄ ſcripturas.

¶ Secundus error eſt qui imponitur Origeni: ꝙ ſit iteruȝ pro ſalute demonũ paſſurus. Contra quod dicitur Roma. vi. Xp̄s reſurgens ex mortuis: iam non moritur: mors illi vltra nõ dominabitur. Et contra hos errores dicitur in ſimbolo. Tertia die reſurrexit a mortuis.

Quartus articulus eſt de deſcenſu ad inferos corpe iacente in ſepulchro. Ephe. iiii. Deſcēdit primuȝ in inferiores partes terre. Vñ in ſimbolo dicit̃. Deſcēdit ad inferos. Qđ eſt cõtra quoſdã: qui poſuerũt xp̄m nõ deſcendiſſe per ſeipſuȝ ad inferos: cũ tñ Pe. dicat actuũ. ii. ꝙ nõ eſt derelict⁹ in inferno.

Quintus articulus eſt de aſcēſione xp̄i in celũ. de quo ipſe dicit Joh. xx. Aſcendo ad patrē meũ ⁊ patreȝ veſtrũ. Circa quē errant Selentiani qui negant ſaluatorē in carne ſedere ad dexterã dei patris. Sed ſcđm quod eũ exuit e ⁊ in ſole poſuit. Contra quod dicit̃ Math. vi. Dñs quideȝ ieſus poſtq̃ locutus eſt eis: aſſumptus eſt in celũ ⁊ ſedet ad dexterã dei. Unde in ſimbolo dicit̃. Aſcēdit in celum ⁊ ſedet ad dexterã dei p̄ris.

Sextus articulus eſt de aduentu ad iudiciũ: de quo ipſe dñs dicit Math. xxv. Cum venerit filius hoīs in maieſtate ſua ⁊ oẽs angeli cũ eo: tunc ſedebit in ſede maieſtatis ſue. Et Petrus dicit actuũ. x. Hic eſt qui cõſtitutus eſt a deo iudex viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ. ideſt bonoꝝ ⁊ maloꝝ: ſiue eoꝝ qui iam mortui ſunt: ⁊ eoꝝ qui in aduētu xp̄i viui inueniunt̃. Et circa hoc errant iſti de quibus dicit̃ Pe. iij. Venient in nouiſſimis diebus in deceptionē illuſores: iuxta ꝓprias cõcubinas ambulantes ⁊ dicentes: vbi eſt nunc ꝓmiſſio aut aduentus eius. Contra quos dicit̃ Job. xix. Fugite a facie gladij: qm̄ vltor iniquitatis eſt gladius: ⁊ ſcitote eſſe iudiciũ. Unde in ſimbolo dicit̃. Inde venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos. Illi aũt qui ſeptem articulos ponũt humanitatis: diſtinguũt primũ articulũ in duos ponētes. ſ. ſub alio articulo conceptionē xp̄i: ⁊ ſub alio eius natiuitatē.

Nunc reſtat videre de eccleſie ſacramentis: que tñ oīa ꝯprehendunt̃ ſub quarto articulo: que ad effectũ gratie pertinēt. Sed qꝛ ſpecialē de ſacramētis queſtioneȝ feciſtis: de his ſeorſum agendũ. ¶ Eſt igit̃ primo ſciendum ꝙ ſicut Aug. dicit in. iiii. de ciuitate dei. Sacramentũ eſt ſacrũ ſecretũ: uel ſacre rei ſignũ. Fuerunt autem in veteri lege quedaȝ.

ſacramenta ideſt ſacre rei ſigna:ſicut agnus paſcalis ⁊ alia ſa
cramenta legalia. Que quidē ſolum ſignificabant gratiā xp̄i:
non tñ eam cauſabant. Unde aplus ad Gala. iiii. vocat ea ege
na ⁊ infirma elementa. Egena quidem: qꝛ gratiā non cōtine/
bant. Infirma: quia gratiam cōferre nō poterant. Sacramēta
vero legis noue cōtinent ⁊ cōferunt gratiā. In eis eniʒ eſt vir
tus xp̄i: que ſub tegumento rerum viſibiliū ſecretius operaꝛ̃ ſa
lutē ut Aug. dicit. Et ideo ſacramentuʒ noue legis eſt inuiſibi
lis gratie: viſibilis forma: ut imaginē gerat ⁊ cauſa exiſtat. Si
cut ablutio que fit in aqua baptiſmatis: repreſentat interioreʒ
mundationē que fit a peccatis per virtutē baptiſmi.

¶ Sunt aūt ſacramenta noue legis ſeptē. ſ. Baptiſmus: confir
matio: eucariſtia: penitentia: extrema vnctio: ordo: ⁊ matrimo
niū. Quoꝝ prima quinqꝫ ordinanꝛ̃ ad perfectionem hominis
in ſeipſo. Alia vero duo ordinanꝛ̃ ad perfectionē ⁊ multiplica
tionē totius eccleſie. Uita enim ſpiritualis conformaꝛ̃ vite cor
porali. In vita autē corporali homo perficiꝛ̃. Primo quidē per
generationē qua naſciꝛ̃ in hoc mundo. Secūdo per augmentū
quo perduciꝛ̃ ad quantitatē in virtute perfecta. Tertio per ci
buʒ quo ſuſtentaꝛ̃ hominis vita ⁊ virtus. Et hec quidem ſuffi
cerent: ſi nunqꝫ infirmari cōtingeret. Sed quia frequenter ho
mo infirmaꝛ̃: quarto indiget ſanatione. Sic eſt in vita ſpiritu
ali. Primo quideʒ homo indiget regeneratione que fit per ba
ptiſmū: ſcd̄m illud Joh. iii. Niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊
ſpiritu ſancto: non poteſt intrare in regnū dei. Secundo opor
tet ꝙ homo accipiet perfectā virtutē: quaſi per quoddaʒ ſpiri/
tuale augmentū per ſacramentū cōfirmationis ad ſimilitudi
nem aplo͛ꝝ: quos ſpūs ſanctus in eos veniens cōfirmauit. vn
de dn̄s eis dixit Luce vlti. Sedete in ciuitate donec induami
ni virtute ex alto. Tertio oportet ꝙ homo ſpūaliter nutriatur
per eucariſtie ſacramentū: ſm̄ illud Joh. vi. Niſi māducaueri/
tis carnē filij hoīs ⁊c̃. Quarto oportet ꝙ homo ſpūaliter ſa/
neꝛ̃ per ſacramentū penitētie ſm̄ illud Pſal. Sana animā me/

am quia peccaui tibi. Quinto ſpūaliter ⁊ corporaliter per ſac̃/
mentū extreme vnctionis: ſm̄ illud Ja. vlti. Infirmaꝛ̃ quis in
vobis ⁊c̃. Quantū aūt ad cōem eccleſie vtilitatē ordinanꝛ̃ duo
ſacramenta. ſ. ordo. ⁊ matrimoniū: qꝛ per ordinē eccleſia guber
natur ⁊ multiplicaꝛ̃ ſpūaliter. per matrimoniū vero multipli/
catur corporaliter.

¶ De ſacramentis in cōi.

Est aūt conſiderandū ꝙ predicta ſeptē ſacramēta quedā
habent cōia: ⁊ quedā propria. Cōmune quideʒ eſt oībus
ſacramentis quod ꝯferat gratiā ſicut dictū eſt. Et eſt oīnibus
cōmune ꝙ omne ſacramentū conſiſtit in corporalibus ſicut in
carne xp̄i ſanctificata eſt: ⁊ virtutē ſanctificandi habet per ver
bum ſibi vnitū. Ita ⁊ res ſacramentoꝝ ſanctificanꝛ̃: ⁊ vim ſan
ctificandi habent per verba que in eis proferunꝛ̃. vnde Augu.
dicit ſuper Joh. Accidit ad verbū elementū ⁊ fit ſacramentum
Unde verba quibus ſanctificanꝛ̃ ſacramenta dicunꝛ̃ forme ſa
cramentoꝝ. Res aūt que per huiuſmodi verba dicuntur ſacra
mentoꝝ materie. Sicut aqua eſt materia baptiſmi: ⁊ criſma cō
firmatiōis. Requiritur etiam in quolibet ſacramento perſona
miniſtri conferentis ſacramentū cum intentione faciendi qd̄
facit eccleſia. Quorum trium ſi aliquid deſit ideſt ſi non ſit de
bita forma verborū. ſi non ſit debita materia: ſi miniſtri ſacra/
menti non intendant conficere ſacramentū: non perficitur ſa/
cramentū. Impediꝛ̃ etiam effectus ſacramenti per culpam re/
cipientis: puta ſi fictus accedat ⁊ non corde parato ad ſuſcipi
endū ſacramentū: talis enim licet ſacramētū ſuſcipiat: effectū
tamē ſacramēti. i. gratiā ſancti ſpūs non recipit: quia ut diciꝛ̃
Sapien. i. Spūs ſanctus diſcipline effugiet fictum. Econuer/
ſo autem aliqui nondum receperunt ſacramentum: qui tamen
effectum ſacramenti ſuſcipiunt: propter deuotionem quam ip
ſi habent ad ſacramentum quod habent in voto ſeu deſiderio.
Sunt autem quedam propria ſacramentis quibuſdam. Nam
quedam horum imprimunt caracterem: ideſt ſpirituale quod/

da'n ſignũ diſtinctiuũ a ceteris: ſicut in ſacramento baptiſmi
in ſacramento oꝛdinis: ⁊ in ſacramẽto cõfirmationis· Et talia
ſacramẽta nunq̃ꝫ reiterant̃ ſuper eandẽ perſonã· Nunq̃ꝫ enim
qui eſt baptizatus debet iterũ vlterius baptizari: nec cõfirma
tus iterum cõfirmari: nec oꝛdinatus iterũ oꝛdinari: quia cara
cter qui in hmõi ſacramentis impꝛimit̃ indelibilis eſt· In ali/
is vero ſacramentis nõ impꝛimit̃ caracter ſuſcipienti ea· Et iõ
poſſunt iterari quantũ ad perſonã ſuſcipientẽ: non tñ quantũ
ad materiã· Poteſt eñi vnus frequẽter eucbariſtiã ſumere: fre
quenter penitere: frequenter extremã vnctionem ſuſcipere: fre
quenter matrimoniũ cõtrabere· Non tñ eadẽ boſtia debet fre/
quenter conſecrari: nec idem oleũ infirmoꝝ debet frequenter
benedici· Alia quoq̃ꝫ differẽtia eſt: qꝛ quedã ſacramenta ſunt
de neceſſitate ſalutis ſicut baptiſmus ⁊ penitẽtia: que ſunt in/
ſtituta ad purgandũ peccata: quibus nõ exiſtentibus non põt
bomo ſaluari· Alia vero ſacramẽta non ſunt de neceſſitate ſalu
tis: qꝛ ſine bis poteſt bomo eſſe ſaluus: niſi propter contemptũ
ſacramenti·

De ſacramentis in ſpeciali·

Is viſis in cõi circa eccleſie ſacramẽta: opoꝛtet quedam
in ſpeciali de ſingulis dicere. Primo igit̃ circa baptiſ/
mũ ſciendũ eſt ꝙ materia baptiſmi eſt aqua vera ⁊ naturalis:
nec differt vtrũ ſit frigida uel calida. In aquis aũt artificiali/
bus ſicut eſt aqua roſacea ⁊ alijs hmõi baptizari nõ poteſt· For
ma autẽ baptiſmi eſt iſta. Ego te baptizo in noĩe patris ⁊ filij
⁊ ſpũs ſancti· Miniſter autẽ buius ſacramenti pꝛopꝛius eſt ſa/
cerdos: cui ex officio competit baptizare· In articulo neceſſita
tis non ſolũ pꝛeſbyter ſed etiã diaconus uel laicus: ⁊ mulier ſi
ue etiam paganus aut bereticus poteſt baptizare: dũmodo ſer
uet foꝛmam eccleſie: ⁊ intendit facere quod facit eccleſia. Si
vero extra articulũ neceſſitatis aliquis a talibus baptizet̃: re/
cipit quidẽ ſacramentũ: ⁊ nõ debet iterũ baptizari: non tñ reci
pit gratiã ſacramẽti: qꝛ ficti reputant̃: ut pone contra ſtatutũ
eccleſie ſacramentũ recipiẽtes· Effectus aũt baptiſmi eſt remiſ
ſio culpe oꝛiginalis ⁊ actualis: ⁊ etiam totius culpe atq̃ꝫ pene:
ita ꝙ baptizatis nõ eſt aliqua ſatiſfactio iniũgenda pꝛo pecca
tis pꝛeteritis: ſed ſtatĩ moꝛientes poſt baptiſmũ introducunt̃
ad gloꝛiã dei. Unde effectus baptiſmi ponit̃ apertio ianue pa
radiſi· Circa boc ſacramentũ fuerunt aliqui erroꝛes·

Primus quidem eſt Solentianoꝝ: qui dicunt ꝙ baptiſmum
nõ recipiunt in aqua ſed ſolũ baptiſmũ ſpiritualẽ· Cõtra quos
dominus dicit Joban· iii· Niſi quis renatus fuerit ex aqua et
ſpiritu ſancto ⁊c·

Secũdus fuit erroꝛ Donatiſtarũ repꝛobantiũ eos qui ſunt a
catbolicis baptizati· Contra quos dicit̃ ad Ephesi· iiii· Una ſi
des: vnũ baptiſma· Et eſt alius erroꝛ eoꝝ· Nam dicũt ꝙ bomo
in peccatis exiſtens nõ poteſt baptizare· Contra quos Jobã· i.
Super quẽ videritis ſpiritũ deſcendentẽ ⁊ manentẽ ſuper eum
bic eſt qui baptizat ideſt xp̃us· Unde nõ nocet bomini malus
miniſter nec in boc nec in alijs ſacramentis: qꝛ xp̃s eſt bonus
qui interius perficit ſacramentum·

Tertius eſt erroꝛ Pelagianoꝝ: qui dicũt pꝛopterea pueros
baptizari ut regeneratione adoptati admittant̃ ad regnũ dei
de bono in melius tranſlati: non iſte renouationes ab aliquo
malo obligationis veteris abſoluti·

De ſecundo ſacramento·

Secundũ ſacramentũ eſt cõfirmationis: Cuius materia
eſt criſma: confectũ ex oleo: quod ſignat nitoꝛẽ cõſciẽtie
⁊ balſamo quod ſignat odoꝛẽ bone fame per epiſcopũ benedi/
ctũ· Foꝛma autẽ buius ſacramenti eſt talis: Conſigno te ſigno
crucis: ⁊ confirmo te criſmate ſalutis in nomine patris ⁊ filij
⁊ ſpiritus ſancti Amen· Miniſter autẽ buius ſacramenti eſt ſo
lus epiſcopus· Non enim licet ſacerdotes confirmandos criſ/
mate in fronte inũgere. Effectus autem buius ſacramẽti eſt
ꝙ in eo datur ſpiritus ſanctus ad robur ſicut datus eſt apoſto

lis in die penthecoſtes: ut ſcilicet xp̄ianus audacter confiteat̄ nomen xp̄i· Et ideo confirmādus in fronte inungitur: in qua eſt ſedes verecundie: ut ſcilicet nomen xp̄i confiteri nō erube/ſcat: ⁊ precipue crucē eius: que eſt iudeis ſcandalū: gentibus autem ſtulticia: ⁊ propter hoc etiam ſigno crucis conſignatur· Circa hoc autē ſacramentū eſt error quorundā Grecorū dicentium: ꝙ ſacerdos ſimplex hoc ſacramentū poteſt cōferre· Con/tra quos dicit̄ Actuū· viii· ꝙ apoſtoli miſerunt Petrū ⁊ Johannem apoſtolos: qui imponebant manus ſuper eos qui baptizati erant a Philippo diacono: ⁊ accipiebant ſpiritum ſanctum· Epiſcopi autē ſunt in eccleſia loco apoſtolorū: ⁊ loco impoſitionis manus datur in eccleſijs confirmatio.

De tertio ſacramento·

Tertium ſacramentū eſt eucariſtie Cuius materia eſt panis triticeus: ⁊ vinum de vite modica aqua permixtum: ita ꝙ aqua tranſeat in vinum· Nam aqua ſignat populū qui incorporat xp̄o· De alio autem pane ꝙ̄ tritici: ⁊ de alio vino ꝙ̄ vitis non poteſt hoc confici ſacramentū· Forma autē huius ſacramenti ſunt verba xp̄i dicentis: Hoc eſt corpus meum: et hic eſt calix ſanguinis mei noui ⁊ eterni teſtamenti: miſterium fidei: qui pro vobis ⁊ pro multis effundet̄ in remiſſionem peccatorum· Sacerdos in perſona chriſti loquēs hoc conficit ſacra/mentum. Miniſter autem huius ſacramenti eſt ſacerdos: nec aliquis alius poteſt conficere corpus xp̄i· Effectus autem hu/ius ſacramenti eſt duplex: quorum Primum conſiſtit in ip̄a cō/ſecratione ſacramenti. Nam virtute predictorū verborū panis conuertitur in corpus chriſti: vinum in ſanguinē: ita tamen ꝙ totus xp̄us continetur ſub ſpeciebus panis que remanent ſine ſubiecto: ⁊ totus xp̄us ſub ſpeciebus vini: ⁊ ſub qualibet parte hoſtie ꝯſecrate vel vini ꝯſecrati ſeparatione facta eſt tot⁹ xp̄us·

Alius vero effectus huius ſacramenti quē in anima digne ſumentis facit: eſt adunatio hominis ad xp̄um: ſicut ipſe dicit Johan· vi· Qui manducat meam carnē: ⁊ bibit meū ſanguinē in me manet ⁊ ego in eo. Et quia per gratiam homo chriſto incorporatur ⁊ membris eius vnitur· Conſequēs eſt ꝙ per hoc ſacramentum in ſumentibus digne gratia augeatur· Sic igitur in hoc ſacramento eſt aliquid quod eſt ſacramentū tantū: ſcilicet ipſe ſpecies panis ⁊ vini: ⁊ aliquid quod res ⁊ ſacramen/tum: ſcilicet corpus xp̄i verum: et aliquid quod eſt ſignatū tantum: ſcilicet vnitas corporis miſtici ideſt eccleſie: quam hoc ſacramētū ſignificat ⁊ cauſat· Fuerant autem circa hoc ſacramē/tum multi errores quorum:

Primus eſt eorum qui dicunt ꝙ in hoc ſacramento nō eſt verum corpus xp̄i ſed tantū ſignificatiue· Cuius erroris dicit̄ fuiſſe cauſa Berengarius· Contra qđ dicit̄ Joh· vi· Caro mea vere eſt cibus: ⁊ ſanguis meus vere eſt potus.

Secundus eſt error Artodinitarū: qui offerunt in ſacramento panem et caſeum: dicentes a primis hominibus oblationes de fructibus terre et ouium fuiſſe celebratas· Contra quod eſt quod dominus huius ſacramenti inſtitutor panem et vinum diſcipulis dedit·

Tertius eſt error Cathafrigarū ⁊ Prepuciatorū: qui de infantis ſanguine quē de toto eius corpore minutis punctionē vulneribus extorquent: quaſi eucariſtiam ſuam conficere perhibē/tur: miſcentes eum farine: panemq̄ exinde cōficientes: quod magis eſt ſimile ſacrificijs demonū ꝙ̄ ſacrificijs xp̄i: ſecundū illud Pſal· Effuderunt ſanguinē innocentem quem ſacrifica/uerunt ſculptilibus Chanaan·

Quartus eſt error Aquiriorū: quia aquam ſolā in ſacrifici/is offerunt: cum tamē Prouerbi· ix· dicat̄· Ex ore ſapientis qui eſt xp̄us Bibite vinū quod miſcui vobis.

Quintus eſt error Opitarū qui ſerpentē eſſe xp̄um eſtimantes habent vnū colubrū aſſuetū panes lingua lābere: atq̄ ita eis velut eucariſtiam ſanctificare·

Sextus eſt eſt error Preputianorū qui tantum dant mulieri

bus principatum: ut ſacerdotio apud eos honorent.
¶ Septimus eſt error pauperum de Lugduno: qui dicunt iu-
ſtum hominem poſſe conficere hoc ſacramentũ. Contra quos
errores eſt quod dominus apoſtolis ſuis tradidit poteſtatem
hoc ſacramentũ celebrandi. Unde ſolum illi qui quadã ſucceſ-
ſione ab apoſtolis acceperunt hanc poteſtatem: poſſunt hoc ſa-
cramentũ conficere.
¶ Octauus eſt error quorundam qui dicuntur Adamani: qua-
ſi imitantes nuditatem Ade: ita q̃d mares femineq̧ conueni-
unt nudi lectiones audire: nudi orant: ſacramenta nudi cele-
brant. Contra quos dicitur Corinthi. xiiii. Omnia honeſte et
ſecundum ordinem fiant in vobis.

¶ De quarto ſacramento.

Quartum ſacramentũ eſt ſacramentum penitentie. Cuius
quaſi materia ſunt actus penitentis: qui dicuntur tres
partes penitentie quarum:
¶ Prima eſt contritio cordis: ad quam pertinet ut homo doleat
de peccato cõmiſſo: ꝛ ꝓponat ſe de cetero nõ peccaturũ.
¶ Secũda pars eſt confeſſio: ad quã pertinet ut peccator om-
nia peccata quoꝝ memoriã habet ſuo ſacerdoti confiteat̃ inte-
graliter: nõ diuidens ea diuerſis ſacerdotibus.
¶ Tertia pars eſt ſatiſfactio pro peccatis ſecundũ arbitriũ ſa-
cerdotis: que quidem precipue fit per ieiunium oratiõnẽ ꝛ ele-
moſinam. Forma autẽ huius ſacramenti ſunt verba abſolutio-
nis que ſacerdos profert dum dicit: Ego te abſoluo. Miniſter
huius ſacramenti eſt ſacerdos habens auctoritatem abſoluen-
di: uel per ordinarium: uel ex cõmiſſione ſuperioris. Effectus
huius ſacramenti eſt abſolutio a peccato. Eſt autẽ circa hoc
ſacramentũ error Nouatianoꝝ: qui dicunt hominẽ poſt baptiſ-
mũ peccantẽ non poſſe per penitentiã veniã conſequi. Contra
quos dicit̃ Apocalipſ. ii. Memor eſto unde excideris: ꝛ age pe-
nitentiam: ꝛ prima opera fac.

¶ De quinto ſacramento.

Quintũ eſt ſacramentũ extreme vnctionis: cuius materia
eſt oleũ oliue per epm̃ benedictũ. Hoc autẽ ſacramentũ
non debet dari niſi infirmo q̃n timet̃ de periculo mortis: Qui
debet inungi in locis quinq̧ ſenſuũ: videlicet in oculis ꝓpter
viſum: in auribus propter auditũ. in naribus ꝓpter odoratũ.
in ore ꝓpter guſtum uel locutionẽ. in manibus ꝓpter tactum.
in pedibus ꝓpter greſſum. Quidam aũt inungũt in renibus:
propter delectationẽ que in renibus viget. Forma aũt hui⁹ ſa-
cramenti eſt iſta: Per iſtam vnctionẽ ꝛ ſuã piiſſimã miſericor-
diã indulgeat tibi dñs quicquid deliquiſti per viſum: ꝛ ſimili-
ter in aliis. Miniſter huius ſacramenti eſt ſacerdos. Effectus
aũt huius ſacramenti eſt ſanatio mẽtis ꝛ corporis. Circa hoc
ſacramentũ eſt error Eradonitaꝝ: qui ferunt̃ ſuos morientes
nouo modo quaſi redimere ideſt per oleũ balſamũ ꝛ aquã ꝛ in-
uocationibus: quas hebraicis verbis dicũt ſup capita eoꝝ: q̃d
eſt cõtra formã a Jacobo traditã ut ſupra dictũ eſt.

¶ De ſexto ſacramento.

Sextũ eſt ſacramentũ ordinis. Sunt aũt ſeptem ordines
Preſbyteratus: diaconatus: ſubdiaconatus: accolitatus
ordo exorciſte: lectoris: ꝛ oſtiarii. Clericatus nõ eſt ordo ſʒ que-
dam profeſſio vite ſe dantiũ diuino miniſterio. Epiſcopatus
magis eſt dignitas ꝙ̃ ordo. Materia autẽ huius ſacramẽti eſt
illud materiale per cuius traditionẽ confert̃ ordo. Sicut preſ-
byteratus tradit̃ per calicis collationẽ. Et quilibʒ ordo tradi-
tur per collationẽ illius rei que precipue ꝑtinet ad miniſteriuʒ
illius ordinis. Forma aũt huius ſacramẽti eſt talis. Accipe po-
teſtatẽ offerendi ſacramentũ in eccleſia pro viuis ꝛ mortuis.
Et idem eſt dicendũ de aliis ordinibus. Miniſter huius ſacra-
menti eſt epũs qui confert ordines. Effectus huius ſacramẽti
eſt augmentuʒ grẽ ad hoc ut aliquis ſit idoneus miniſter xpi.
Circa hoc ſacramentũ fuit error Arrii: qui dicebat preſbyteruʒ
ab epiſcopo nõ debere diſcerni.

¶ De ſeptimo ſacramento.

Eptimũ ſacramentũ eſt matrimoniũ qđ eſt ſignum coniunctiõis xp̄i ⁊ eccleſie. Cauſa autẽ efficiens matrimonium eſt mutuus ꝯſenſus per verba de pꝛeſenti expꝛeſſus. Eſt autẽ tríplex bonũ matrimonij: quoꝝ. Pꝛimũ eſt pꝛoles ſuſcipienda ⁊ educenda ad cultum dei. Secundũ eſt fides quã vnus cõiugum debet alteri ſeruare. Tertiũ eſt ſacramentũ ideſt indiuiſibilitas matrimonij per hoc qđ ſignificat indiuiſibilẽ coniunctionẽ xp̄i ⁊ eccleſie. Eſt autẽ circa hoc ſacramentum multiplex erroꝛ. ¶ Pꝛimus quidẽ eſt Tatianoꝝ qui nuptias dãnant cõtra id qđ Coꝛin. vii. dicit̃. Mulier nõ peccat ſi nubat.

¶ Secundus eſt erroꝛ Iouiniani: qui nuptias equauit virginitati: de quo ſupꝛa dictum eſt.

¶ Tertius eſt erroꝛ Nicolaitaꝝ: qui indifferenter mutuis vxoribus vtunt̃. Fuerunt etiã multi alij heretici turpia quedã dicentes ⁊ exercẽtes. Contra illud Hebꝛeoꝝ vlti. Sit honoꝛabile cõnubiũ ⁊ thoꝛus ĩmaculatus. Hoꝝ autẽ virtute ſacrametoꝛũ homo perducit̃ ad futurã gloꝛiã: que conſiſtit in ſeptẽ dotibꝰ: tribus anime: ⁊ quatuoꝛ coꝛpoꝛis.

¶ Pꝛima dos eſt viſio dei per eſſentiam: ſecundũ illud Io. iii. Uidebimus eum ſicut eſt.

¶ Secunda dos eſt compꝛehenſio: qua ſcilicet deum appꝛehendimus quaſi noſtram mercedem. Coꝛinth. ix. Sic currite ut cõpꝛehendatis.

¶ Tertia dos eſt fruitio qua in deo delectabimur: ſcđm illud Ioh. xx. Tunc ſuper omnipotentis delitijs affluas.

¶ Pꝛima autem dos coꝛpoꝛis eſt impaſſibilitas: ſecundum illud Choꝛinthi. xv. Opoꝛtet coꝛꝛuptibile hoc induere incoꝛꝛuptionem.

¶ Scunda eſt claritas: ſm̃ illud Math. xxviii. Fulgebũt iuſti ſicut ſol in regno patris eoꝝ.

¶ Tertia eſt agilitas per quã celeriter adeſſe poterunt vbi volunt Sapi. iiii. Tanq̃ ſcintille in arũdineto diſcurrent.

¶ Quarta eſt ſubtilitas: per quã poterunt queciiq̃ voluerint penetrare: ſm̃ illud Coꝛint. xxv. Seminat̃ coꝛpus animale: ſurget coꝛpus ſpirituale. Ad quam gloꝛiam nos perducat pater ⁊ filius ⁊ ſpũs ſanctus. Amen.

¶ Finis.

¶ Tractatus quidam de aqua benedicta.

¶ De triplici genere aque benedicte.
¶ De cauſa principali inſtitutionis aque benedicte.
¶ A quo inſtituta eſt aqua benedicta ⁊ de tpe inſtitutiõis.
¶ De materia ⁊ forma ⁊ miniſtro eiuſdem.
¶ De effectu ⁊ vtilitate aque benedicte.
¶ De modo ſm quē aqua benedicta opereť dictos effectus.
¶ Qđ aſperſio aque bñdicte non eſt ſacramentũ ſed ſacramētale
¶ An aqua bñdicta ſit maioris virtutis ꝙ elementũ altaris.

Tractatus de aqua bñdicta editus ꝑ Reuerendũ patrem ⁊ dominũ. dñm Johãnem de turre cremata Cardinalem ſancti Sixti Incipit feliciter.

¶ Iniũxit mihi nuper Reuerendiſſima paternitas veſtra pater colēdiſſime problēma. reuerendo mgr̃o Johanne de Raguſio primo Bohemoꝝ articulo reſpondenti per mgr̃m Petrum anglicuꝫ ꝓpoſitum notare. cũ diligentia annotaui ſi quid pater ⁊ dñe venerationis ampliſſime nedum ꝓblemmatis titulũ memorie conſignans. veꝝ etiam ꝓ veritate latente / ambiguitatis diſſoluēdo nodulo animi parũper accõmodans q̄. v. R. p. illuminãtiſſime ſapientie emendãdum offero ⁊ ſupplendũ. Cui⁹ quideꝫ problemmatis vicꝫ. Utrũ aqua benedicta ſit maioris efficatie ⁊ v̈tutis ꝙ ſacramentũ ſenſibile altaris deciſio iuxta propoſitũ ⁊ queſitũ duos complecteť articulos. qm̄ aquam benedictã heretici tanꝙ reꝫ inutilem ⁊ nullius virtutis deridere videnť. de eius inſtitutione ⁊ efficaci virtute ac vtilitate ꝑ diuerſa capitula diſtribut⁹ erit primus articul⁹. Scđs vero articulus rñdebit ꝓpoſito dubio.

Capitulum primũ de triplici genere aque benedicte ⁊ quid nominis eius.

¶ Triplex genus aque bñdicte reperio cui⁹ vſum xp̄iane religionis ritus deuote amplectiť ⁊ obſeruat.

¶ Prima aqua benedicta eſt que diuinis precibus ſacrať ⁊ bene-

dicitur in dedicatione eccleſie vel altaris de qua fit mentio extra
de conſecratiōe eccleſie vel altaris in·c·p̄poſuiſti ⁊·c·aqua per epi
ſcopum benedicta··

¶Secūda aqua benedicta eſt fontis baptiſmalis de qua de con/
ſec̄·diſ·iiij·c·iij·Sabbato ſancto ita habeẽ in ſabbato ſancto paſce
⁊ penthecoſtes.Si quis aquā benedictā voluerit in domo ad aſp
ſionē recipere ante criſmatis infuſionē recipiat·

¶Tercia aqua benedicta eſt qua cōmuniter in eccleſia aſpergi/
mur de qua de coſec̄·diſ·iiij·c·aquaꝫ ita diciẽ· Aquam ſale cōſper
ſam populis benedicim⁹ vt ea cuncti aſperſi ſanctificenẽ. Et pri/
mis duob⁹ generib⁹ aque ommiſſis·de tercio genere de quo pro
blemm ꝑpoſitū motuꝫ eſt nunc ſermo habend⁹ eſt· Et quoniaꝫ
vniuſcuiuſqꝫ rei noticia a q̄d nomis ſumit exordiū·Ideo p̄ſentis
intentiōis ſermo a quid nomis aque benedicte ſuū inchoabit de/
curſuꝫ·⁊ licet docto·hui⁹ ſacramentalis aque deſcriptiōeꝫ non tra
diderūt quia rarus ſacramētalib⁹ inter doctores diffuſus eſt ha/
bitus ſermo.reputātes ea tanq̄ꝫ cauſas per accidēs pro anime ſan
ctificatione·Verūtamen diffinitionē hmōi ſacramentalis formā
do·eam ad ſimilitudinē diffinitōis ſacramēti baptiſmi formabis
qua ſm̄ Hugo·de ſancto Victore diciẽ·

¶Baptiſm⁹ eſt aqua deluendis criminib⁹ ſanctificata p verbum
dei·Ita pariformiter aquā bn̄dictaꝫ deſcribētes dicere poſſum⁹.

¶Aqua benedicta eſt aqua ſale cōſperſa pro fugādis demonibus
precum diuinarū verbo exorcizata ſiue ſacrata· que quidē deſcri/
ptio ſatis cōueniens eſſe videẽ cum om̄es cauſas ex quib⁹ vniuſ/
cuiuſqꝫ rei noticia colligiẽ amplectaẽ· Cauſa quidem materialis
tangiẽ cum diciẽ aqua ſale conſperſa· Cauſa formalis dum diciẽ
precum diuinaꝝ verbo·Cauſa autē efficiens nunc addiẽ exorciza
ta ſiue ſacrata ſcilicet per miſteriū eccleſie· Cauſa vero finalis ex/
plicaẽ cum dicitur pro fugandis demonib⁹ de quibus in ſpeciali
ſermo erit in ſequentibus·

Capitulum ſecundum de cauſa principali in/ ſtitutionis aque benedicte·

¶Homo quippe vniuerſariū virium ſuarū totalitate collecta in
deum ferre debit⁹ ab incommutabili bono deo auerſus ⁊ diuina
iuſticia a deo derelict⁹ eſt qui illico potenter inuaſus ita miſerabi
liter deuict⁹ eſt vt neduꝫ diabolus in eum ſed in om̄ia que in ho
minis vſum veniūt in ipius nocumentū poteſtatem acceperit vt
dicit Sanctus Thomas in.iiij·ſententiaꝝ diſ.vj·Qua ex radice
duplex impugnatiōis genus demonis eſſe circa hominē experi/
mur·Impugnat ſiquidem hominē ab interiori·impugnat ⁊ ab ex
teriori·Et licet hui⁹ impugnatiōis moleſtia homo iuſtiſſime gra
uareẽ diuina tamen bonitas humane miſert⁹ infirmitati neduꝫ
contra peccatoꝝ morbos egrotantium animarū efficaces eccleſie
ſue ſanctitatiſqꝫ medicinis in ſacramētis prouidit verūetiam ad
reprimēdam ⁊ arcendaꝫ demonis poteſtatē in aggreſſu impugna
tionis ſalubria remedia in q̄buſdam ſacramentalib⁹ eccleſia ſua
eſſe diſpoſuit·inter que doctores theologici exorciſmū ⁊ aquaꝫ be
nedictā commūi traditione cōnumerant· Exorciſmus quidē con
tra impugnatiōes diaboli quas ab interiorib⁹ cōmouet ad eius
reprimēdam poteſtatē dicitur eſſe ordinatus·Unde energumini
qui exorcizanẽ dicuntur·⁊ dicunẽ quaſi interius laborātes·Aqua
vero benedicta qua impugnatiōes diaboli quibus homīes ab ex
teriorib⁹ propulſat ad eius arcendos ⁊ comprimēdos poteſtatis
vires ⁊ aggreſſus impulſum diciẽ eſſe inſtituta·Preterea hui⁹ in
ſtitutionis cōuenientia ex hoc colligi poteſt.Sic em̄ remediuꝫ cō
tra peccatuꝫ ſc̄do in loco data eſt penitētia congruēter ne in eccle
ſia ſalutaris deficeret medicina cōtra peccata poſt baptiſmū ſub/
orta·Quia baptiſm⁹ eſt ſacramentū non reiterabile.ita videẽ ra/
tiōabile fuiſſe vt in remediū contra impugnatiōes demonū poſt
baptiſmales exorciſmos in hoīes inſurgētes eſſet inſtituta aqua
bn̄dicta. Ex quo baptiſmales exorciſmi nō iteranẽ·Et iſta ratio
Sancti Tho·in·iij·pte·q·lxxj·articulo·ij·in rn̄ſione vnius argu/
mēti·⁊ ita patet ꝙ in eccleſia ſemp eſſet remediū ⁊ munimē para/
tū contra hmōi demonū moleſtias / ꝓuide in eadem hmōi aque
benedicte ſanctificatio eſt inſtituta.

Capitulū terciū a quo inſtituta eſt aqua bene
dicta ⁊ de tempoꝛe eius inſtitutionis.

¶ Ceterum notandum ꝙ ſicut in rerum vniuerſitate. cauſalitate
regimine ⁊ gubernatiōe. deus pro ſua ꝓuidentia quedā immedi
ate perſeipm̄. quedaꝫ vero per cauſas ſumēdas inſtituit. operaꝛ̄ ⁊
regit. ita pꝛifoꝛmiter in eccleſie ſue ſancte regimine ⁊ gubernatiōe
quedaꝫ per ſemet ipm̄ inſtituit quedaꝫ ꝑ eccleſie miniſtros inſti/
tuenda diſpoſuit exemplū pꝛimoꝝ ſunt ipſa eccleſie ſacramenta q̄
vt celebꝛioꝛ habet doctoꝝ theologoꝝ doctrina ab ipſo dn̄o noſtro
ieſu xp̄o immediate ſunt inſtituta cum eī̄ ipſa efficiant qđ figu/
rāt. figurant aūt ⁊ ſignificant ex inſtitutiōe vt dicit Hugo de ſan
cto Victoꝛe li. de ſacramētis ipſa ſacramenta ex inſtitutiōe ſoꝛtiri
dicenda erūt ſue virtutis efficatiam. efficatia aūt talis in ſacm̄en
tis non pōt eſſe niſi a ſolo deo qui ſpirituū ſanctificatoꝛ eſt ſolus
ſm̄ illud yſaie. xliiij. Ego deleo iniquitates ⁊ peccata / ergo ſacra/
mentoꝝ inſtitutio eſt a ſolo xp̄o ⁊ non ab aliquo alio homīe puro
exemplū vero ſcđoꝝ vicꝫ eoꝝ que xp̄s per eccleſie ſue miniſtros in
eadēꝫ eſſe diſpoſuit ſicut ſunt bn̄dictiōes pōtificū ⁊ abbatū. virgi
nū. veſtimentoꝝ ⁊ hmōi. Item exoꝛciſmi ⁊ aqua benedicta cuius
q̲dem diuine prouidētie diſpoſitio ⁊ auctoꝛitas eccleſie data exp̄ſ
ſe tangitur Luce. x. c. dn̄o ita eccleſie pꝛelatis in perſona aplꝛoꝝ di
cente. qui vos audit me audit. ⁊ qui vos ſpernit me ſpernit. ecce
dedi vobis ptātēꝫ calcandi ſuper ſerpētes ⁊ ſcoꝛpiones ⁊ ſuper oēꝫ
virtutem inimici que q̲dam poteſtas nō ſolum eſt dicenda aplꝛis
fuiſe donata ⁊ non eccleſie cū Mathei. xvj. dicitꝛ̄ Dn̄s eccleſie ſue
ſancte tante poteſtatis mun⁹ pꝛomiſerit vt poꝛte infernales non
ꝑualerent aduerſus eam. Amplius aūt nulli dubiuꝫ videri debet
ꝙ hmōi vtputa aqua benedicta ſacerdotū miniſteria ꝑ eccleſiam
inſtituta aliquā ex benedictione ſoꝛtiantꝛ̄ efficatiam virtutis tuꝫ
illud qꝛ hmōi benedictio ⁊ ſi miſterialiter ab hoīe fiat tamē ī dei
om̄ipotentis noīe fit cunqꝫ illud dicaꝛ̄ facere cuius noīe ⁊ vice fit
hec benedictio que verbis celeſtib⁹ cum inuocatiōe ſancte trinita
tis fit magis eſt dicenda benedictio dei q̄ꝫ hominis. ſm̄ illud nu

meri. vj. Inuocabūt nomen meū ſuper filios yſrahel. Ego autem
benedicā eis vbi glo. oꝛdinaria dicit. Sacerdotuꝫ eſt nomen dei
inuocare domini autē quod petierint ꝓſtare. Preterea ſi in lege
nature ſacerdotes ſacramēta diſpenſantes pꝛo volūtatis libito ſa
cramētis viſibilib⁹ ſuam pꝛofitebantꝛ̄ fidem que etſi non habebāt
efficatiā ex opere opato habebūt tamen ex fide ſiue opere opantiſ
cū amplioꝛis auctoꝛitatis ſit ſacerdotij noue legis miniſteriū nul
li debet venire in dubiū quin etiam catholica xp̄i ſacerdotio ſub/
limata ⁊ tante poteſtatis ſub locupleta munere poſſet inſtituere
multa ſacramētalia qua ex toti⁹ eccleſie fide ⁊ meritis efficatioꝛēꝫ
ac pꝛofuſioꝛē habeāt ꝟtutis operationē Ceteꝝ ſi aqua expiatiōis
in lege veteri ꝑ miniſtros moyſi cinere vituli in ſe cōſperſa tante
efficatie dicaꝛ̄ fuiſſe vt populū ſanctificaret. quāto magis aqua
benedicta in xp̄i nomīe diuinis ꝑcibus non ꝑ moyſem ſed ieſum
xp̄m miniſtros cōſecrata qui ergo eccleſiaꝫ ſanctā catholicam am
plioꝛis poteſtatis ⁊ dignitatis credit eſſe q̄ꝫ ſinagogā. in cunctan
ter credere debet hic eccleſie veracē ⁊ efficacēꝫ diuinitus cōtinere
ꝟtutēꝫ. Inſtituta aūt legitur aqua benedicta quaſi in ꝑncipio na
ſcentis eccl̄ie vt eī̄ legitur tam in decreto de cōſecra. diſ. iij. c. a/
quā ſale ⁊c̄. quam in cronicis ſummoꝝ pontificū tam Vincentij
hyſtoꝛialis q̄ꝫ Martini fratrū ſacri oꝛdinis pꝛedicatoꝝ Alexādri
pꝛimi ⁊ Martini qui ſedit in cathedra Petri āno a paſſione dn̄i
ſed fuit pꝛim⁹ qui aquam cū ſale benedicti inſtituit ⁊ in habitacu
lis hoīm iuſſit aſpergi de quo etiam Hugo. de ſancto Victoꝛe li.
de ſacramētis inquit Alexāder papa. v. a beato Petro inſtituit vt
ſal ⁊ aquā benediceretꝛ̄ ad aſpergenduꝫ populū ⁊ habitacula eoꝝ
illo vtiqꝫ exemplo quo Eliſeus ꝓpheta ſal in aquā miſiſſe legiꝛ̄ vt
cōdimento hoc fōtes amari in dulcedinē verterentꝛ̄.

Capitum quartum de materia ⁊ foꝛma ⁊ mini
ſtro eiuſdem.

¶ Preterea hui⁹ ſacramentalis materia ꝯuenienter aſſignata eſt
aqua ſale cōſperſa. que conuenīētia ex triplici cōſideratione colli/
gi poteſt. Primo q̲dem ex conſideratōe finis ad quē inſtituta fu

iſſe dicit cum enĩ hoſtis noſter impugnatiõis aggreſſus ſit gene
neralis iuxta illud Job·vij.militia ſiue pugna homĩs ſuper terrã
docuit vt remediũ inſtitutũ contra impugnationẽ diaboli in ma
teria daretur cõmuni que faciliter vbiqꝫ terraꝝ inueniri poſſꝫ cu
iuſmodi eſt aqua ⁊ ſal. Scdõ conſideratiõe cauſe principalis. Un
de oĩs virtus tam ſacramentoꝝ qꝫ ſacramentaliũ emanat· ad⸗
miſcet̃ ergo ſal aque ad ſignificandũ coniunctõnem diuini verbi
cum natura humana ex cui⁹ verbi ỽtute ⁊ munere efficatia depẽ
det omniũ quibus eccleſia vtit̃ ad animaꝝ ſalutem ſiquidẽ ſicut
aqua ratiõe labilitatis humanã deſcribit naturam· ita dei filius
dei ſapiẽtia per ſalis deſignat̃ ſpeciem tũ propter ỽtutez conſerua
tiuã a corruptiõe mentes enĩ quas poſſidet incorruptos ſeruat.
tum rõne virtutis condiendi·nulla enĩ contemplatio dulcis/ nul
la doctrina ſuauis / nulla deniqꝫ deo grata opera niſi ſint diuine
ſapientie cõdimento ſuffulata Hinc apoſtol⁹·i·ad corinthe·i·predi
camus xp̃i dei virtutem ⁊ dei ſapientiã ⁊ glo· ordinaria ſup illud
iiij·reguꝫ·ij. afferte mihi vas nouũ ⁊ mittite in illud ſal dicit ita
ſal id eſt ſapiẽtia in vaſe fictili id eſt in corpe humano aquas ſa⸗
nat id eſt populos in dulcedine delectiõis ⁊ bonoꝝ opeꝝ proximã
incarnatiõez fecundat. Ceteꝝ· Tercio ex parte ſimilitudinis ⁊ re
preſentatiõis ad ea quibus dyabolus a mẽtis domicilio depellit̃
conuenieñter aqua ſale conſperſa hui⁹ ſacramentalis materia aſſi⸗
gnat̃· Duo enĩ expellere dicunt̃ peccatum de anima ⁊ ita diabolũ
per peccatum in ea regnantẽ videlicet lachrimaꝝ effuſio que per
aquam intelligit̃· Secundũ eſt ſapor ſiue affectus celeſtis ſapien
tie qui ſalis nomĩe deſignat̃ de qua ſapientia Bernard⁹ in quo⸗
dam ſermone ſup cantica ait· Inueniſti plane ſapiẽtiam ſi preteri
te vite peccata defleas / ſi p̃ſentis ſeculi bona paruipẽdas ſi eter
na toto deſiderio cõcupiſcas iſtis quippe duob⁹ mens interius a
dyaboli poteſtate abſoluit̃ videlicet dolore p̃teritorum amore vi⸗
te celeſtis q̃ ſecum importat firmitatẽ prepoſiti iterũ non offen⸗
dendi cui⁹ in magdalena figura clariſſima preceſſit de qua lacri
mante ⁊ celeſti amore flagranti ſeptẽ demonia virtute domica ex

pulſa legunt̃ Luce·viij·c· Un̄ Hugo de ſancto Victore vbi.ſ̃·di
cit ſic hec eſt aũt ſantificatio hui⁹ ſacramẽti ꝙ aqua penitentiã ſi
gnificat de p̃teritis. ſal diſcretiõem ⁊ cautelaꝫ de futuris que duo
ſi ſimul miſceant̃ amara conſciencia in dulcedinẽ vertit̃ atqꝫ illu
ſiones ⁊ infeſtatiões demonũ amplius ei non dominant̃ circa il
lud vbi iſte doctor in principio hui⁹ auctoritatis aquam benedi⸗
ctam nominat ſacramentũ. poſtea erit ſermo in quo oſtendet̃ ꝙ
ibi ſacramentũ pro ſigno ſacramẽtali poſitum eſt· Forma vero hu
ius ſacramẽtalis conuenienter tradit̃ expreſſa in verbis preces di
uinas continentib⁹ ⁊ crucis ſigno quibus aqua exorcizat̃ ⁊ bene⸗
dicit̃ vtputa cum dicit̃ exorcizo te creatura aque· In nomĩe dei
patris ⁊ in nomĩe ieſu xp̃i filij·eius domini nr̃i ⁊ In virtute ſpiri
tus ſancti vt fias aqua exorciſata ad effugendã omnez poteſtatẽ
inimici ⁊ ip̃m inimicũ eradicare ⁊ explantare valeas cũ angelis
ſuis apoſtaticis per virtutẽ eiuſdeꝫ dñi noſtri Jeſu xp̃i qui ventur⁹
eſt iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ ſeculũ p ignem amen.

¶ Pro cuius intellectu notandũ ꝙ ſicut diffinitio debet indicare
totũ eſſe rei ſi fuerit perfecta ita p formã ſacramenti ſiue ſacramẽ
talis debet innoteſcere totũ ꝙ ad ſacramentale ptinet· Pertinent
autem ad ratiõem eius multa videlicet quatuor genera cauſarũ
ſicut.ſ̃·patuit· Actus aũt cum materia tangunt̃ cum dicit̃ exor⸗
ciſo te creatura aque· Cauſa vero pncipalis vnde hoc ſacramẽtale
efficatiã habet tangit̃ cum dicitur In nomĩe dei patris ⁊ In no
mine Jeſu xp̃i filij eius dñi noſtri ⁊ in virtute ſpirit⁹ ſancti· Cete
rum quia oĩs virtus ſacramentaliũ ſicut ſacramentoꝝ depẽdet
ex virtute paſſionis xp̃i Ideo addit̃ crucis ſignatio· Finis autez
ad quẽ eſt ordinatũ hoc ſacramentale exprimit̃ cum addit̃ vt fi⸗
as aqua exorcizata ad effugandũ oẽm poteſtatẽ inimici ⁊c̃· Et ſi⸗
milis forma verboꝝ tangitur in exorcizatiõe ſalis vt patet intu⸗
enti formam exorciſmoꝝ· Miniſter vero hui⁹ ſacramentalis quẽ
ad materiã conſecrandã ſiue exorcizandam ſm cõſuetudineꝫ nũc
generaliter obſeruatã in eccleſia eſt ſacerdos quod etiã ex illo col⸗
ligit̃ decreto Allexandri primi pape de con·diſ·iij.c· aquam ſale

conſperſam dicētis ſic· Aquam ſale cōſperſā populis benedicimꝰ
vt ea cūcti aſperſi ſanctificent̄ ⁊ purificent̄ quod ⁊ oīnibus ſacer/
dotibus eſſe mandamꝰ hec ille. ecce ꝙ benedictōnis ac ſanctifica/
tionis huiuſmodi aque miniſterium pape decreto ſolis ſacerdo/
tibus demandatur·

Capitulum Quintum de effectu ⁊ vtilitate
aque benedicte·

¶ Inſtitutiōis materie forme ac miniſtri huiꝰ ſacramentalis cō/
ueniētia oīſa eſt circa effectū ⁊ eiꝰ vtilitatem iā aliqd videndū
eſt· Eſt quidē aqua bn̄dicta precum diuinarū conſecrata ſermōe
amplitudine diuīe virtutis vtilis multū ⁊ fructuoſa· tum primo
quia ſi nulliꝰ eſſet virtutis qdam heretici diuine largitatis bene
ficijs ingrati dānabiliter dogmatizant fruſtra in eccl̄ia fieret va/
naq; eſſet huiꝰ benedictio tū ſcd̄o qꝛ aliàs falſe vniuerſalis eccle
ſia toto quaſi orbe huiꝰ aque ritum cū deuotione obſeruās verba
illa tam in eiꝰ benedictōe ꝙ̄ in eius aſperſione proferret que effe
ctum multiplicē denotat fieri per eā ꝙ aſſerere de ſancta eccleſia
profanū eſt que in ritibꝰ ſuis a ſpiritu ſancto dicit̄ gubernari· tū
tercio aque bn̄dicte efficaciam multa teſtant̄ miracula varijs exē
ploꝝ verſa volubꝰ que mendoſa profiteri ſacrilegiū eſſet ⁊ in bla
ſfemiā diuine virtutis videret̄ ſonare. Eſt ergo notandū ꝙ mul
tiplex eſt vtilitas ſiue ꝟtus aque bn̄dicte prout colligit̄ ex verbis
formalibꝰ bn̄dictiōis huius aque ſuprapoſitis alijs in ſacramēta
libꝰ poſitis atq; ex decreto Allexādri pmi de conſe· diſ· iij· c· aquā
ſale cōſperſam vbi ſic dicit̄ Aquā ſale cōſperſam popolis bn̄dici/
mus vt ea cūcti aſperſi ſanctificent̄ ⁊ purificent̄ quod ⁊ oībus ſa
cerdotibꝰ faciendū eſſe mandamꝰ nam ſi cinis vituli aſpſus po/
pulū ſanctificabat atq; mūdabat multo magis aq̄ ſale ꝯſpſa diuī/
ꝗ; pcibꝰ ſacrata ppl̄m ſanctificat atq; mūdat ⁊ ſi ſale aſpſo p Eli/
ſeū ſterilitas aq̄ ſanata eſt q̄nto magis diuīs precibꝰ ſacratꝰ ſterili
tatē auffert reꝝ hūanaꝝ ⁊ coingnatos ſctificat ⁊ purgat ⁊ cetera
bona m̄ltiplicat ⁊ inſidias diaboli auertit ⁊ a fātaſmatis ꝟſutijs
hoīes defēdit hec ille· ex qbus ·x· effectꝰ aque bn̄dicte colligi pn̄t.

¶ Primus eſt ꝓfugatio ſiue propulſio ſpiritꝰ immūdi virtus eīn
diuina que exorciſmis eſt ad propellendū efficax infeſtationē de/
monis hoſtis noſtri ⁊ arcēdum de qua Auguſtinꝰ lib· de ſimbolo
li· i· ⁊ recitat̄ de conſecra· diſ· iiij· ſicut noſtis puuli exorcizant̄ vt
pellat̄ ab eis diaboli poteſtas inimica in aqua exorcizata manere
creditur ad eundem effectū efficatiam habens vnde in ſacramē/
tali dicit̄ exorciſo te creatura aque In nomine ⁊c· ⁊ ſequit̄ vt fias
aqua exorcizata ad effugandam oēm virtutē inimici ⁊c· hac rōe
fideles aqua benedicta propria aſpergūt habitacula pie credētes
ꝙ vbicunq; fuerit aſperſa p inuocationē ſancti noīs Jeſu xpi om/
nis infeſtatio immūdi ſpiritꝰ ab eiſdē ꝓpelleret̄ Unde Hugo de
ſan· Uictore vbi· ſ· dicit hac igit̄ aqua ſanctificata fideles aſpgun
tur ⁊ habitacula fidelium illuſtrant̄ ab illuſione ⁊ infeſtatiōe ma
lignoꝝ ſpirituū in quo effectu figurari poteſt in ſanguie agni pa
ſcalis q in poſtibꝰ habitaculoꝝ ad repellendū exterminatōē dei
mādato ponebant̄· Unde mgr̄ Guilelmꝰ durātis in rōali diuino
rū officioꝝ ita dicit ſacerdos aqua bn̄dicta altare eccleſiā ⁊ popu
lum aſpergit vt oīm immūdoꝝ ſpirituū ſpurcitiatā de habitacu
lo ꝙ̄ de cordibus fideliū propellat̄ virtute aque exorciſate in ea ⁊
etiam qꝛ nouus xp̄ianoꝝ populus baptiſmatis ſacramēto renatꝰ
ita miſterio aque lota renatoꝝ corpora munit ſicut ſanguis agni
a priſco populo ad repellendū percuſſorē in poſtibꝰ ponebat̄· hāc
arbitror fore cauſam cur diabolus in mentibꝰ hereticoꝝ huius ſa
cramētalis virtutis ita ſpāliter fidem extinguat vt vicē p infideli
tatis errorē ac xp̄iane religionis armatura neglecta qua eiꝰ repu
gnatiōis aggreſſus reprimit̄ ⁊ arcet̄ liberius·

¶ Secundus effectus aque benedicte cōſequenter dependens ex
primo eſt mentis purificatio a fantaſticis pturbate illuſionibus·
Solet enim demon vt dicit Auguſtinꝰ per omnes aditus ſenſibi/
les rerum diuerſaꝝ ſpeciebus humanas propulſare mētes ⁊ per/
turbare quo aſperſiōe aque benedicte ꝓfugato mens ab illis fan
taſijs expurgatur ⁊ purificatur de quo in p̄allegato decreto di/
cit̄ ⁊ inſidias diaboli auertit ⁊ a fantaſticis verſucijs homīes de

ſen Lit ⁊ in ſacramentali ine᷑ orcizatiōe admiſcende ſalis dicit̃ vt
efficiaris ſal exorciſatū in ſalutem credentiū et ſis oībus te ſu/
mentibꝰ ſanitas anime ⁊ corporis vt effugiat atqꝫ diſcedat ab eo
loco in quo aſperſa fueris oīs fantaſia ⁊ nequicia ⁊ verſucia dia
bolice fraudis oīſqꝫ ſpiritus adiuratus.
¶ Tercius effectus depēdens ex premiſſis eſt reuocatio ſiue re/
ductio cordis ad ſe terrenis affectibꝰ ſiue ſolicitudinibus diſtra/
cti ⁊ diſperſi. teſte quodā Beda ſuper illo Luce. xj. Amicus noſter
venit de vinea totiēs animus noſter recedit a nobis. quotiēs ad
petendū temporalia foris vagat̃. deuotio enim xp̄iana hoc habet
quo aque benedicte aſperſione demonis poteſtate rep̄ſſa ⁊ profu/
gata qui terrenis affectibus humanū animū in variū diſtrahit
⁊ diſpergit ſpiritus ſancti cuiꝰ eſt mentē a terrenis reuocare aſſi
ſtente gracia mēs ad interiora reuocata collectior fiat ⁊ deuotior
Unde in ſacramētali in benedictiōe ſalis ⁊ aque inter alia dicit
deus inuicte v̄tutis auctor ſupplices te precamur ac petimus vt
hanc creaturā ſalis ⁊ aque dignanter accipies. benignꝰ illuſtres
pietatis tue more ſanctifices vt vbicūqꝫ aſperſa fuerit per inuoca
tōez ſancti noīs tui infeſtatio immūdi ſpiritꝰ abiciat̃. terrorqꝫ ve
nenoſi ſerpentis procul pellat̃. ⁊ preſentia ſancti ſpiritꝰ nobis miſe
ricordiā tuuc poſcentibꝰ vbiqꝫ adeſſe dignet̃.
¶ Quartus effectus eſt venialiū peccatorum remiſſio qui effectꝰ
ex prelibato decreto colligit̃ vbi ſic dicitur. Aquam ſale cōſperſā
populis benedicimꝰ vt ea cuncti aſperſi ſanctificent̃ ⁊ purificent̃
nam ſi cinis vituli populū ſanctificabat atqꝫ mūdabat. multo ma
gis aqua ſale cōſperſa diuiniſqꝫ precibus ſacrata populū ſanctifi/
cat atqꝫ mūdat. Item ad idem eſt Ciprianꝰ papa dicens. homies
ita aqua benedicta aſpergunt̃ quia valet ad ſanctificatōnem In
quibus oībus auctoritatibꝰ mundatio iſta eſt tenēda a venia/
libus ſm q̄ voluit glo. prelibati decreti ratiōe vero huius virtu/
tis ſiue vtilitatis cum aſpergunt̃ aqua benedicta a feſto Penthe
coſten vſqꝫ ad paſcale feſtū. Cantamus Aſperges me domie yſo/
po ⁊ mūdabor lauabis me ⁊ ſuper niuem dealbabor. quod reper/
tum eſt in Pſalmo. vij. idem in eiſdem beneficij memoriā paſcali
tempore ad huiꝰ aque diſperſionem decātat etiam Udi aquam
egredientē de templo a latere dextro. Eccleſiaſtice aque rodūdan
tes a latere dextro que auctoritates ⁊ ſi aquā baptiſmalē principa
liter videant̃ reſpicere ratiōabiliter a tm̄ē eas ad aquam benedi/
ctam refert que quo ad mundatiōem venialiū lauacri ſalutaris
inſtar obtinere videt̃ in cuiuſquidē conſideratione huiꝰ aque fi/
gura fuit aqua illa quā in veteri teſtamento cinere vitule rufe ad
mixta populꝰ expiatiationis ⁊ purgatiōis gracia iubeat̃ aſpergi.
vt dicitur numeri. xix.
¶ Quintus effectus eſt p̄paratio ſiue diſpoſitio ad oratōis puri
tatem cum eñ ex ſuperioribꝰ patet aqua benedicta talē diuie vir
tutis induit effectū vt pellat ⁊ profuget demones eoꝝ poteſtatē
reprimendo qui teſte yſaac abbate in collatiōibus patrum oranti
bus nobiſ maxime inſidiat̃. patet clariſſime plurimū conferre vti
litatis huiꝰ aque benedicte aſperſionē orantibus. Ceterū idem
colligit̃ ex alijs eiuſdem aque aſſignatis effectibꝰ. ij. iij. ⁊. iiij. q̄ꝫ
vero accommoda ſint oratiōi purificatio mentis ⁊ fātaſmatis il/
luſionibꝰ ⁊ cordis ab exterioribꝰ ad interiora reuocatio ⁊ ip̄a pec/
catorum venialiū remiſſio facile quiſqꝫ nouit. q̄ꝫ ob rem commu/
niter xp̄iane religionis deuotio habet ante oratōnem in ingreſſu
in eccleſie aſperſoriū aque benedicte vt diuina ſibi collata virtu/
te propulſatis fantaſiarū vmbratilibꝰ frangentis animus ab omi
diſcurſu ⁊ lubrica vagatōe quietꝰ abilior fiat ad volatꝰ celeſtes in
cuiꝰ figurā veteri teſtamēto immūdus templū nou ingrediebat̃
niſi aque expiatōis aſperſus Mathei. xix. Unde Hugo. de ſancto
Uictore vbi. s̄. Nos idqꝫ p ſingulos dies dn̄icos ſimul aquā ⁊ ſal
ſimul miſcendo benedicimꝰ vt in hac aſperſione fideles ⁊ habita
cula fideliū contra ſp̄uales nequitias muniamꝰ.
¶ Sextus effectꝰ eſt vtilitas ad pagendū deuotiꝰ in eccl'ia miſte
ria diuina ⁊ ad ſuſcipiendū ipſa ſacramēta. hec vtilitas ex p̄dictis
etiā colligit̃. de q̄ dicit ſanc. Tho. in. iiij. diſ. ij. Aqua bn̄dicta va
let contra omē quod ſacramentoꝝ effectum impedire pōt hec ille

Hac ratiõe arbitror aſperſionem aque benedicte nedum hominũ ſed etiam altariũ in eccleſia eſſe practicã nã altaria vt dicit Guil. in ratiõali diuinorum officiorum aqua aſpergunt propter reuerentiã ſacramenti qd ibi conſecrandũ eſt et vt inde omnis malignorum ſpirituũ arceatur preſentia hec ille.

¶ Septimus effectus eſt ſterilitatis ablatio ſiue remotio in humanis rebus et ita promotio fecunditatis ſiue prolis habẽde ſicut recolẽde memorie magiſter Vincẽtius in ſuis ſermonibus exemplificabat ſiue aliarũ rerum de quo effectu in prenomĩato Alerandri primi decreto ita dicitur. et ſi ſale aſperſo per Elyſeum ſterilitas aque ſacrata eſt quãto magis diuinis precibus ſacratus ſterilitatem aufert rerum humanarum hec ille.

¶ Octauus effectus eſt virtus vbertatis et rerum temporaliũ veluti frugum et ſimiliũ multiplicationẽ. iſte effectus dependet ex precedenti ſicut effectus ex cauſa quia fecunditatem vbertas ſequitur. de quo effectu in prelibato decreto dicitur coingnatos ſanctificat et purgat et cetera bona multiplicat hec ibi.

¶ Nonus effectus ſiue fructus eſt munimẽ ſalutare contra egritudines. valere enim credit ad ſalutem corporis et anime fidelium. Unde in ſacramẽtali tali precum forma diuine pietatis maieſtatẽ in huius aque benedictiõe ſancta eccleſia exorat dicẽs. Immenſam clementiam tuam omnipotens deus humiliter implorans in hãc creaturam ſalis quã in vſum humanũ tribuiſti benedicere et ſanctificare tua pietate digneris. vt ſit omnibus ſumentibus ſalus mentis et corporis vt quicquid ex eo tactum vel reſperſum fuerit careat omni immunditia omniqz impugnatõne ſpiritualis nequitie hec ille.

¶ Decimus effectus eſt profugatio peſtilentis ſiue corrumpẽtis aure incolumitati inuidẽte humano. pro cuius effectus impetratiõe ita eccleſiam in ſanctam ſacramẽtali huius aque benedictiõe omnipotentem deum ita legimus exorari. Deus qui ad ſalutẽ humani generis maximaqz ſacramẽta in aquarum ſubſtãtia condidiſti adeſto propitius inuocatiõibus noſtris et elemẽto huic multimodis purificatiõibus preparato virtute tue benedictiõis infũde vt creatura tua miſterijs tuis ſeruiẽs ad abiciendos demões morboſqz pellendos diuine gracie ſumat effectũ vt quicquid in domibus vel in locis fideliũ hic vnda reſperſerit careat omni immunditia. liberet a noxa. nõ illic reſideat ſpiritus peſtilens. non aura corrumpẽs deſcendant omnes inſidie latentis inimici. et ſi quid eſt qd aut colunitati habitantiũ inuidet aut quieti aſperſione huius aque effugiat. vt ſalubritas per tui nominis inuocationẽ expedita ſit ab omnibus impugnatiõibus defenſa hec ibi. Non eſt autẽ credendum has vniuerſalis eccleſie ſponſe cariſſime Ieſu xpi preces chriſti nomine cõſecratas vanas eſſe. Aut apud eiuſdem eccleſie ſpõſum Ieſum xpm exauditõis gracia carere. qui ad petendũ ipſas eccliam inuitat dicẽs Petite et accipietis. Io. xvj. et Io. xix. certificat eã exaudiendã cũ ait quodcunqz petieritis in nomĩe meo hoc faciã. Preterea eſt diligẽter conſiderandũ quod predictis non obſtat ſi aliquãdo in aſperſione aque benedicte huiuſmõi effectus vniuerſaliter non cõſequantur hoc enim non eſt ex defectu aque benedicte. quia quãtum eſt in ſe inſtituta eſt ad huiuſmõi effectus operandum ſed prouenit aliũde vtputa ex parte ſuſcipiẽtis vel aliqua cauſa diuine ſapientie cogita.

Capitulũ ſextũ declarans genus cauſalitatis ſiue efficiẽtie quo aqua benedicta prefignatos operetur effectus.

¶ Solet quidem eſſe dubitatio apud nõnullos de modo quo aqua benedicta efficere dicatur prelibatos effectus an videlicet ex opere operato. vel ex opere operãte. Ad quam dubitationẽ duplex datur modus dicẽdi ab auctoribus quẽ Petrus de palude in. iiij. diſ. vj. circa materiã exorciſmorum proſequitur.

¶ Primus eſt quod aqua benedicta operatur ſupradicta nõ ex opere operato ſed ex opere operante ſcilicet vide eccleſie per modum meriti oratõis et ſuffragij opere dico operante totius eccleſie et non ex ſolo feruore et deuotiõe vtentium vt dicit Petrus de palude in. iiij. Non eſt paruipẽdenda fides totius eccleſie meritũ eius et preces eius. ſic nec iſta ſacramẽtalia

per eccleſiam inſtituta· Unde quãto plus valent fides·meritũ et
oratio totius eccleſie ꝙ̃ʒ vnius perſone. tanto p̃cellunt iſte genera
les cerimonie totiꝰ eccleſie que nõ ſine inſpiratiõe dei inuente ſũt
ſingularibꝰ deuotionibꝰ ſingulorũ· qua ex re aperte colligit̃ quã
ta erroris caligine inuoluant̃ heretici qui proprias adinuentiões
preferũt ſancte matris eccleſie inſtitutis.

¶ Alius modꝰ dicendi eſt ꝙ ex opere opato iſte modus ſub diui-
ditur quidaʒ enĩ dicunt ꝙ ex opere opato non ꝙ aliqua ꝟtute na
turali ſed ſupnaturali ⁊ inexiſtente ſubiectiue ſed ex ꝟtute diuina
ex decreto ſiue pacto diuĩe miſericordie aſſiſtẽte aque bñdicta ta
les effectus efficiet· Et ſi querit̃ ab iſtis vbi ſacra ſcriptura repit̃
ꝙ tales pepigerit deꝰ cum eccleſia aut conſtituerit decretũ· Reſpõ
dent ꝙ ibi vbi dominꝰ inquit apoſtolis luce·x· qui vos audit me
audit·⁊ dedi vobis poteſtatẽ calcandi ſuper oĩeʒ virtuteʒ inimi-
ci hãc eccleſie ſue dedit poteſtatẽ vt quando diceret illud qđ per
eum ad hoc eſt inſtitutũ deus faciet illud vtputa arceat poteſta-
tem demonis vel hmõi. Alij vero dicunt ꝙ ꝟtute ſupernaturali
diuina inſiſtẽte hoc efficiat aqua benedicta licet hec ꝟtus non ſit
tanta quãta in ſacramentis que ſit ſufficiẽs diſpoſitio ad graciã
Quantũ vero ad effectum qui eſt deletio peccatorum venialiũ
eſt ſentẽtia Alberti magni ⁊ ſancti Tho·⁊ aliorꝫ docto·multorꝫ ꝙ
operat̃ per moduʒ meriti inquãtuʒ excitat motum volũtatis per
quem fit remiſſio peccatorꝫ·

¶ Scđus auteʒ modꝰ dicendi videt̃ eſſe Durandi in·iiij·verꝫ qꝛ
cum pace ⁊ oĩm ſub breuitate p̃ñtem ꝓpoſui terminare tractatulũ
p̃termiſſa ampliori horꝫ modoruʒ dicendi ꝓbabilitatis compatio
ne cũ vterqꝫ ſit ſatis ꝓbabilis ⁊ habeat magne auctõitatis viros le-
gẽtes arbitrio inter illos dicẽdi modos electiõeʒ committo qꝛ quo
cunqꝫ illorꝫ lecto p̃miſſa in ſue veritatis robore pmanens ſolidata
Quibꝰ oĩbus hoc adiciendũ eſt ꝙ vt inqt ſanct·Tho·in·iiij.diſ
xij·ꝙ cũ apponit̃ aqua non benedicta ad bñdictaʒ totũ efficit̃ be
nedictũ·virtus enĩ acquiſita aque ex bñdictiõe ꝓuenit ad aquaʒ
additã maius enĩ dignũ attrahit ad ſe minꝰ dignũ· Veruntamẽ

Hugo ſup·iiij·diſ·x· dicit ſic ꝙ bñdictio aque ſic fuit inſtituta vt
aqua ſi addat̃ in debita quãtitate aque bñdicte tota ſit bñdicta.

Caplm·vij·in quo aſſignata differẽtia ſacramẽ
talis a ſacramẽtis oſtendit̃ ꝙ aque bñdicte aſp-
ſio non eſt ſacramentũ ſed ſacramentale.

¶ Quĩ ſufficientiꝰ conſiderãti ſacramenti diffinitiõeʒ quã mgr̃
ſen·in·iiij·diſ·i·ponit ſacramẽtuʒ diffiniẽs ſic loquit̃·Sacm̃entũ
eſt ſacre rei ſignũ. Fortaſſe ſi videri poterit p̃miſſis ꝯſideratis ſa
cramẽti diffinitiõeʒ aque bñdicte ꝯpetere p̃ſertim cuʒ ad ſacramẽ-
tũ noue legis nil aliud exigi videat̃ niſi ꝙ ſignificet ⁊ efficiat di
cente Augꝰ·in libro de doctrina xp̃iana·Sacramentũ eſt inuiſibi
lis grã viſibilis forma· Itaqꝫ vt expõit mgr̃ vt ſimilitudinẽ gerat
⁊ cauſa exiſtat que oĩa aque benedicte cõuenire qs poſſet arguere
intuẽs eaʒ hñi in ecclĩa in ſignũ rei ſacre ⁊ vt p̃libata oñdunt mlti
plicis ſit efficatie·ideo cõueniẽs iudicaui vt nr̃ tractatulꝰ per oĩa
ĩn pturbato fine claudat̃·aſſignat̃ drã ſacramẽtaliũ a ſacramẽtis
oſtendere ꝙ nõ obſtantibꝰ añdictis aque bñdicta nõ ſit ſacramẽ
tũ. Notandũ gͦ ꝙ drã ſacramentaliũ ex ſacramẽtis ex q̃druplici re
ſpectu põt accipi ꝓut ex varijs doctoris ſanc·locis colligere valui

¶ Primo ex pte inſtitutõis qm̃ ſacramẽta ipſa a xp̃o ieſu ſũt imme
diate inſtituta q̃ cuʒ ſint legis fũdamentũ nõ niſi a legiſlatore a
quo lex robur accepit ⁊ virtutẽ·inſtitui pñt vt in tercia pte ſanctꝰ
Tho·deducit·Sacramẽtalia vero ab ecclĩa ſepe ſiue p ſũmos pon.
ſiue p ſacra gñalia ꝯcilia ſunt inſtituta vt ſup·iij·c·diffuſo ſmone
extitit declaratũ· Scđo drã ſumit̃ ex pte ſignificatõis ꝓ qͦ notã
dũ ꝙ cũ ſacm̃entũ ſm ꝓpetatẽ vocabuli videat̃ importare ſctita-
tẽ actiue vt dicat̃ ſacm̃entũ ſacrãdo ſiue a qͦ aliqs ſacrat̃ nõ qlibʒ
ſignũ ſacre rei actiue: i: ſacrãtis ⁊ ſctificantis ſumẽs ſacramentũ·
Ex quibus colligit̃ duo eſſe nc̃aria ad hoc ꝙ aliqua ſigna dicant̃
ꝓprie ſacramenta· Primũ ꝙ ſignificẽt rem ſacrã que perfectionẽ
ſanctitatis hũane importat ratiõe cuius diſpoſitiõeʒ ad ſanctita-
tẽ ſignificant ⁊ non ipam ſanctitatẽ non dicunt̃ ſacramentũ ſed
ſacramẽtalia dici poſſunt·Unde ſanctꝰ Thom̃·in·iij·parte·q·lx·

articulo ſecundo dicit̃ q̄ quia res denominat̃ a fine ꝛ complemē
to·diſpoſitio autē non eſt finis ſed ip̄a perfectio ꝛ Jdeo que ſigni
ficant diſpoſitionē ad ſanctitatem nō dicunt̃ ſacramenta ſed ſo/
lū illa q̄ ſignificant pfectionē ſanctitatis hūane·Prima ſacrimēta
lia ſ t̃ vt aqua bñdicta ꝛ hmōi hec ille·

¶ Secūdum neceſſariū ad rationez ſacramēti perfectam eſt q̄ ſi/
gnū aliquo modo ſit cauſa ſacre rei ſignificate ꝛ hac rōne ſacramē
ta veteris legiſ nō debent proprie dici ſacramēta ſed ſigna·vel ſm
quid ſacramēta quia non efficiūt quod figurāt vt dicit magiſter
in·iiij·ſentētiarum·i·diſ·

¶ Tercia aſſignat̃ differentia ſacramentaliū a ſacramentis ex p
te effectuū·q·i·vt dicit ſanct⁹ Thomas in·iiij·ſent·diſ·vj·Sacra
menta noue legis habēt effectum in conferēdo graciaz qua perfe/
cte morbo ſubuenit̃ contra quem effectū ſacramentum ordinatū
eſt·ſed ſacramētalia habent effectū in remouendo contrarias di/
ſpoſitōes vel impedimenta grē hec ille·Ecce clara drīa·Unde idē
doctor de aqua bñdicta ad materiā ꝑpoſitā ita loqt̃ in·iiij·diſ·ij
aq̄ bñdicta nō ordinat̃ directe ad remediū preſtandū ſꝫ ad remo/
uēduz ꝓhibens·Unde dat̃ contra demonū neqtias ꝛ venialia ra
tiōe q̄ ſacramentoꝝ effectū impedire poteſt ꝛ ꝓpter hoc nō eſt ſa
cramentū qr remouens ꝓhibens agēs per accidens ſed eſt ſacra/
mētalis quedā diſpoſitio ad ſacramēta hec ille·

¶ Quarta differētia poteſt aſſignari ſm ſuperius dicta in·vj·c·
ex pte modi operatiōis ſiue efficientie quia ſacramēta noue legis
ex opere opato ſuos operant̃ effectus·ſacramentalia vero ſm opi
nionē communiorē ex opere operante ꝛ ita patet clariſſime differē
tia ſacramētorum a ſacramētalibus·quibus applicatis ad noſtrū
propoſitum euidenter colligit̃ q̄ aqua benedicta ſit ſacramētalis
ꝛ nō ſacramentū quod erat in hoc vltimo capitulo declarandū·ꝛ
ſi ab aliquo doctore vocet̃ ſacramentū ſicut ab Hugone de ſancto
Uictore li·de ſacramētis qui loquēdo de aqua benedicta dicit hec
eſt autē ſanctificatio huius ſacramēti q̄ aqua penitentiā ſignifi/
cat ꝛc̄·ibi ſacramentū capitur largiſſime ꝑ eo quod eſt ſignuz rei

qualitercūqꝫ ſacre ꝛ non ſacramentū proprie prout ad pn̄s eſt intē
tio ꝛ hic pn̄tis opuſculi de aqua bñdicta fine cōſtituto cū ſpe diui
auxilij dirigend⁹ eſt ſermo ad materiā queſiti·

Capitulum octauum in quo reſpondetur du/
bio propoſito ſub quo abſoluetur ſecundus ar
ticulus·

¶ Poſtq̄ꝫ viſum eſt de virtute aque bñdicte que per ypotheſim ꝓ
poſiti noſtri ꝓblemmatis dabatur intelligi nūc ad materiam que
ſiti noſtra ꝓcedat conſideratio cum antē querit̃·An aqua benedi
cta ſit maioris virtutis q̄ꝫ elementalis·ſacramentū altaris intel/
ligendo per elemētale ſiue ſenſibile ſacramētum altaris / ſpecies
ip̄as ſenſibiles ſm diſtinctionē ꝛ ſeperationē eo modo quo docto
res·theologi eas diſtincte cōnumerant contra rem cōtentam ꝛ ſi/
gnataz dicētes tria eſſe in ſacramēto eucariſtie ſcilicꝫ id quod eſt
ſacramentū tātuꝫ·vicꝫ ſpēs panis ꝛ vini Et id;qd eſt ſacramentū
ꝛ res ſcilicet corpus xp̄i veruꝫ· ꝛ id quod eſt res tantū videlicꝫ ip̄a
vnitas corporis miſtici·Pono primo vnā talem ꝑpoſitionez tan/
q̄ꝫ fundamentum reſponſionis ꝛ veritatis que eſt iſta·q̄ ſpecies
p̄dicte ſacramentales / ſm ſe / hoc eſt·circūſcripto corpore xp̄i ho·
nullaz habeat virtutē ſpiritualez nec efficatiā cauſalitatis cuiuſcū
qꝫ effectus in aīmo ſuſcipientis ſacramentū cui⁹ propoſitōis veri
tas ex multis doctoꝝ auctoritatibus·ſententijs ꝛ ratōibus colli/
gitur. Primo quidez ex illo magiſtri ſen·in·iiij·diſ·viij·c·vltimo
ita dicentis·Nūc quid ibi ſacramentū ſit ꝛ quid res videam⁹·

¶ Sacramentū eſt inuiſibilis gracie viſibilis forma·Forma ergo
panis vel vini que ibi videt̃ ſacramentuꝫ ideſt ſignū ſacre rei eſt
ꝛ conſequēter quaſi in medio capituli cōcludit ſic·Sunt igit̃ hic
tria diſtinguenda·Unū quod eſt tantum ſacramētum·Alterum
quod eſt ſacramentū ꝛ res·Tercium quod eſt res ꝛ nō ſacramen
tum hec is·Ecce quod dicit magiſter ſent·Cui⁹ etiam ſententie.
q·iij·eiſdem verbis eſt Hugo de ſancto Uictore li·de ſacramētis·
q̄ ſpiritus tantū ſunt ſacramentū id eſt ſignuꝫ ſacre rei ſed quod
eſt ſignum tantū ſacre rei ſecundum ſe·Aut in ſe nullā habet vir/

tutem ergo videt̃ ꝙ ſpecies ille ſcđm ſe nullam ſpiritualẽ habent
efficatiaꝫ xp̄i corpore vero circũſcripto· Item ideꝫ ponit Albertus
magnꝰ in tractatu de officio miſſe vbi poſita illa diſtinctiõe triũ
exiſtentium in hoc ſacramẽto dicit ꝙ ſpecies ille ſignificãt ⁊ non
cauſant aliquid·

¶ Tũc arguit̃ ſic· Species ille ſignifice nihil cauſant· ergo nl̃lam
habent ꝟtuteꝫ· Conſequẽtia eſt manifeſta quia alias fruſtra eſſꝫ
virtꝰ illa collata ſpeciebus· quia eñ omnis potentia ⁊ oĩs virtꝰ
actiua dicit̃ ad aliqueꝫ actũ ordinari· fruſtra dicit̃ aliqua virtus
vel potentia que nõ reducit ad aliquẽ actum· Item ideꝫ Albertꝰ
in· iiij· ſen· diſ· viij· arguit contra illud dictũ magiſtri ſententiaꝝ
ꝯ· poſitum vꝫ ꝙ ſpecies panis ⁊ vini dicant̃ ſacramentũ ita di/
cens. Oĩe ſacramentũ efficit quod figurat ſed id quod eſt ſacra/
mentũ tantum eukariſtia nõ efficit quod figurat· ergo videt̃ ꝙ
illud quod eſt ſignũ vel ſacramentũ tantum vt in littera dicit̃ nõ
eſt ſacramentũ noue legis ad minus. ⁊ reſpõdens idem Albertꝰ
ita dicit ꝙ ſpecies panis ⁊ vini dicunt̃ ſacramentũ in ratõe ſigni
tantũ· Et cum dicebat̃ in argumento ꝙ ſpecies nihil efficit· cõce
dit. dicens ꝙ nõ oporteat ꝙ ſpecies materialis ſit effectiua ſed ſi/
gnificatiua hec ille· Item ad ideꝫ eſt ſanctꝰ Tho· in· iiij· diſ· viij·
articulo p̃mo· ita dicens ſicut ad ſpecies alioꝝ ſacramentoꝝ ſe ha
bet virtuſqꝫ interiꝰ ineſtque ſanctificationẽ acquirit ex qua ſacra
mentũ efficit ſm Hugonẽ ita in hoc ſacramẽto ſe habet ip̃m cor/
pus xp̄i quod per conſecratiõeꝫ ſub ſpeciebus illis eſt. Unde ſicut
in alijs ſacramẽtis materiale elementũ non eſt cauſa ꝟtutis qua
in xp̄o eſt nec alicuiꝰ ſpiritualis effectus· in hoĩe mediante vir
tute ſed ꝙ ex elemẽto ⁊ virtute quaſi vnũ efficit̃ ita ⁊ in hoc ſacra
mẽto ſpecies non ſunt cauſa corporis xp̄i nec alicuius effectus in
anima ſpiritualis niſi mediãte corporis xp̄i vero ſm ꝙ ex ſpecie/
bus ⁊ corpore xp̄i fit vnum ſacramentũ hec ille· Item idem ſanctꝰ
Thomas in· iij· parte. q· lxxxiij· articulo· i· in ſolutõe ſecundi arti·
eiuſdeꝫ ſentẽtie eſt ſub tali verboꝝ forma loquens· ſicut ſe habet
virtus ſpiritꝰ ſancti ad aquaꝫ baptiſmi· ita ſe habet corpus xp̄i ad

ſpecies panis ⁊ vini nõ efficiunt aliquid ideo ꝟtute corporis xp̄i
veri hoc ibi· Ex quo manifeſte ap̄et ex hõꝝ dictis doctoꝝ ꝙ ipſe
ſpecies ſacramẽtales xp̄i corp̄e circumſcripto nullã penitus habẽt
virtutẽ ſeu efficatiã ad operandũ effectuꝫ quencũqꝫ ſpiritualẽ in
aĩa Iſta eſt etiã ſententia oĩm doctoꝝ· theologoꝝ quos viderim
dicentiũ in hac p̄te ſpecies ſacramẽtales nihil p ſe cauſant in aĩa
ſed rõe ſignificati ⁊ cõtenti ſcꝫ corp̄is xp̄i veri· Ad idem p̃ot argui
Fruſtra ponit̃ in ſacramẽto virtus p̄ticl̃aris niſi ꝓn̄tialiter eſt fõ
tana ꝟtutis a qua depẽdẽt oẽs alie virtutes ſacramẽtales patꝫ de
ſe· ſed in hoc ſacramẽto eſt fõtana virtus ſcꝫ xp̄s Jeſus ergo p̄ter
ip̄m xp̄m contentũ ſub illis ſp̄ebus non eſt dicẽda aliqua ꝟtus p
ticularis illa eñ eſſet ſup̄flua imo ponere taleꝫ virtutẽ in ſp̄ebus il
lis p̄ter ipaꝫ fontanã virtutẽ ꝓn̄tialiter exĩteꝫ eſt dicere xp̄m ſub
illis ſp̄ebus cõtentũ non ſufficere ad efficatiã ſacramẽti plenã qđ
eſſet nedũ miꝝ ſed etiã perfidũ· in alijs aũt ſacramĩtis vbi nõ eſt
hoc mõ p̄ñs id qđ per eſſentiã eſt fontana ꝟtus ſunt nc̃arie que
daꝫ p̄ticipate p̄ticulares ꝟtutes vt rõeꝫ habeãt ſalutaris medicĩe
ſpiritualis hoc etiã petit cultus xp̄iane religiõis vt eñ tota ſpes
hoĩm ⁊ mentis deuotio referat̃ ad rem contentã ſcꝫ dñm Jeſum
xp̄m ⁊ nõ ad ſpecies ip̄as· decuit vt preter ip̄m corpus xp̄i veꝝ nul
la alia virtꝰ creata ſp̄ũalis ineſſet ip̄is ſpeciebꝰ quo iaꝫ ſufficiẽter
ꝓbato patꝫ ꝓblẽmmatis ſolutio ꝙ in aqua bñdicta modo quo· ꝯ
dictũ eſt ſit aliqua ꝟtus· ſit aliq̃ efficatia ad effectꝰ · ꝯ· notatos ⁊
ꝙ in ſp̄ebus ſacramĩtalibꝰ ſm ſe cõſideratis circũſcripto corp̄e xp̄i
ꝟo nulla ſit ꝟtus· nl̃la efficatia ad aliquẽ effectũ cauſandũ in ip̄a
aĩa / patet ex dicitis. Ex quo patet correlarie ꝙ ex op̄e op̄ato ſiue
ex p̄te ip̄iꝰ ſacramẽti non eſt maior ꝟtus huiꝰ ſacramẽti ſacratiſ/
ſimi altaris ſiue efficatie ſub duobꝰ ſpeciebꝰ q̃ꝫ ſub vna ſp̄ẽ cũ illa
res ⁊ radix totiꝰ efficatie huiꝰ ſacramẽti non ſit maior· nõ plenior
non p̄fectior ſub duabꝰ ſpeciebꝰ q̃ꝫ ſub vna. Patet ꝙ eadeꝫ erit ef
ficatia ex parte ſacramẽti in cõicatõnibus ideꝫ ſub vna ſpecie ſiue
duabus· ex parte dico ſacramẽti quia ex parte cõmunicantiũ p̃ot
quãdoqꝫ aliud cõtingere·

¶ Hec ſunt Reuerendiſſime pater ꝛ domine que ego veſter humilis Cappellanus Magiſter Johannes de turre cremata·ad problemma per Magiſtrum Petruꝫ Anglicum propoſitum·V·D·iuſſu celeriter annotaui que·V·R·P.lime ꝛ correptioni cum omni reuerentia preſentato finis ꝛc·

Laus deo·

¶ Speculū peccatoꝝ de cōtemptu mūdi per beatū Bernardinū compoſitum·

Videte quomodo caute ambuletis nō quaſi inſipiētes ſed ut ſapientes: redimētes tempus: qm̄ dies mali ſunt· Propterea nolite fieri imprudentes: ſed intelligentes que ſit volūtas dei· Ad Ephe·v·ca· apoſtolus Paulus conſcius conſilioruꝫ dei: ſciens ꝙ infinite ſunt delicie celeſtis patrie: quas oculus non vidit: nec auris audiuit: que nec multitudine: nec magnitudine in cor hominis deſcenderūt· Ad quas frequēter inuitamur ex euangelio· ꝛ alibi ex ſcripturis ſanctis: Scienſqꝫ ꝙ maligni ſpūs ad impediēdū nos in hac via ſtricta ꝛ ardua: que ducit ad eternā vitam: ſunt tanto ſollicitiores quanto delicie ad quas vocamur ſunt nobiliores ꝛ iocūdiores· Hortatꝰ verbis ꝑtactis: ut vndiqꝫ circumſpecti caute proſpiciamus iter noſtruꝫ dicens: Videte qūo caute ꝛc· ne ſcilicet a via regia que ad celeſtia ducit gaudia deuiantes: in manus hoſtium incidamus· Bene enim ſubiungit: redimētes tempus ꝛc· Si enim debite et bene ſiut oportet flebilem ꝛ miſerabilem ac dānabilem curſum ſeu ſtatum mūdi: ſeu temporis preſentis cōſideremus: tunc ꝑfecto ſcimus qm̄ dies mali ſunt· nam occultata fide cernimus ꝙ totus mundus iam errat· Et ſm̄ ſanctū Johannē in canonica ſua· In maligno poſitus eſt: ꝛ hoc proch dolor cum dolore dicendū eſt: tam in capitibus ꝙꝫ in membris: tam in clero ꝙꝫ in ſecularibus: tam in ſenibus ꝙꝫ in iuuenibus: tam in maſculino ꝙꝫ in feminino genere· ꝛ ſic heu corrupta ē via vniuerſe carnis· Quod bene tangit ſanctus Bernardus dicens: Non eſt niſi amor turpis in hoc ſeculo: nec fides ſecura: quia oīa que ſunt contaminauit ſuperbia: aut auaricia: aut luxuria ꝛ ſic de alijs· Et ſubdit Bernardus: Receſſit enim lex a ſacerdotibus: iuſticia a principibꝰ: conſiliū a ſenioribus: religio a clericis: amor a parentibus: obediētia a filijs: fides a populo: reuerentia a ſubditis: caſtitas a virginibꝰ: pudicicia a cōiugatis: ꝛ ſic de alijs·

Et quid eſt quod non venit antichꝛiſtus. Iam eniꝫ cõmuniter ab omnibus chꝛiſtus ignoꝛatur: et a peregrinantibus quaſi peregrinus habetur. hec Bernardus. Conueniens igitur eſt: vt ſanam doctrinam doctoꝛis gentium pꝛemiſſam deuote attendentes: caute ⁊ ſapienter firmemus greſſus noſtros in hac lachꝛimarum valle: ⁊ apertis oculis ſaltem interioꝛis hominis: ſtratam regiam (que ad celeſtem ducit patriã a qua peregrinãdo exulamus reuertentes) perſeueranter ambulemus: nõ retroſpicientes: nec declinando ab ea oberremus: ⁊ ſic in pꝛofundũ eterne damnationis incidamus. Ad quod hoꝛtatur nos dominus per pꝛophetam Eſaiaꝫ dicens: Hec eſt via ambulate in ea neq; ad dexteram neq; ad ſiniſtraꝫ declinantes. Huius igitur vere vie aliquod directiuum: hic in ſequentibus diligenter et deuote attendenduꝫ eſt: per quod chꝛiſti fideles (omni deuio excluſo) per viam regiam que ad celeſtem ducit patriam dirigantur. que quidem via cum ſit ſtricta ⁊ arcta pauci eam inueniunt: ⁊ heu paucioꝛes per eam tranſeunt ſeu intrabunt: Quod innuit nobis ſaluatoꝛ dicens Math. vii. capitulo. Intrate per anguſtam poꝛtam: quoniam arcta eſt via que ducit ad celum: ⁊ pauci per eam tranſeunt. Sed lata eſt poꝛta ⁊ ſpacioſa eſt via que ducit ad perditionem inferni: vbi perditio notatur gratie ⁊ gloꝛie: ⁊ heu multi intrant per eaꝫ. Circa que verba dicit gloſa interlinealis: Quamuis caritas ſit lata: tamen peranguſta et ardua abducit hominem a terra. Ibidem dicit Auguſtinus: queritur a pluribus ſed nõ ab omnibus inuenitur. nec omnes qui eam inueniunt per eam ingrediuntur: quia capti ſeculo retrocedunt. etiam pauci eam inueniunt: ⁊ heu paucioꝛes eaꝫ intrare contendunt. Nemo enim intrat ſine laboꝛe ⁊ ſine anime puritate. Multum enim anguſtũ ⁊ difficile videtur homini omnia pꝛetermittere ⁊ vnũ ſolum diligere. vnuꝫ ſolum querere: et ad vnum quotidie pulſare. pꝛoſpera mundi non ambire: aduerſa mundi non timere ⁊ ſic de alijs. ⁊ hec omnia in gloſa vbi ſupra. Quod heu amatoꝛes huius mundi non attendũt: ſed ſeculo conglutinati ab eo recedere non valentes: quaſi inſaniendo errant. Quod bene declarat beatus Hieronymus dicens. Ridere ⁊ gaudere cum hoc ſeculo non eſt hominis ſenſati ſed frenetici: quia mundum coꝛ non cum hoc ſeculo ſed cum deo letũ eſt ⁊ iocundum: quia bꝛeuis fragilis ⁊ caduca eſt humana leticia. Item Bernardus: Non eſt verioꝛ inſania quam ſeculi leticia. Item Auguſtinus: Gaudiũ mundanoꝛũ gaudium eſt freneticoꝛum. Item idem: Seculi leticia eſt impunita nequitia: ſcilicꝫ luxuriari: i ſpectaculis vagari: ebꝛioſitate ingoꝛgitari: turpitudine fetere: ⁊ nihil mali pꝛopter deum pati. Qui enim deuꝫ diligit hec omnia fugit. Ratio autem quare multi intrãt ad perditionem eterne dãnationis per latam poꝛtam ⁊ ſpacioſam viam hec eſt pꝛout ſcribitur Eccle. i. cap. Peruerſi difficile coꝛriguntur: ⁊ ſtultoꝛum infinitus eſt numerus: qui heu magis reſpiciunt vitam pꝛeſentem quam terminũ ſequentem. Quibus loquitur Johãnes criſoſtomus dicẽs: Non aſpicias ꝙ aſpera eſt via: ſed attende quo ducit. nec conſideras ꝙ arcta eſt via ſed vbi deſinit. Ex quibus elicitur vnum quod eſt in ſeculo: iam currunt multi quoꝛum pauci erunt de numero ſaluandoꝛum. Quod innuit ſaluatoꝛ ex graui ſententia quam pꝛotulit Math. xx. ca. dicens: Multi ſunt vocati pauci vero electi. Quod quidem bene figuratũ legimus in filijs Iſrael: qui in tãta multitudine erãt ꝙ ſexcẽta milia ducẽta ex egypto per mare rubꝛũ in deſertũ per Moyſen educti fuerũt: quibus oĩbus pmiſſa fuit terra pmiſſionis. per quã figurat regnũ celoꝝ. Per pplm vero Iſraeliticuꝫ populus deſignat xpianus: qui nunc vere eſt populus dei. Hiſtoꝛia patet per diſcurſuꝫ libꝛi Exodi. Ecce tota illa multitudo ppli Iſraelitici: quibus ut pꝛefert pꝛomiſſa fuit oĩbus terra pmiſſionis (peccatis tñ eoꝝ exigẽtibus) in deſerto moꝛtui ſunt pter duos videlꝫ Joſue ⁊ Aleph. Ergo nimis eſt timendum ꝙ ſicut habet ſe figura: ita ⁊ figuratum. inter bonos ⁊ malos hoc diſtat: qꝛ mali volunt facere feſtuꝫ ante vigiliã: volẽtes in hoc ſeculo gaudere tempoꝛaliter: Et ideo in futuro ſeculo facient

vigiliam pro feſto:quod hic habuerūt vbi eternaliter lugebūt.
Quod bene innuit beatus Gregorius in Omelia.xi.ſuper illo
verbo quod ſcribitur Math.xiii. Ibi erit fletus ⁊ ſtridor den/
tium.ſic inquiens:Preſentia gaudia ſequunt̄ perpetua lamen
ta. Ideo hic fratres vanam leticiam fugite:ſed illic flere ⁊ luge
re formidatis. Nemo poteſt hic gaudere cum hoc ſeculo:⁊ illic
regnare cum deo.hec beatus Gregorius. Aliqui etiam ſunt qui
vellent venire de feſto ad feſtuꝫ:hoc eſt de gaudio vite preſen/
tis ad gaudia felicitatis eterne.Quibus loquitur beatus Hie
ronymus dicens:Difficile nimiuꝫ eſt:imo impoſſibile:ut quiſ
preſentibus fruatur bonis ⁊ eternis delicijs: ut de delicijs ad
delicias tranſeat:ut hic ventrem:⁊ illic mentem impleat:ut in
vtroqꝫ ſeculo ſit prius:⁊ in vtroqꝫ appareat glorioſus.Unde di
cit ſancta Cicla ſic:Impoſſibile eſt ut ſecularem gloriam habē
tes:in delicijs ac voluptatibus mundi viuentes: celeſtem faci
ant fructum.Saluator ergo talibus pro temporali conſolatio/
ne cōminatur eternum ſupplicium:dicens Luce ſexto.Ue vo/
bis qui hic habetis conſolationem veſtram. Hinc dicit beatus
Bernardus.Auſteritas conuerſationis ſancti Iohānis bapti/
ſte peccatoribus delicioſis: durus eterne mortis eſt nuncius.
Quid enim nos tantilli ⁊ irrationales fere reptilia terre inſa/
nimus:cum ille qui inter natos mulierum nemo maior ſurre/
xit: innocentiſſimum corpus ſuum ſic afflixit: et nos precioſis
veſtibus feſtinamus indui:⁊ ſplendide laute ac delicate epu/
lari. Non ſic impij:non ſic itur ad aſtra:quia dicit beatus Au/
guſtinus:Bona terrena chriſtus contempſit:ut omnia terrena
contēpnenda monſtraret:⁊ mala mundi ſuſtinuit:ut ſuſtinere
mala doceret:ut neqꝫ in illis quereretur felicitas: neqꝫ in iſtis
timeretur aduerſitas. Hinc auſculta ſanctuꝫ Bernardum ſic di
centem: O homo q̄ꝫ amabilis eſt anima tua ⁊ q̄ꝫ grauia fuerūt
eius vulnera:pro quibus neceſſe fuit chriſtuꝫ vulnerari.Si nō
fuiſſent ad mortem hec ſempiternā: nunq̄ꝫ pro remedio filius
moreretur. Noli ergo vilipendere anime tue paſſionem:cui in

ta maieſtate tantam vides exhiberi compaſſioneꝫ. Noli appre
hendere quid caro velit: ſed quod ſpiritus poſcit. Si vero di/
cis:durus eſt hic ſermo:non poſſum eum audire. nō enim poſ
ſum meipſum ſpernere ⁊ propriam carneꝫ odio habere. Dic mi
hi vbi ſunt amatores huius mūdi: qui ante pauca tempora vo
biſcum erant:nihil ex eis remanſit niſi cineres ⁊ vermes. Attē
de quid ſunt uel quid fuerunt homines:ſicut tu comederūt et
biberunt ⁊ riſerunt:⁊ duxerunt in bonis dies ſuos:et in pun/
cto ad inferna deſcenderunt.hic caro eoruꝫ vermibus:illic ani
ma eorum eternis ignibus deputatur.Quid profuit illis ina/
nis gloria:breuis leticia:mundi potentia:carnis voluptas:fal
ſe diuitie:magna familia:⁊ mala concupiſcentia.vbi riſus:vbi
iocus:vbi iactantia:vbi arrogantia.de tanta leticia ceciderūt
in magnam triſticiam ⁊ in magna tormenta. quicquid illis ac
cidit tibi accidere poteſt.quia homo es: ⁊ ipſe homo de humo
limus de limo.de terra es ⁊ in terram reuerteris.quando veni
et dies vltima neſcis:que tamen ſubito veniet: ⁊ forſan hodie
uel cras erit.Certum enim eſt ꝙ morieris:incertum autē quan
do:aut q̄uo:aut vbi.⁊ quoniam mors vbiqꝫ te expectat. .tu quo
qꝫ ſi ſapiens fueris vbiqꝫ eū expectabis. Hec eniꝫ ſunt verba be
ati Bernardi. Hinc beatus Gregorius dicit: Nihil certius mor/
te:⁊ nihil incertius hora mortiſ. Ex quo igitur ſcis te breuiter
moriturum:tene te ſemper in om̄ibus mouentibus:humiliter:
patienter:⁊ prudenter ut moriturum:⁊ dic:hec non mouerunt
xp̄um morituruꝫ.nec te mouere debent:ſiue aſpera:ſiue aduer/
ſa:ſit tibi quelibet dies tanq̄ꝫ extrema. Unde Eccle.cap.vii.di
citur: In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua:et
in eternum non peccabis. Item Hieronymus inquit: Facile cō
tempnit omnia qui ſe ſemper cogitat morituruꝫ. Et hec de me
moria mortis ſufficiant.

¶ Modo redeundo ad propoſitū conſiderandū eſt ꝙ boni faci
unt hic vigiliā in luctu penitentie:⁊ ideo peruenient ad feſtū
iocunditatis eterne. Et q̄uis penitentia ſanctoꝝ viroꝝ multā

videat̄ habere aſperitatem·debet tamen leuigari:conſideran/
do tante glorie imenſitatem:ergo penitentiaꝫ agat qui eterno
vult gaudere bono· Ad quod hortat̄ nos ſaluator Mathei·iii·
dicens:Penitentiam agite:appropinquabit enim regnum dei
De qua penitentia dicit ſcriptura:O felix penitētia ⁊ conuer/
ſio matutina:quia ſecura·Qui aūt tarde ſe ad penitentiā con/
uertit:dubius ⁊ incertus erit:quia vtrum vere an ficte penite
at·Unde Gregorius in Omelia·xii·Qui penitenti veniaꝫ ſpo/
pondit:peccanti diem craſtinū nō promiſit·Uera nanqꝫ penitē
tia animā a ſeruitute diaboli liberat:ipſam ſanctificat: ſpiritꝰ
ſancti donis ⁊ virtutibus exornat:ſub protectione dei collocat
In paradiſum coronandam repreſentat:⁊ pro ipſa allegat·Qd̄
heu minime aduertunt mundi huius amatores:⁊ auari:luxu/
rioſi:ſuperbi:guloſi:voluptuoſi:inanis glorie cupidi:iracundi
amatores proprie voluntatis:cōtemptores diuine voluntatis:
eligentes facere breue feſtum in hoc mundo:⁊ longam vigiliā
in inferno·Sic enim dicit beatus Gregorius·Momentaneum
eſt quod delectat:eternū vero quod cruciat· Heu heu ꝙ multi
ſunt apud nos:apud quos iſta predicta parum proficiunt·Lo
quor mundi amatoribus:auertunt faciem ſuam ne videant in
finem·oculos enim habent ſed nō vident· aures habēt ſed nō
audiunt:dum ſe viuere arbitrantur·⁊ quia mortem eis diſpo/
ſitam non metuūt:ideo miſeri damna eorum preuidere cōtem
pnūt:inſipiētibus ſimiles cēſendi ſunt:qui impie vſqꝫ ad mor/
tem vixerunt:⁊ que digna ſunt morte egerunt·nec tamen mor/
tem timent vicinam·ceci ſunt ⁊ iumentis inſipiētibus ſimiles·
nouiſſima ſua ⁊ que poſt mortē ventura ſunt nō prouidentes·
Unde Auguſtinus· Multi eternaliter damnant̄ ⁊ finaliter in
peccatis detinentur:qui ſe ad vocem domini non corrigūt di/
centes:cras cras·eo quod cras ſubito hoſtium clauditur:⁊ re/
manet peccator foris ante archam celeſtis patrie cum voce cor
bina:quia pro peccatis gemere noluit tempore quo debuit cuꝫ
voce columbina·hec Auguſtinus· Unde dicit quandam ſimili

tudinē hominis morientis/O cras cras ꝙ longā reſtim feciſti
⁊ in baratrū mortis ꝓcraſtinādo me traxiſti·decepiſti me ⁊ ſuꝫ
deceptus·Nōne hec miſeria ſuperat oēm miſeriā huius mūdi:
Nōne ſuper his merito affligetur cor meū ⁊ ſauciabit̄ aīa mea
Heu oēs dies mei ſine bonoꝝ operum fructu tranſierūt: quos
in laudem dei ⁊ anime mee ſalutē procurando expendere debu
iſſem·Et ſubdit:Ultra triginta anni etatis mee elapſi ſunt:et
perditi ⁊ miſerabiliter perierunt·tranſierūt taꝫ negligenter ꝙ
neſcio ſi vnqꝫ diem aliquā ex oībus his expendi ad dei volūta
tem ⁊ anime mee ſalutē ſicut forte debuiſſem· vel ſi vnqꝫ bene/
placitū famulatū ꝯditori meo exhibui ſicut ſtatus meus requi
rebat:heu me prochdolor hoc eſt vnde vulnerant̄ omnia inte/
riora mea·Item ſubdit:O deus eterne ꝙ verecūde corā te ⁊ oī
bus ſanctis ad iudiciū ſtabo:cū reddere rationē de cōmiſſis ⁊
obmiſſis cogar·⁊ quid tunc dicam cū in proximo eſt tribulatio
mea ut de hoc mūdo tranſeam.Attendite queſo diligēter om/
nes amatores huius mundi:euigilate in hac hora:magis gau
dere deberē de oratiūcula:utputa de oratione dominica uel ſa
lutatione euāgelica deuote per me dicta ꝙ ſuper milia auri et
argēti·Et ſubdit vlterius exclamando·O mi deus quanta bo/
na neglexi que bene facere potuiſſeꝫ·O ꝙ male mihi accidit ꝙ
hoc nō preuidi qn̄ preuidere potui·o quot horas nunqꝫ redituras perdidi·o ꝙ modica facta vtilia ⁊ negocia exteriora inuti/
lia tractans:tam multa et precioſa bona meritoria mihi neceſ/
ſaria neglexi:negocijs non neceſſarijs me īplicaui ⁊ neceſſaria
dimiſi·o vere nō cognoui ꝙ ad magnitudinē premioꝝ celeſtiū
plus mihi cōtuliſſet receſſus a vanitatibꝰ ſeculi: ⁊ ſollicita cor
dis mei ac ſenſuū meoꝝ cum puritate ac pietate cuſtodia quā
his neglectis per affectū inordinatū oīs mūdi leticia·heu quā
ta bona in tāto tēpore ſano corpe potuiſſem feciſſe:quod nunc
optareꝫ pro omnibus delicijs diuitijs ⁊ honoribus huius mū
di:et heu non feci· O ꝙ immenſas diuicias ſpiriuales et the/
ſauros celeſtes congregaſſe potuiſſem ⁊ neglexi· o deus meus

ꝗꝫ parua opera ſatiſfactoꝛia mihi grata ⁊ accepta eſſent: cupiēti ſaturari de micis que cadunt de menſa dominoꝛum ſanctorum ⁊ iuſtoꝝ: ⁊ nemo mihi dat. O vos oēs qui tranſitis per viam: attendite ⁊ videte doloꝛem meum: compatiamini mihi: ⁊ miſeremini mei: ⁊ ꝗꝫdiu vires ſuppetunt: ⁊ tempus iuuat bonum agentes. Congregate in hoꝛrea celeſtia celeſtes theſauros ut cum defeceritis: ſuſcipiant vos in eterna tabernacula: ⁊ nō relinquamini foꝛas in tali hoꝛa ſuper vos ventura. Sed proch doloꝛ multi nec iſta attendunt: moꝛtem nō preuidentes: ſicut omnes mundi amatoꝛes. Quibus loquitur ſanctus Johānes in canonica ſua dicens: Nolite diligere mundum: neqꝫ ea que in mūdo ſunt. Et ſubdit. Si quis diligit mundum nō eſt caritas patris in eo. Subiungit rationem quare: quia omne quod eſt in mundo concupiſcentia carnis: aut cōcupiſcentia oculoꝝ aut ſuperbia vite eſt: que nō eſt ex deo patre ſed de mūdo. Sed mundus tranſit ⁊ concupiſcentia eius. Qui autem facit voluntatem dei: manet in eternum. Item Jacobus ait. Qui amicus eſt huius mundi: inimicus dei conſtituitur. O vtinam ipſius mundi amatoꝛes ad minus attēderent ſeueritatem diuine iuſticie: que in extremo examīe diſtricti iudicij vniuſcuiuſqꝫ merita iudicabit ⁊ puniet ſine omni miſericoꝛdia. Non decipitur humana aſtucia: nec flectitur ſupplicamine lachꝛimoſa. Diſtrictum enim iudicium dei nihil patietur tranſire inultum. De quo quidem diſtricto iudicio dicit Anſelmus. O quā anguſte vndiqꝫ repꝛoboꝛū vie: ſuperius erit iudex iratus: inferius horrendum chaos inferni: a dextris quidem peccata accuſantia: a ſiniſtris infinita demonia ad ſuppliciū trahentia: interius cōſcientia vrens: exterius mundus ardens. peccatoꝛ ſic depꝛehēſus quo fugiet latere erit impoſſibile. apparere vero intollerabile. Unde Johānes criſoſtomus. Nec reſiſtēdi virtus erit: nec fugiendi facultas: nec penitētie locus: nec ſatiſfactionis tempus: ex anguſtia oīum rerum nihil erit niſi luctus. Et ſubdit: Nec filij pꝛo parentibus: nec parētes pꝛo filijs intercedēt: nec

angeli pꝛo hominibus facient verbū ſicut ſolent: quia natura iudicij nō accipit miſericoꝛdiam ⁊c. Si beata virgo ⁊ omnes ſancti rogarent pꝛo vno peccatoꝛe defuncto in peccato moꝛtali nō exaudirētur. Ergo fratres cariſſimi hoc diſtricti iudicij examen omni tempoꝛe ⁊ hoꝛa ante mētis oculos ponite: penitētiā agētes. Oēs volētes ſaluari bona opera cumulēt: per que deus reddat̄ eis pꝛopicius. quia dicit Bernardus. Si deus nō eſt tecū per gratiam: adeſt tibi per vindictā. Sed ve tibi ſi ita tibi adeſt. Illi nāqꝫ iraſcitur deus quem peccatoꝛem nō flagellat. Nam quem flagellādo in pꝛeſenti nō emēdat: in futuro eternaliter cōdemnat. Juſticia enim dei aliud iudicare nō poteſt: niſi qđ merent̄ opera. Qui enim diligit mundū plus ꝗꝫ deum: ſeculum ꝗꝫ clauſtrū: gulam ꝗꝫ abſtinētiam: luxuriā ꝗꝫ caſtitatem: nō eſt de numero ſaluandoꝝ ſed condēnandoꝛū. O ſi nūc cuncti ⁊ ſpecialiter mūdi amatoꝛes attēderēt: et in aīo omni tēpoꝛe reuoluerēt: ⁊ memoꝛarētur eandē acerbitatē ⁊ eternitatē penarū infernaliū: nulli dubiū quin multi et infiniti a peccatis ceſſarēt. mundum fallacem ⁊ doloſum relinquētes: nō ſic irent poſt cōcupiſcētias ſuas. Qui heu dei pꝛecepta minime aduertūt: imo paruipendētes pꝛo nihilo reputāt. cum tamen ſine obſeruatiōe mādatoꝛum dei nullus ſaluari poſſit. Sicut teſtatur ſaluatoꝛ Mathei. xix. dicēs: Si vis ad vitam ingredi ſerua mādata dei. Item in Exodo. xx. cap. Ego ſum deus foꝛtis et emulatoꝛ: reddēs iniquitatē patrum in filios in tertiam ⁊ quartā generationem eoꝛum qui oderūt me. ſcilicet mādata mea non cuſtodiēdo ⁊ peccādo: ⁊ faciēs miſericoꝛdiam in milia his qui diligūt mādata mea cuſtodiēdo. Hinc pſal. impꝛecatur talibus maledictionē dicēs: Maledicti qui declinant a mādatis tuis. Auſcultēt mūdi amatoꝛes ſentētiā Athanaſij in ſimbolo ſuo quod opoꝛtet nos oēs de oībus opibus noſtris in die iudicij reddere rationē. Et qui tūc bona egerūt ibūt in vitā eternā: qui vero mala in ignē eternū. Unde aplus ait ad Coꝛinth. v. cap. Oēs nos manifeſtari opoꝛtet ante tribunal xpi: ut referat vnuſquiſqꝫ pꝛ

vt geſſit in corpore ſiue bonum ſiue malum fuerit: ſine omni ex
ceptione ſine omni excuſatione tunc cũ miſeris dãnandis qui
penitere neglexerunt exprobrando dicetur. Ubi ſunt hi qui ab
initio a diebus antiquis huic mundo toto ſeruierũt deſiderio
qui voluptuoſe viuentes varijs ſe deſiderijs ſubiderunt. Exa
quid nũc proſunt eis bona terrena que tanq̃ vmbra velociter
tranſierunt: q̃ breuis delectatio tam longã reſtem poſt ſe tra
here eterne miſerie. O ſtulti ⁊ vecordes quid iuuant vos nunc
dulcia vniuerſa quibꝰ tam celeriter perfuncti eſtis. Si quidem
nunc econuerſo plangere vobis eternaliter cõuenit ⁊ plangẽdo
exclamare ⁊ dicere: ve ve ve nobis iam nũc ⁊ in eternũ ve ꝙ vn
q̃ nati ſumus: ve ꝙ amplius mori nõ valemus: ve q2 in eternum
torq̃bimur nec a tormẽtis vnq̃ liberabimur. o qs eſt qui talia
recogitet ſupplicia: ⁊ hec ad cor ponat tormẽta. hec enim talia
ſunt ut quicquid horribilẽ mũdo excogitari poſſit: his cõpara
ri incrudelitate nõ poteſt. O q̃ felix incoinquinatus: qui poſt
gaudia huiꝰ mũdi nõ abijt: qui nõ reſpexit in vanitates ⁊ inſa
nias falſas. errauimus a via veritatis: ⁊ iuſticie lumẽ nõ luxit
nobis: ⁊ ſol intelligẽtie nõ eſt ortus nobis. Quid nobis ꝓfuit
ſuperbia: aut quid diuiciarũ iactãtia cõtulit nobis: tranſierũt
oĩa iſta tanq̃ vmbra tranſijt qđ tẽporale fuit. ſed ꝓch dolor re
manet qđ in eternũ manet. O eternũ nunq̃ finẽ habiturũ in
deũ. o finis ſine fine: o mors grauior omni morte: ſemp mori: ⁊
enĩ mori nõ poſſe. o lachrime inceſſanter ꝓfluite: oculi plorate
⁊ oĩa viſcera mea vllulate ſup hac infelici ſeperatione que ẽ a
ſummo bono: ⁊ a facie illa glorioſa ⁊ iocunda: ⁊ a cõſortio illo
angelico: necnõ illo feliciſſimo numero electoꝝ ⁊ expectatione
apponẽdi ad illã miſerã ac crudelẽ ⁊ maledictã damnatoꝝ tur
bam ſine fine cruciandã. o cordiũ omniũ intimi gemitꝰ: o ſtri
dor dentiũ ⁊ fremitus ſpirituũ immenſus. O ploratus ⁊ vlula
tus multus. O clamor ⁊ ſonus eternaliter permanſurus: qui
ſemper durabit ⁊ finẽ nunq̃ habebit: qui ſemper renouabitur
et nunq̃ terminabitur. oculi noſtri miſeri nunq̃ aliud videbũt

q̃ miſeriam. o aures noſtre miſere: nihil aliud niſi ve ve atq̃
triſticiam gemitus ac ſtridores dentium audietis. O pia cor
da illud interminabile: crudele: eternum: et intollerabile dam
nationis ſupplicium: reſpicite: ⁊ hec in tempore gratie lugete:
penitentiam agentes: peccata deplangite. Heu heu cur nõ hic
nos miſeri: imo omnibus creaturis miſerabiliores maxima fu
tura mala preuidimus ac preuenimus: cum robur affuit: cum
tempus aderat oportunũ: vtinam ut toto tempore illo inutili
ter expenſo ſuper hoc nobis vna horula in remedium tante pe
ne fuiſſet conceſſa. ſed heu (ſententiante diuina iuſticia) pre
cluſa eſt nobis ſalutis via: negata miſericordia: ſpes omnis ab
lata. Quid plura: nos miſeri ⁊ omniũ creaturarũ miſerabilio
res: in tantum affligimur ⁊ dolemus de illo ve eterno: vt qua
liſcunq̃ terminus excogitatus dũmodo finiendus foret: eſſet
nobis ſolacioſus ſuper omnia ſolacia ⁊ gaudia mundana: quo
niã poſito per impoſſibile ꝙ eſſet aliquis lapis molaris adeo
magnus qđ vbiq̃ circumferentiam celi cõtingeret: ⁊ quod ali
qua auicula minime quantitatis poſt centum milia annorum
veniens: de lapide predicto ſolũmodo tantum per roſtrum ſu
um euelleret quantum eſt decima pars milij: et iterum poſt cẽ
tum milia annorum ſicut prius auicula vnam particulã de de
cem auferret: ⁊ ſic per ſingulas partes: ita ꝙ in decies centenis
milibus annis non plus diminueretur quãtitas lapidis: niſi
quantum habet in magnitudine granũ milij. En proch dolor
nos miſeri multum gratulati et conſolati eſſemus: quod poſt
longam et plenam conſummationẽ totius lapidis finem habe
ret ſententia noſtre damnationis eterne. Sed heu hec eadem
conſolatio nobis miſeris a diuina iuſticia eſt abnegata. Qui
habet aures audiendi audiat: ⁊ ad cor ponat hec horribilia vi
tam emendãdo hic in tempore gratie peniteat: quia aliter fla
gellabuntur in eternis cruciatibus: qui hic in tempore gratie
a flagellis filiorũ excipiuntur. Unde dicit beatus Gregoriꝰ. Pro
ſper ſucceſſus tẽporaliũ eterne dãnatiõis certiſſimũ eſt ſignũ.

Quid ergo faciendum eſt ut infernum euitemus? Dico quod
deus qui ſcđm apoſtolū vult omnes homines ſaluos fieri: et
agnitionem ſui nominis peruenire: duo nobis verba in euan/
gelio propoſuit: Quorum vnum dixit manens in carne· alterū
dicturus eſt in extremo iudicio· In quibus verbis ꝓponit no
bis bonum ⁊ malum: vitam ⁊ mortem: benedictionem et male/
dictionem· Elige ergo o homo alterum illorum: quia velis no
lis: oportet te alterum illorum ſequi: Elige ergo quod volue/
ris vnum ex his duobus oportet te eligere· Primum ſcribitur
Math· iij· Penitentiam agite: et talis penitētia vera dicta po
teſt dici vita religioſa virtuoſe deducta· Secūdum dicetur in
diſtricto iudicio in nouiſſimo die· ⁊ ſcribitur Mathei. xxv· Ite
maledicti in ignem eternum· Si ergo primum accipies penitē
tiam agentes: ſecure euades ſecundum· Si autem primum con
tempnis: abſq; dubio incidis in ſecundum· De iſtis verbis ſi/
mul iunctis dicit Bernardus: Reſpondent nobis mundi ama
tores cum penitentiam perſuademus: et dicunt ſicut indurati
⁊ excecati dixerunt: durus eſt hic ſermo: quis poteſt eum audi
re· Erratis inſani: durum ne vobis videatur cum dicitur: Pe/
nitentiam agite ⁊c· Audituri eritis duriorez ſcilicet: Ite male/
dicti in ignem eternum: vbi cruciatus eternaliter ſuſtinebitis
duriorem: quod deus auertat· Penitentiam inſpirādo ⁊ quid
ſi hec omnia horribilia et terribilia predicta: ſeruos diaboli et
mundi amatores ad conuerſionem vite ſue: et ad penitentiam
agendā nō inducunt· Nihil ſupereſt niſi ut attendāt īmenſita
tem gaudiorum celeſtium· De quibus dicit Pſalmiſta pſalmo
octuageſimotertio. Quia melior eſt ibi dies vna quam mille di/
es in hac vita. Unde dicit alibi: Quoniaz mille anni ante ocu
los tuos tanq̄ dies heſterna que preterijt: ſcilicz lete deducta
in hac vita· De quibus gaudijs etiaz dicit Gregorius: Ibi pax
eſt ſine diſcordia: voluntas ſine mandato: iuſticia ſine iniuria:
iuuētus ſine ſenectute: decor ſine deformitate: vita ſine morte:
leticia ſine perturbatiōe· carmīa non deſunt: p̄mia nō deficiūt

amicicijs non egebitur: regnum nō amittitur: ibi nihil deerit
quod libuerit: nihil deſiderabitur quod non affuerit· Itez Au/
guſtinus de eiſdē gaudijs celeſtibus inq̄t· O pulchra ciuitas:
xp̄s aīe cibus erit ne eſuriat: pot⁹ ne ſitiat: vita ne illaz ſenect⁹
diſſoluat· nullus intrinſecus morbus: nullus extrinſecus me/
tus· in carne erit ſanitas: in animo tranquillitas: in anima io
cunditas· Concordat Bernardus: Letantur omnes ideo: quia
deſiderabilis aſpectu: facie decorus: dulcis ad perficiendum:
per ſe placet: per ſe ſufficit ad premium· nihil extra ipſum que/
ritur quod in ipſo non inuenitur: quia omne in ipſo eſt quod
deſideratur. Auguſtinus. Ipſe finis deſideriorū noſtroꝝ: qui
ſine fine videbitur: ſine faſtidio amabitur: ſine fatigatione lau
dabitur· Et ut multa paucis concludam: audi adhuc Bernar/
dum dicentem ſic: Ibi vera leticia: plena ſciētia. ibi omnis ple
nitudo ſcientie: omnis pulchritudo ⁊ beatitudo. ibi eſt pax: pi
etas: bonitas: lux: virtus: honeſtas: gaudium: leticia: dulcedo
vita: ſalus: gloria: requies: amor: ⁊ quicquid bonum excogita/
ri poterit ibi reperitur· Si igitur iſta gaudia poſſidere cupiūt
ipſi mundi auditores: audiant dominuz dicentem: Fugite de
Babilone ⁊ ſaluabit vnuſquiſq; animam ſuam. Babilon ſcđm
Hieronimū interpretatur domus confuſionis· ⁊ directe ſigni/
ficat iſtum mundum: vbi iam heu vbiq; terrarum confuſio re/
gnat. ſicut videmus patenter in verecundo veſtitu: et in alijs
infinitis abuſionib⁹: que experientia magis docet q̄ ſcribi uel
dici poteſt· Ergo fuga de hoc ſeculo: validius eſt remediū con
tra vicia ⁊ peccata· Ad quam fugam hortatur nos dominus in
verbo preallegato vbi dicit: Fugite de babilone ⁊c· Quod quidē
verbum exequitur Bernardus dicēs: Fugite de babilone: hoc
eſt de ſeculo nequam: vbi caſtitas periclitatur in delicijs: hu/
militas in diuitijs: veritas in multiloquio ⁊ ſic de alijs. Quo
ergo fugiendum puto: ad vitam religioſam que tutior eſt vita
ſiue via ad arctam viam: que ad patriam ducit celeſtez· Poteſt
tamen largius loquendo per Babilonez intelligi ſtatus pecca

minoſus:qui eſt adeo confuſus ꝙ animã ad imaginez dei cre
atam deturpat: ut nullum imaginis dei veſtigium in ea relu-
ceat· Et niſi dominus in nouiſſimo die eandem imaginẽ in eo
inuenerit:eternaliter condẽnabit· Unde dicit: Reddite ceſari
que ſunt ceſaris·i.diabolo qui eſt omniũ mundi amatorũ do-
minus· Unde dominus per ſe in euangelio:appellat ipm prin-
cipem mundi:ut patet in multis locis euangeliorꝫ ⁊c· Item po
teſt adhuc largius intelligi: Fugite de babilone·i·de hoc mun
do peccaminoſo:non per corporis alienationem ſed mentis: ſi
cut fecerunt omnes ſancti dei:qui licet vixerunt in mundo in
ter homines:non tamen curauerunt mundũ:ſed omnino ſpre
uerunt ⁊ in xp̄o delectati fuerunt· Sic ⁊ nos facere debemus fu
gere videlicet ſic de hoc mundo ad ſtatum penitentialez ut pri
us dictum eſt· Agite ſcilicet penitentiam ⁊c· ut penas intolera
biles eternas ⁊ horribiles declinetis ⁊ euadatis:⁊ regnum ce-
lorum amenum ⁊ iocundum cum ſanctis ⁊ electis meritis eorꝫ
⁊ precibus poſſideatis. Quod nobis preſtare dignetur Jeſus
xp̄us Marie filius:qui cum patre et ſpiritu ſancto viuit et re-
gnat in ſecula ſeculorꝫ Amen·

¶ Finis·

Incipit Speculum beati Bernardi Abbatis.

De honeſtate vite.

Etis a me fili ⁊ frater: quod nunq̄ ⁊ nuſq̄ aliquem
a ſuo pꝛouiſoꝛe audiui petiſſe. Uerumtamen quia
inſtanter tua deuotio expoſcit cui ineſt rationabi-
liter petenti aliquid negare non poſſum. ¶ Formu-
lam honeſte vite tibi breui ſcribo ſermone: quã in chriſti amo-
re ſi ardeſcens perſeueranter ſeruaueris. procuidubio vitam cõ-
ſequeris eternam. ¶ Ut igitur ab interioꝛi incipiens ad exterio-
rem hominem ſermo procedat. Circa tui coꝛdis puritatem te in-
deſinenter ſtudere opoꝛtet: quo totius puritatis amatoꝛ: deus
tamq̄ in propria ſede ſedere dignetur. ibi ſedem ſibi tamq̄ ĩ ce-
lo collocare. Iuxta illud. Celum mihi ſedes: ⁊ terra ſcabellum
pedũ meoꝝ. Et iteꝝ. Anima iuſti ſedes eſt ſapiẽtie. Neceſſe eſt
ergo: ꝙ circa cogitationes tuas intendas ⁊ inſiſtas: vt videlicet
coꝛam deo cogitare: ſeu meditari pertimeſcas: quod in preſentia
hominis merito dicere vel cogitare erubeſceres. Sciens nimi-
rum ꝙ ſicut per verba vel facta innoteſcimus homini ſic per co-
gitationes incircumſcripto ſpiritui: quia que dicta hominibus
ſunt deo cogitationes. Dominus enim nouit cogitationes ho-
minum: quoniam vane ſunt. ⁊ ſicut ei nulla inuiſibilis eſt crea-
tura: ſic nihil omnino cogitari poteſt quod eum lateat. Unde
Apoſtolus. Uiuus eſt enim ſermo dei ⁊ efficax ⁊ penetrabilioꝛ
omni gladio ancipiti pertingens vſq̄ ad diuiſionem anime et
ſpiritus compagum ⁊ medullarum ⁊ diſcretoꝛ cogitationum et
intentionum coꝛdis.

¶ De Contemplatione dei.

It ergo tibi chriſtus in coꝛde. ⁊ nũq̄ imago crucifixi
ab animo tuo recedat. Hic tibi ſit cibus ⁊ potus: dul-
cedo tua ⁊ refectio tua: conſolatio tua mel tuum
⁊ deſiderium. Tua meditatio: tua oꝛatio: vita tua: ratio tua: et
reſurrectio tua. Semper cogita illum. aut poſitum in preſepio.

aut pannis inuolutum·aut in templo a parentibus preſentatū·
aut in templo audientem: doctores interrogantē qui docet om
nem ſcientiam·⁊ poſtea parentibus ſubditum·cui de iure ſubdi
tur omnis creatura·aut etiam turbas docentem: vel ſolum in
monte orantem: aut eſurientem in deſerto panem vite ⁊ fonteȝ
ſapientie: qui paſcitur inter lilia·⁊ implet omne animal benedi
ctione·aut fatigatum in itinere prolixius orantem: ⁊ omnibus
omnia ſufficienter adminiſtrantem: ab angelo etiam ipſuȝ qui
eſt dulcedo ⁊ conſolatio angelorum conſolationem recipientem
aut ad columnam ſuſtentationem mundi ⁊ totius mundi colū
nam ligatum ⁊ flagellatum·Et ipſum qui eſt gloria angeloruȝ
ſpretum ⁊ illuſum ſputis linitum palma in facie percuſſum·ſpi-
nea corona coronatum: obprobrijs ſaturatum · Ad vltimum
cum iniquis deputatum: ⁊ pro te in cruce pendentem ⁊ morien
tem·Sic erit igitur faſciculus mirrhe dilectus tuus inter vbera
tua commorabitur. Et ſic de omnibus anxietatibꝰ domini tui·
⁊ amaritudinibus quaſi quendam faſciculum concepti doloris
colligas. vnde etiam amarum poculum ⁊ dulces vt ita dixerim
lachrymas conficias. ¶ Si vero aliquando ardentiſſimo chri-
ſti amore ſuccenſus: volueris cum Apoſtolo cognoſcere: ⁊ que
ſurſum ſunt ſapere altius. Leuabis parumper oculos mētis ad
victoriam reſurgentis. ⁊ ad maieſtatem in gloria patris ſeden-
tis ⁊ regnantis·nec tamen ibi facies moram longam. ne forte ſi
diutius maieſtatis fueris ſcrutator opprimaris a gloria·

¶ De ſuperbia deteſtanda·

S Ane ante omnia noueris te omnem elationem cor-
dis iactantiam atq; arrogantiam quaſi quaſdam pe-
ſtes ⁊ venenata animalia: ⁊ quoddam venenum ani
marum omnino fugere debere. Sciens proculdubio ꝙ immun-
dus coram deo eſt omnis qui exaltat cor ſuum· Item neminem
ſpernas: nulli noceas: nulli detrahas. ⁊ in chriſti nomine omni
bus prodeſſe conerie· Item inferiorem ceteris atq; viliorem te
non ſolum credas ex intimo cordis affectu· verum etiam non
dicas profeciſſe te: nec aliquid te exiſtimes· Iuxta illud Apoſto
li·Qui ſe exiſtimat aliquid eſſe cum nihil ſit: ipſe ſe ſeducit·Ad
hec ſit inceſſus tuus: maturitate plenus: grauis et honeſtus·et
videlicet non fractis greſſibus ambules: aut non ſcapulas dex-
trorſum vel ſiniſtrorſum: vergendo ſeu vertendo non eſſe erec-
ta ceruice: non prominente pectore ſeu inclinato ſuper hume-
rum capite: que omnia leuitatem redolent: aut elationem oſten-
dunt: aut ipocriſim ſapiunt· Incedens ſtans ſedens habeto te
deorſum reuoluens in animo tuo: quia puluis es ⁊ in puluereȝ
reuerteris· ⁊ cor ſurſum verſum: nulla curioſitate aliquem aſpi-
cias aut reſpicias: Triſticiam animi ⁊ maxime in conuentu
oſtendere te decet. quandam tamen hilaritatem premittes in
facie· Priuatim autem nunquam vultus tuus in diuerſa muta-
tur. ſi coram aliquo alicuius rei cauſa: vt aſſolet aliquando fue-
ris compulſus in riſum non ſit excuſſus cum cachinno· Tuis
etiam curis interpone gaudia: nunquam ſis ocioſus: quin aut
legas: aut aliquid de ſacris ſcripturis·vel quod certe melius eſt
rumines pſalmos operando. Nihilominus inceſſanter: quod ti
bi fuerit iniunctum: vt nunquam diabolus te exoccupatum in-
ueniat·multa enim mala docuit ocioſitas· Illas vero ſcriptu-
ras libentius legas·precipue que tuam deuotionem magis in-
flammauerint q̄ que alliciant intellectum. Intellige que dico
dabit tibi dominus intellectum: ſi in ſenſu cogitaueris cir-
cumſpectionem dei·Et cum oraueris. non impleas aures tu-
as audientium ſingultibus et ſuſpirijs · ſed intende dominū

deum tuum in cubili cordis·proderit tamen ad compunctionez
habendam:ſi ita ſemotus fueris:vel puras manus eleuando·ſi
etiam tuiipſius vocem audire potueris:nonnunq̄ ad ſubleuan
dam intentionem in celum inſpicias:vt ibi ſit cor tuū vbi xp̄s
eſt in dextera dei ſedens·Ab oratione reuertaris ad lectionem·
⁊ iterum ſi lectio in te faſtidium ſubmouerit:ad orationem pro
uocet·Conſortia iuuenum maxime qui inbarbes ſunt: quantū
conuenienter potes deuita·Sicut ad crucem ſic ad cibum acce/
das·nunquā alicui oculos in faciem defigas:nunq̄ voluptate
ſed neceſſitate paſcaris ⁊ fames:non ſapor prouocet appetitum
ſingularitatem fuge·communitate eſto contentus· ſciens quia
caro paſcenda eſt·⁊ extinguenda ſunt vicia·ſed quando tibi ali
quid ſuper apponitur:tamq̄ diuinitus procuratum illud acci/
pe.hoc tamen in animo ⁊ſemper in voluntate tua ſit magis al/
teri apponere q̄ retinere. Pone prudentie tue modum: ne tibi
ſapiens videaris ſemper ⁊ vbique atq̄ in omnibus operibꝰ tu/
is time:ne forte excedas in aliquo· Hic beatus Job ait·Verebar
omnia opera mea ſciens q̄ parcis delinquenti· Cum autem ad
ſtratum laſſus deueneris:te honeſtiſſime iacendo componas·
nec ſupinus iaceas·nec genua leuando calcaneos iungas ad ty
bias·q̄ ſi luxurie te pompa concuſſerit:recordare dilectum tuū
poſitum ſuper lectum doloris:⁊ vniuerſum ſtratum eius verſuz
in infirmitate· Hec dices in corde tuo·deus meus pendet in pa
tibulo:⁊ ego voluptati operam dabo·ſicq̄ inuocato ex toto cor
de nomine ſaluatoris gemendo ⁊ ſepe geminando hoc nomen
ſalutis ceſſabit quaſſatio:rumina in te pſalmos donec ſompnꝰ
occupet vt in ſompno ſomprues te pſalmos dicere.❡Cum ſur/
rexeris ad vigilias:lauda creatorem tuum:ex omnibꝰ viribꝰ tu
is·⁊ ad laudem creatoris ⁊ redemptoris tui:exalta in altitudi/
ne vocem tuam.❡Poſtremo puriſſimum chriſti habeto amorē
nil preter chriſtum:aut quod eſt preter ipſum:aut quod eſt pro/
pter ipſum:non eſtimare memento.❡Prolixius q̄ putaui de/
ſcripſi tibi quod ipſe agere nequeo in te adimplere:me reputās

⁊ optās:quod mihi deeſſe cognoſco:q̄ profectus tuus gaudiuz
eſt mihi·⁊ corona mea in domino deo meo·❡Si quando aſſu/
ſtis tedio iuxta lapidem:quo lauantur corpora mortuorum te
compone meditando·⁊ diligenter cogita quomodo tractentur
vſu ſepeliendi:nunc in tergum:nunc in faciem verſantur quo/
modo nutet caput cadant brachia:rigent crura:iacēt tybie:quo
modo induantur conſumantur deferātur humandi quomodo
componantur in tumulo:quomodo puluere contegantur:quo/
modo vorentur a vermibus quaſi putrefactio·❡Summaq̄ ti/
bi ſit philoſophia.meditatio mortis aſſidua·hanc vbicūq̄ fue
ris:aut perrexeris tecum porta:⁊ in eternum nō peribis.

❡Explicit ſpeculum beati Bernhardi Abbatis
de honeſtate vite.

❡Incipiunt octo puncta·mediante [Deo] quibus peruenitur ad per
fectionem vite ſpiritualis eiuſdem.

Ec octo ſi bene excolueris omnium virtutum perfe/
ctionem ⁊ conſummationem per gratiam dei conſe/
queris·❡Primum:vt pure ⁊ integre peccata tua ſe/
pius confitearis:cum magno dolore ⁊ ꝓpoſito non plus facien
di·❡Scđm:vt non frangaris aduerſitate vel temptatione·Sz
ſta in iuſticia ⁊ timore·⁊ prepara animam tuam ad temptatio/
nem·Non enim eſt locus vel religio qui vel que permittit ho/
minem ſine pugna militare ⁊ viuere·Nam tota vita hominis:
milicia eſt ſuper terram·omnes etiam qui pie viuere volunt:in
chriſto perſecutionem patientur·ꝑmittit enim·teſte beato Gre
gorio·Dn̄s electos ſuos lacerari detractionibus:vt in humili/
tate conſeruentur·❡Tertiū vt non miſceas te hominibus nec
interioribus nec exterioribus inquātum potes bono modo· ſed
tene ſolitarium ſponſo tuo chriſto·⁊ fuge rumores ſeculi ⁊ va/
na·ac ſecularia colloquia:que mentem diſtrahunt·⁊ inquietatē

4a: puritas cordis

reddunt. ⁊ in pace eſſe non permittunt. ¶ Quartum omni tem
pore debere puritate cordis ſtudere: vt videlicet cõtinue velut
clauſis ſenſibus carnalibus in temetipſum conuertaris ⁊ cordiſ
hoſtia a formis ſenſibilium ⁊ imaginibus terrenorum quantū
poſſibile eſt habeas diligenter ſerata. Puritas namq; cordis in
ter omnia exercitia ſpiritualia eſt quodam modo tanq̃ quedã
finalis intentio: ac laborum omnium retributio que in hac vi
ta miles chriſti emeritus recipere conſueuit. ſibi vendicat prin
cipatum. Affectum tuum cum omni diligentia ab his omnibus
que libertatem ipſius impedire poſſent. ⁊ ab omni re poſſibili
tatem habente alligandi ⁊ tenendi ipſum affectum ad inheren
dum. Iuxta illud legis moſayce maneat vnuſquiſq; apud ſemet
ipſum. nullus egrediatur oſtium domus ſue die ſabbati. ⁊ ſaba
tizabit populus. ¶ Inſemetipſo namq; eſſe eſt diſperſiones cor
dis ſui. ⁊ affectiones ad vnum verum ⁊ ſimpliciſſimum bonoꝝ
recolligere ⁊ collectas habere. Sabatizare vero eſt cor ab affecti
one carnali ipſum inficiente. ⁊ a curis mundanis ipſum diſtra
hente abſolutum eſſe. ⁊ in pace cordis ſui tanq̃ in portu ſilencij
in amore ⁊ fruitione conditoris ſuauiter quieſcere. Super om
nia autem alia tibi ſemper ſit principalis conatus: vt animum
tuum ſemper ſurſum in contemplatione diuinorum eleuatum
habeas: vt diuinis rebus ac deo mens iugiter transferatur.
Quicquid autem ab his diuerſum eſt: q̃uis magis videatur ſi
cut corporis caſtigatio: ieiunium vel vigilie ⁊ ſimilia virtutis
exercitia quaſi ſecundaria ⁊ inferiora iudicanda ſunt: tantū ex
pedientia q̃tum ad cordis proficiunt puritatē. Inde eſt quod
pauciſſimi iam ad veram perfectionem perueniunt: quia in me
dijs non multum proficuis tempus ⁊ vires expendunt debita
remedia negligunt ⁊ poſtponunt. tu autem ſi tranſmitte recto
ad finē intentū peruenire deſideras. debes ſine opere ad perpe
tuam cordis puritatem. ⁊ mentis tranquillitatē anhelare: atq;
cor ſurſum iugiter ad dñm habere. verum tamen eſt: q nullus
mortalium poteſt huic contemplationi iugiter inherere. ſed

ideo dictum eſt: vt ſcias vbi mentis intentionem debeas ha
bere fixam. et ad quam deſtinationem ſemper anime tue re
uoces intuitum quã poterit obtinere mens gaudet ⁊ aqua di
ſtractam ſe doleat atque ſuſpiret. quotienſcumq; ab illo intui
tu ſe deprehenderit ſeparatam. queruloſa voce mihi obuiare vo
lueris: dicens te diu in eodem ſtatu manere non poſſe: noſſe de
bes q diuina virtus plus poteſt facere q̃ homo poſſit cogitare
⁊ q frequentia actus ſimilem ſibi habitum generare conſueuit.
Unde ſepius contingit: q illud ad quod fortaſſis homo ſe in
principio aſtrinxit cum quadam violentia ⁊ difficultate: poſtea
faciliter operabitur. ⁊ tandem cum magna delectatione dum
modo a ceptis non deſiſtat. ¶ Audi fili mi diſciplinam patris
tui. Attende diligenter illa verba mea. ⁊ ea in corde tuo quaſi in
libro ſcribe. Noli emulari multitudinem eorum: qui iam retro
conuerſi ſunt poſt deſideria cordis ſui. In quibus deuotio tepu
it: charitas refriguit. ⁊ deficit humilitas. obedientia etiam pro
ſtrata eſt: qui placere hominibus cupiunt honores querunt vē
tri ſeruiunt qui ſupra modum diligunt munera. ſecuntur retri
butiones qui in hoc mundo ipſum quod querunt: pro mercede
operis ſui recipiunt. ⁊ in futuro vacui remanebunt. ¶ Sed il
los egregios flores ſanctiſſimos patres qui incomprobabili fla
grabant ſtudio ſanctitatis attende: ⁊ eorum feſtines propoſitū
ſimili ſtudio ⁊ conuerſatione ſuſcipere: quemadmodum tibi iã
propoſitum eſt. Siue igitur comedas ſiue bibas ſiue aliquid ali
ud facias: ſemper hec vox pij patris reſonet in auribus tuis: ad
monentis ⁊ dicentis. Fili mi ad cor tuum redas ab omnibus
quantū poſſibile eſt teipſum abſtrahendo mentis oculum ſemꝑ
in puritate ⁊ tranquillitate cuſtodias. Intellectum a formis re
rum infimarum reſeruando voluntatis affectum a curis terre
norum penitus abſoluas ſummo bono amore feruido ſemper
inherendo. memoriam quoq; iugiter ſurſum eleuatam habeas
per contemplationem diuinorum ad ſuperna tendendo. ita vt
tota anima tua cum omnibus potentijs ſuis ⁊ viribus in deū

collecta: vnus fiat ſpiritus cum eo in quo ſumma perfectio vie
cognoſcitur conſiſtere. ¶ Hec igitur breuis ꝓ vite tue formula
tibi ſit tradita in qua ſummarum ſumma toti⁹ perfectionis cõ
ſiſtit. in qua ſi diligenter ſtudueris ⁊ fideliter affectum manci/
pare volueris: beatus eris. ⁊ quod ammodo eternam felicitatē
in hoc fragili corpore inchoabis. Hec eſt fili ſalutis via quã tu⁹
Arſenius ab angelo edoctus ſeruauit et ſeruari ſuis diſcipulis
mandauit. Fuge: tace: quieſce. hec inquiens ſunt principia ſalu
tis hec eterna ſapientia ad diſcipulum. Item ſtatim ſubinfert
fons ⁊ origo omnium bonorū homini ſpirituali eſt in cella ſua
iugiter cõmorari. ¶ Quintum: vt non contriſteris vel leteris:
aut ſolliciteris pro amicis ⁊ cognatis tuis: ſed cõmitte eos deo
⁊ ſpirituale ſubſidium ſcilicet orationum tuarum ſuffragia eis
impende. te autem mundo crucifixum reputa ⁊ mundum tibi
ad interiora te extende tanq̃ omnibus amicis orbatus. ¶ Sex/
tum vt ſis feruens in orationibus: ⁊ meditationibus ſanctis. ⁊
ab illa voluntate: qua ad religionem veniſti. ⁊ a primo nouicia
tus feruore non tepeſcas. homo enim remiſſus ſi incipiat aliq̃d
in principio aliquantulum ſtrenue agit. deinde diminuendo ꝓ
cedit. quia multorum eſt incipere paucorum finire. Sola tamen
perſeuerantia coronabitur ſola accipit brauium. Nulla ſine la/
bore virtus ⁊ ad magna premia non peruenitur: niſi ꝑ magnos
labores. ¶ Regnum enim celorum non deſides: nõ remiſſi: nõ
delicati. ſed violenti rapiunt qui non alijs ſed ſuis voluntati/
bus preclaram inferunt violentiam. Nam qui in moribus ſuis
molles ſunt ⁊ fluidi more aque precipitis ad ima deſcendunt.
Qui vero conſtantes firmi ⁊ feruidi in arcem virtutis quoti/
die excreſcunt ſtultis nihil diu placet. Nam tales quod non ha
bent cupiunt: ⁊ quod habent faſtidiunt. ergo conſtans eſto: et
non nouearis exemplis tepidorum ad imitandum eos. Et ſi ri
gor ordinis non tenetur ab alijs de hoc te non intromittas. ſȝ
videas quod ſine offendiculo ambules corã confratribus tuis.
emendando eos plus exemplis quam verbis: vt oĩa q̃ ordinis

ſunt ſana ⁊ integra ſint in perſona tua. Et ideo non ſis alijs ri
gorofus non reprehendas acriter: vel dure increpando alios:
quia fraterna correctio non habet locum: vbi non ſperatur emẽ
datio ⁊ fruſtra venit ſonus ad aures: niſi deus in corde loquat̃
quia ſolus deus conuertit corda filiorum hominum. Fraterna
autem correctio debet fieri cum magno moderamine: cuȝ gemi/
tu ⁊ beniuolentia: ſuo loco: ſuo tempore: ſemper oratione prece/
dente. Iccirco ſi aliq̃ui non compleuerunt omnia que ſunt ordi
nis: dummodo tu bonus emulator fueris ⁊ diſcretus: non iudi
cabis aliorum facta. Nec moueat te: ſi videris aliquos min⁹ di/
ſcretos: alios ignaros: alios indoctos: alios remiſſos in bonis.
aut quibuſcumq̃ vicijs obnoxios: claude oculos inquãtum po
tes ad aliorum facta perſcrutanda. Caue ne quos imitari non
vis damnare videaris: quia in iudicando alios magnum ẽ peri
culum. ⁊ tales ſuſpitiones ſepe ſunt falſe. ſiue ſint vere ſiue falſe
diminuunt tamen affectum ⁊ caritatem q̃ȝ homo habet ad pro
ximum. hoc multum debes cauere ne caritas alicui⁹ erga te: vel
quemcumq̃ alium corrumpatur: vel etiam diminuatur: quia
non eſt maius ſpolium vel damnum: q̃ȝ in ablatione vel dimi/
nutione caritatis. Omnia namq̃ q̃zuis vtilia: q̃zuis neceſſaria
videantur: ſpernenda tamen ſunt: vt ire turbatio deuitetur. et
omnia que aduerſa ſunt: vel putantur: ſuſtinenda ſunt: vt pa/
cis dilectioniſq̃ tranquillitas ſeruetur. quia nihil perniciosius
ira. nec caritate quicquã vtilius eſt credendum. nec tranquilli/
tate animi precioſius ꝓpter que non ſolum commoda carnaliũ
⁊ tranſitoriorum: ſed ⁊ ſpiritualium ſpernenda videntur: ſi ali/
as acquiri vel perfici non poſſint. ¶ Septimum vt ſis tacens. ⁊
non multiloquus. vbicumq̃ fueris loquendo vel reſpondendo
leuiter et moroſe: remiſſa voce: placido vultu: diſciplinatis mo
ribus: pauca ⁊ rationabilia verba loquaris. Bis ad limam veni
ant verba q̃ȝ ſemel ad linguam. plus diligas audire q̃ȝ audiri:
vt interrogatio magis aperiat os tuum: q̃ȝ ad non interrogata
reſpondere. Non inniteris tue prudentie. neq̃ confidas in pro

prijs ſenſibus ⁊ non ſis ſapiens in oculis tuis: altiora te ne queſieris. ⁊ fortiora te ne ſcrutatus fueris. ſed diſcretum modeſtum ⁊ ordinatum te in omnibus exhibeas: quia deo nunquam placuit aliquid immoderatum: inſtabile: ꝯfuſum: inordinatum ſuper humile autem te quietum requieſcit ſpiritus domini.

¶ Octauum ⁊ vltimum: vt nunq̄ȝ ſis ocioſus. Nam in deſiderijs eſt omnis ocioſus. ama igitur ſcientiam ſcripturarum. ⁊ carnis vicia non amabis: nec vacet mens tua varijs perturbationibus: que ſi pectori ſuo inſederint dominabuntur tui. ⁊ te ducēt ad delectum maximum. Semper igitur aut legas aut ores: aut aliquid de ſacris mediteris. Multa enim mala docuit ocioſitas. eſt enim mors anime ⁊ viui hominis ſepultura ⁊ ſentina omnium malorum. Singulis horis ⁊ dieb⁹ ſua tribue exercitia ſpiritualibus ſpiritualia. corporalibus corporalia comparando. In omnibus caueas tibi a peccato. ⁊ proximo a ſcandalo. Statim cum ſentis te ſtimulari a vana gloria vel quacumq̃ȝ temptatione. principijs obſta. ⁊ ſis agilis ad quecumq̃ȝ agenda: que ex alterius admonitione. vel diuina inſtigatione intelligis eſſe facienda. Diſcas tibiipſi preeſſe. ⁊ teipſum regere non alios. propriam vitam ordina. mores tuos compone. teipſum iudica: teipſum apud teipſum accuſa ⁊ condemna: nec impunitum dimitte exceſſum. Tibiipſi eſto durus. nunq̄ȝ alijs. Mane preterite noctis fac a teipſo exactionem. ⁊ fortune diei tibi indicito cautionem. veſpere preterite diei rationem exige. ⁊ ſuper venīētis noctis fac indictionem. Conſidera quantū ꝓficias. q̄ȝtum tibi adhuc reſtet itineris: grandis enim tibi reſtat via anteq̄ȝ videatᷣ deus deorum in ſyon. Sed cum in his octo iam premiſſis te exercueris de virtute in virtutem ꝓficiendo. eſto cautus contra inſidias diaboli ne te abducat ab eis. Amen.

Finis.

Tractatus devotissimus [illegible] advocata nostre causa, in tribunali divine iustitie

Tractatus procuratoris editus ſub nomīe diaboli quādo petijt iuſticiā corā deo· ⁊ beata virgo Maria ſe oppoſuit ꝯtra ipſum ⁊ obtinuit· necnō obmutuit pugna ꝯtra genꝰ humanū·

Acceſſit Aſcaron ad omnipotentis dei preſentiam et ait·
Creator omnium vbiq̧ iuſticia· xi·q·iij·ſcōm·⁊·c·cuſto/
di·de pe·diſ.iij·c·ſunt plures· Ego ſum procurator totius ne/
quicie infernalis placeat iuſticie dignator me audire iuxta le/
gem ꝓxime·ff·de his que in teſta·delen· Cui dominus ait· Si
es procurator exhibe ꝓcuratorium ut·l·ſi quis inficiatus·ff·de
poſiti·extra de elec·c·cauſam·⁊ ut no. in·l·filiusfamilias· §· ve/
terani·ff·de procura·Reſpondit procurator·Volo te informare
ſuper quodā arduo articulo qui tangit medullitus omnes infe
ros ⁊ informatione facta exhibebo ꝓcuratorium ⁊ hoc fore fien
dum probari videtur·ff·de ſerui·vrba·predi·l· quibam iberus·
Reſpondit dominus· Jam dudum noui te ⁊ tuas verſutias·i·
q·i·ſpiritus ſanctus·ff· de iudi·l·ſed ⁊ ſi reſtituatur·in fine·no
li me paſcere verbis informatorijs nulla parte preſente.ut·C·ſi
per vim vel alio modo·l·ſi·ff·ď adop·l·nam ita diuus·ex· ď ma/
iori·⁊ obe.c·inter quatuor· Exhibe ergo ſtatim procuratorium
aut ſtatim foris exieris·ar·l·ſi quando·C·de dilati·⁊·xcviij·diſ.
c·nobiliſſimum. Qui formidans iudicem quē ſibi gratum non
videbat exhibuit procuratorium· Et ut more humano loqua/
mur ſic ſufficienter factum ꝙ in nulla ipſius parte patiebatᷣ ca/
lumniam·Tunc ꝓcuratori dixit dominus Loquere ſi vis. Ait
demon·Conqueror ego procurator ꝓcuratorio nomine iuxta
no·in·l. poſt mortem·ff· quando ex facto tutorum· Quod cum
ego ⁊ alij quorum nomine ago per infinita tempora omni pre/
ſcriptione preſcripta iuxta poſita·xvi·q·poteſt·⁊ per totum cō
concor·eſſemus ⁊ fuimus in pacifica poſſeſſione tormentandi
cruciandi ⁊ iuſticiandi genus humanum apud inferos·de ꝯſe·
di·iiij·formidiſſime· Nunc de nouo iuris ordine nō ſeruato cō
tra·l·ſi pacto·C·de pactis·⁊ de execu·rei iudi·l·i·et· ij·q· vi· §

diffinitiua parte nõ vocata ↄtra·l de vnoquoq;· ff. de re iudi·
ꝛ·d·l·nam ita diuus·ꝛ extra de conſti·c·eccleſia ſancte Marię p
voluntatis libito ſumus dicta poſſeſſione priuati contra·l·me/
minerint·ꝛ·l·ſi quis in tanta C.vnde vi·ꝛ extra de reſti·ſpo·c·
in litteris·De quo conquerimur ꝛ querelam ponimus lamen/
tanter corã te·Quare tibi placeat genus humanũ ad certã diẽ
ad te mihi procuratorio nomine reſponſurũ iuxta·l·aut qui ali
ter·§·i·ff·quod vi aut clam·extra de reſcrip·c·ſi·pteſtãs primo
reſtitutionẽ nobis plene ꝛ libere eſſe fiendã animarum quę in
celo ſunt ꝛ in purgatorio ꝛ quę eas preceſſerũt ꝛ quę eas ſequẽ/
tur ꝛ natarũ ꝛ quę naſcent ab hijs·iuxta no.in·l·i.in·§·nõ ſo/
lum·ꝛ·§.qui vi deiectus·ff·de vi ꝛ vi arma·ꝛ extra ꝺ reſti·ſpo·
c·grauis·Reſpondit dñs·Audiui te modo agatur de die·ut·d·
l·aut qui aliter·§·i·ff·quod vi aut clam·Reſpondit procurator
cauſa eſt valde ardua periculoſa ꝛ miſerabilis:utputa cauſa ſpo
liationis·ut extra de or·cog·c·ſi·ꝛ de fo·comp·c·ex parte·C·ad
l·iuliam de vi·ꝛ deſiderat celeritatem ar·l·i·ff·de dam·infe·cũ
ſimilibus citetur ergo pars ad diem craſtinã·Reſpondit dñs
ſibi·Diabole fili iniquitatis ꝛ ingratitudinis·xxvi.q.v·Nec
mirum damnate nequã tam cito menſuraſti interuallum inter
celum ꝛ terrã·contra·l·ſi cum dies·§·ſi arbiter·ff·de arbi·ꝛ no·
in·c·ex parte·de ap.Unde aſſigno diem certam tibi ad reſpon
dendum hic corã me ſcʒ diem veneris ſanctã in qua fui cruci/
fixus·Reſpondit procurator Iſtam diem non accepto quia eſt
vbilibet feriata·l·omnes dies·C·de feriis·ꝛ extra de ferijs.c·
finali.Reſpondit dominus·Ego iura condidi·ut.l·finali·C·
de preſcriptio·lon·tempo·ꝛ·xvi·q·iii·c·nemo·Sic hoc diſpono·
ff·de re·iudi·l·quidam conſulebat·ꝛ·C·ſi contra ius uel vtili·
publi·l·ſi·cum ibi no·O Gabriel voca genus humanum ut cõ/
pareat ſufficienter:et ſiue compareat ſiue nõ procedetur ut ius
dictabit.ff·de iudi·l.ad peremptorium·extra de reſcrip·c·cau/
ſamq;·de dolo ꝛ contu.c·cum dilecti. Et receſſit demon ꝛ ad p
prias rediit ꝛ rem geſtam ſocijs recitauit qui inuicem condolen

tes bene nouerunt xp̃i iuſticiam eis fauorabilem nõ eſſe mul/
tum futuram·Quibus lucifer ait·Non terreamini xp̃us enim
dicit ſe eſſe iuſticiam·ij·q·iij·ſcdm·quod falſum eſt·Si enim ẽ
iuſticia obtinebimus aut ipſum reprobabimus ex ore ſuo. xxj·
diſtinc·nunc autẽ. Et ait Aſcaroni Tu ibis ad diem ꝛ ait Aſca
ron·Mallem potius hic vobiſcum cruciari q̃ ibi vbi eſt omne
gaudiũ eſſe:quoniam ibi nullo modo gaudeo ſed potius doleo
cum gaudere incipio·ar·C·de adminiſ·tu·l·lex q; tutores·Sed
obedientie datus faciam quod incumbit·extra de maio·ꝛ obe·
c·illud·Ut more humano loquamur comparuit Aſcaron in au/
rora diei ſtans in conſiſtorio dei ſolus in quodam angulo he/
ne autem ſciebat ꝙ maior erat contumacia actoris q̃ rei·iiij·q
iij·c·l·ꝛ no·extra de dolo ꝛ contu·c·i·li·vi· Et ideo tempeſtiue
venerat ꝛ ambas aures habebat apertas paratas ſemper ne qd
contra ipſum fieret·Appropinquante autem quaſi iam meridie
acceſſit Aſcaron ad preſentiam dei dicens:Pater ſancte ego ve
ni diluculo ꝛ ſemper expectaui fac mihi iuſticiam iuxta·l. pla/
cuit·C·de iudi·ꝛ·C·de appel.l·eos·§.ſi quid autem. ꝛ extra de
or·cog·c·cum dilectus·Dixit dñs Uade vade tota dies cedit.
inſti·de verbo·obli·§·in diem. Tunc demon rediit in angulũ
ꝛ expectauit uſq; ad horam extremam·Tunc quaſi omnib⁹ diſ
cedentibus exclamauit demon·Ubi eſt iuſticia que deficit ĩ re/
gno celorum·Dixit autem dominus vocate eum ut compareat·
Qui ait tota die expectaui in regno iuſticie nec inueni·Dixit
dominus ei:dicas quid petis extra de libe.cau·gignarus·Re/
ſpondit demon videte citatorium vocatum eſt genus humanũ
reſponſurum mihi procuratori ſi eſt aliquis qui pro genere hu
mano compareat veruntamen nemo comparuit·Dixit domi/
naticis cum bona ſcarificatione appone· Et ſequenti die eis far-
macum vel aliud qđ tibi videbitur pꝛebe· Oꝛto apoſtemate ſicut
ſuperius diximus ꝓcede·Quos uero acutiſſima febꝛis cū pꝛofun-
ditate ſomni tenet·fac omnino vt eos euigiles·⁊ cū chꝛiſterijs po-
tionibus ⁊ ventoſis ſi potes eis auxilium dones· Jllis qui apoſte
ma venenoſum cū acutiſſima febꝛe ⁊ ꝓfunditate ſomni tenent·ſi-
cut ſuperius diximus in ſuccurrendo ꝓcede·Qui vero acutiſſimā
ſine apoſtemate ⁊ cū apoſtemate tenēt·⁊ die noctuq; nunq̄ requi
em capere poſſunt·melioꝛi modo quo potes cū rebus coꝛ ꝯfoꝛtanti
bus ac etiam bonis ⁊ delicatis potionibus ⁊ cliſterijs eis ſuccurre·
Qui vero apoſtemata ſine acutiſſima febꝛe tenēt· Hos quidē fac
fleubothomare ſi potes·ſinautē cum v̄etoſis empl'is potionibus ⁊
cliſterijs ſicut dictum eſt ꝓcede:Tamē in iſtis credo ꝙ fleubotho-
mia vſq; ad·xij. hoꝛas differri poſſit.Sed in illis quibus apoſte-
mata venenoſa cum acutiſſima febꝛe adueniūt nullo mō fleubo-
thomia vſq; ad illud tempus differri debet·ſed quāto citius fit tā
to melioꝛ ⁊ ſalubꝛioꝛ exiſtit· Multi tn̄ ex iſtis qui apoſtemata ve
nenoſa ſine acutiſſima febꝛe tempoꝛe peſtis tenēt ꝓpter magnas
crapulationes ⁊ potationes vinoꝝ fumantium·ac etiaȝ ſupfluo co-
itu in ſeuis accidentibus incurrunt ⁊ moꝛiunt̄·ideo iſta tēpoꝛe pe
ſtis tanq̄ moꝛtale venenū fugienda ſunt·¶Sunt enim vꝛine pe-
ſtilētiatoꝝ Aut liuide·Aut ſubiugales· Et hoc dicūt medicine do
ctores.⁊ hoc eſt veꝝ·Tamen aliq̄n apparet oppoſitum·⁊ hoc no-
ſtro tempoꝛe ſepe vidimus ꝙ vꝛina peſtilentiati in ſubſtantia et
coloꝛe paꝝ differt ab vꝛina ſani· Eſt etiā aliquādo eius vꝛina ruf
fa·vel rubea·vel ſpiſſa·⁊ fetens· Jdeo aduerte medice ne decipia-
ris·quoniā in iſtis tꝑibus multi decipiunt̄·⁊ multe fallacie etiam
cōmittunt̄.Aliqua ex medicaminibus quibus vulgus magis vte-
batur tibi in iſto bꝛeui opuſculo ſcribere decreuimus· Aliqui erāt
qui tegulas ſeu thiapas cupoꝝ optime affocatas in foꝛtiſſimo ace
to extinguebant·poſtea in pannis de canipa rudibus ⁊ vnctuoſis
inuoluebant ⁊ ita calidas apoſtematibus applicabant·ex hoc ali-
qui euadebant. ⁊ aliqui moꝛiebant̄· Aliqui etiā cum oleo de ver-

mibus terreſtribus calido ſua apoſtemata vngebant·Aliqui etiaꝫ cū iſtis oleis calidis ſcꝫ de camomilla de lilio de aneto ⁊ de ſambuco mixis ſua apoſtemata vngebant. poſtea ex maluauiſco maluis ⁊ lapacio acuto cepiſqꝫ cōmeſtibilibus ſeu de lilio ſub prunis bene maceratis cū butiro ⁊ axungia fermentoqꝫ ⁊ croco emplaſtꝝ cōponebant ⁊ calidum ſuis apoſtematibus applicabant. Aliqui etiam erant qui dyalteā bñ diſſoluebant ⁊ tā calidā qui tollerare poterant ſua apoſtemata vngebant· ⁊ re uera ſibi vtilem ⁊ ꝓficuā reperiebāt·Aliqui etiā erāt qui ventoſis apoſtemat[ı] ſuperpoſitis ⁊ bñ clarificatis cū illis quatuor oleis ſcꝫ đ camomilla ⁊c̄·apoſtemata vnguebāt.poſtea emplaſtꝝ de gumis calıduꝫ apoſtematibꝰ applicabāt·Aliqui etiā erāt qui apoſtemata venenoſa in corpore tenebāt ⁊ apiū rani nū qđ a vulgo pes milui vl̕ pes anſeriſ nūcupat̄ inter lapides viuos ꝯtūdebāt·poſtea teſtā nucis ī plebāt ⁊ ſi apoſtema erat in coxa dextera in crure dextero et ſi in ſiniſtra in ſiniſtro crure dictā teſtā ponebāt·que faciebat quandam veſicā quaꝫ apiebant·poſtea cū butiro vngebant· Et ita ſi in alijs locis emontorijs apoſtemata erant dictū medicamē manibus vel brachijs applicabāt·vngendo ſemꝑ eoꝝ apoſtemata cū oleo de camomilla ⁊ đ aneto ⁊c̄·poſtea emplaſtꝝ de maluiſco ſuis apoſtematibus ſupponebāt·Aliqui etiā erāt qui teſtā nucis viridi de cortice vidalpe inter lignū ⁊ ſuꝑiorē corticē exiſtentē implebāt·⁊ ſicut dictum eſt de apio ranino ſili arte de iſto laborabāt· Aliqui etiā erant qui apoſtematibꝰ tibijs ⁊ coxis ſanguiſugas applicabāt· Aliqui etiā erāt qui ꝗ̄pͥmū febris eos inuadebat vnū bonū coclear ſulphuris viui optime puluerizati cū medio cieto vini albi ſubtilis aliꝗ̄tulū tepidi bibebāt ⁊ ex magna virtute ⁊ potētia huiꝰ medicaminis apoſtemata a corpore exiebāt·⁊ orta cū emplaſtro ⁊ oleis ſuꝑius dictiſ ꝓcedebant·Aliqui etiā erant qui cepe ſcaloniā ⁊ ſpicam alei ⁊·xx· grana piperis cū ſale ⁊ calce viua ꝯtundebāt ⁊ cū melle ⁊ ſapone liquido emplaſtꝝ faciebāt·poſtea teſtā nucis dicto emplaſtro implebant quā antraci vel carbunculo ſupponebant· Aliqui etiā ex ſanis erant qui ſeipos a peſte ꝑſeuerare volebāt ⁊ cū cantheridibus

et fortibus herbis ⁊ acutis medicaminibus ſua crura vlcerabant· vlceratiſqꝫ cū butiro ⁊ axungia ꝓcedebāt. Multa ⁊ multa alia medicamina quibus vulgus vtebat̄ ibi addere potuiſſem· que ⁊ mihi ſcribenti ⁊ tibi legenti·ceteriſqꝫ intuētibus tediū nō inferant illa ꝑtermittere decreui·Bene vale·⁊ tuū Rolādum capellutū chri· philoſophum ad tua vota reſpirantem intellige.Sed iterꝝ te rogo vt omnium reꝝ tuarum exituꝫ conſideres· ¶Finis·

¶Pius Papa Secundus eloquentiſſimus: qui obiit Anno·M·CCCC·LXIIII·in Anchona dum proficiſci propoſuerit contra Turcos: compoſuit·zc̃·

PIus Epiſcopus Seruus ſeruorum dei: Illuſtri Machumeti principi Turcorum Timorem diuini nominis & amorẽ·Scripturi ad te aliqua pro tua ſalute & gloria :proq; cõmuni multaꝝ gentium conſolatiõe & pace:hortamur ut benigne audias uerba noſtra : nec prius damnes q̃ iudices: nec prius iudices q̃ ſingula diligenter intelligas·Accipe quę ſcribimus in bonã partem & uſq; in finem patienter audi:ſi bona ſunt quę ſuademꝰ:amplectere:ſin mala:reſpue & in ignem mitte· Neq; idcirco epiſtolam reiicias: quia Chriſtiani hominis eſt: & eius Chriſtiani qui cęteris preeſt: Non enim te odio perſequimur: neq; tuo inſidiamur capiti:quãuis noſtre Religionis hoſtis exiſtas:& armis Chriſtianam urgas plebem: operibus tuis tibi non ſumus offenſi: diligimus iubente domino inimicos noſtros: & pro perſecutoribus noſtris oramus:ſapientibus & inſipientibus debitores ſumus & omnes cupimus fieri ſaluos: Grecos:Latinos:Iudeos:Sarracenos:omnibꝰ optamus bona:ſed ſcimus uera bona neminem aſſequi poſſe qui extra euangelium degit:& a Chriſto domino noſtro eſt alienus·Noli autem aures claudere aut oculos auertere cum Chriſtum nominamus:quem Machumetea lex in qua natus es: & uirum ſanctum & prophetam magnũ & uirginis filium: & miraculis clarũ dicit·Multa tibi per eum & maxima bona ad

ueniēt:ſi ei credideris:& eius ſacris initiari uolueris. Horreſces hęc cum primū accipies: ſed audienda eſt tota lex:deinde iudicium promēdum. Audi quo ten dimus:multa tibi & tuis progenitoribus cum Chri ſtianis bella fuerunt:multus ſanguis effuſus eſt:mul te urbes delete:ſacre edes incenſe:rapte uirgines: uio late matrone:uaſtati agri:ſcelera ꝑpetrata ſunt que/ cunq; in mentem uenire poſſunt. Dum Thurcus & Chriſtianus uter imperet gladio contendit:tibi ut fa ma & opera ipſa loquuntur ingens deſiderium eſt Chriſtianos ſub iugum mittere:& Imperium Lati/ ni nominiſ obtinere. & ſunt fortaſſe q hoc facile ſua/ dent:& omnia tuis armis peruia dicūt: & alii tuas uires amplificantes;Chriſtianas attenuant: alii in di uiſionibus & odiis que gentem noſtram excedunt ſpem collocant:haud difficile exiſtimantes eos uinci ab exteris poſſe qui domi deſidēt. nos non ita igna rum te credimus noſtrarum rerum quin ſcias quāta eſt Chriſtiane gentis potentia: q̃ ualida Hiſpania: q̃ bellicoſa Gallia:q̃ populoſa Germania:q̃ fortis Bri tania:q̃ audax bolonia. q̃ ſtrenua Hungaria:q̃ diues & animoſa & bellicarū perita rerū Italia. Sola Hun garia diu progenitores tuos & teipſum fatigauit. Octuageſimū iam annū aduerſus Hungaros Thur corum ſigna feruntur:& adhuc circa Samū ac Da/ nubium herēt. Vna te gens tuaſq; uires agitat: quid facies ſi tibi cum Italis:aut Gallis aut Germanis res fuit ampliſſimis & robuſtiſſimis populis. Fortaſſe eſt ꝙ dicat Iuſtinianum Imperatorem Conſtātino/ poli ſedentem:miſſo in Italiam Belliſario:cum par/ ua manu militū perditam: Romam & reliqua loca

uſq; ad Alpes recuperaſſe: nec te Iuſtiniano mino/ rem eſſe. Caue ne te fallāt adulatores:Domeſtica re/ gum & aſſidua peſtis,facileꝫ principes magna de ſe loquētibus aurē preſtant:atq; idcirco ſepe decipiunẽ Rarus eſt qui nō ſe uero maiorē credat: Iuſtinianus uniuerſe Grecie & Illirici & Aſie & Lybie dn̄s erat & Italiam nō acquiſiuit:ſed recens perditā recupera uit:& Gothis gente barbara non ab Italis abſtulit: nondū amor Imperii Romani in mentib9 Italis re/ friguerat:neq; ullus erat qui barbaricū iugum equo animo ferret:cuncti arma pro Imperio & ꝓ patria magnis animis ſuſceperunt:nec tam Belliſarius Ita/ lis libertatē reſtituit q̃ Itali ſuum decus uendicarunt Tui progenitores nunq̃ aut poſſiderunt Italiā aut uiderunt:nec tibi ius ullum in ea eſt. Quod ſi pergas Italiā inuadere ſenties tibi cum uiris bellum eſſe:fa/ temur res claras maiores tui egere : nec tua minora ſunt opera:qui Conſtātinopolim expugnaſti & Pe/ ram e regione Ianuenſiū:Coloniā & Peloponeſum magna ex parte in deditionē accepiſti : & in Raſtia & in Valachia nō paucum agi adeptus es & ſepe tu os hoſtes fudiſti:& hoc anno Synopē uetuſtā urbeꝫ metis eupatoris patriā & eius tyrannum cepiſti: & Trabezunte direpta. Incolas eius & Imperatorē in captiuitatē abduxiſti. & Ioannem Caſſanum prelio congredi auſum ſuperaſti. Magna hec tibi uidenẽ: nec nos parua dicimus:at Iulius ceſar cum de uicto ria pontica triūpharet in curru quo uehebaẽ hec uer ba iuſſit inſcribi: Veni:uidi:uici imbelles eas gētes. et parui momēti exiſtimās:quas Pōpeius pauloante domuerat:& tu hac eſtate ſuperaſti. Alia eſt Italoꝝ

natura:alie uires:alia ingenia:alii animi:neſciunt ſub
eſſe qui ſoliti ſunt preeſſe:& nunc tota Italia arma/
ta eſt equis & hoībus plena:nec pecunia caret:q̄ ner
uus belli dicit̃:nō pugnabis contra feminas, aut Ita
liam:aut Hungariā:aut aliam in occidēti prouinciā
ingreſſus:ferro hic res geritur : nō Aſiaticis ſudib9
Calibeus torax pectora tegit·equi ſimul & hoīes te
cti pugnant:ordines ſeruant:nec uano metu pauent:
fortior ſit neceſſe eſt & manu promptior & aīo pre
ſtantior qui eos loco depellat·Nec Chriſtiana diſci/
dia deſiderio tuo cōducere putes:aut in his cōfidas:
unientur Chriſtiani omes ſi qn̄ te audiant interiora
Chriſtianitatis accedere: nec tu melius Chriſtianoꝝ
paci conſulere potes q̄ ualidis & magnis copiis chri
ſtianitatē inuadens:ceſſabūt priuata odia ubi publi
ca ſenſerint:& cōiunctis uiribus aduerſus cōmunē
hoſtē arma ſument·Nec tu neceſſe arbitreris ad pro
pulſandas tuas incurſiones, ad comprimendū tuum
impetū tuaſq3 uires elidendas totā Chriſtianitatem
uniendā eſſe: quod fatemur difficile eſſe: ſed una ex
quattuor nationib9 ſatis fuerit ſuperq3 ſatis tuas co
pias profligare. At ut de aliis taceamus, complures
eſſe in tuo pallacio arbitrantur: qui terrā Italiam lu
ſtrauerunt:& uires & ingenia noſcūt:ipſos audi atq3
interroga an equari tuis uiribus Italia poſſit:an uin
ci tuis armis:an tuo imperio ſubiici·plus negocii ro
manis fuit Italiā acquirere q̄ orbi reliquo frena im/
ponere·Dicet aliqs ꝙ ſupra tetigim9 inteſtina odia
que noſtrā gentem exagitant introitum tibi in Ita/
liam poſſe prebere: & ſi unus principū te excludat:
alterū incluſuꝝ daturumq3 aditum·Sunt diuiſiones

ſane & inimicitie & ſimultates inter Italos plures et
graues & periculoſe:& utinā nō eſſent:ſed nullus eſt
qui dn̄m pati non Chriſtianū uelit:oēs in fide ortho
doxa mori uolunt:nulli animus eſt a religione rece/
dere:nō hic inuenies qđ tui maiores apud Grecos:q
contendentibus de Imperio duobus:nunc uni nunc
alteri minus potenti auxilia miniſtrauere donec am
bos eneruatos & exhauſtos eiicere et ſibi principatū
arripuere· Alie ſunt Italie potētie alii regū oculi alia
ciuitatū conſilia· Venetoꝝ Reſp· ſapientia diues: &
auro xp̄o deuota ut nr̃a fert opinio: prius euertetur
funditus q̄ hoſtē religionis in Italiam patiat̃ intrare:
atq3 hec quidē per ſeſe qn̄ ſtatuerit nullis adiuta uici
nis tuas opes euertet tn̄ terra mariq3 pōt· An Flo/
rentine urbis magnificentiā ignores & uires & opes:
& q̄tus eſt in ea religionis cultus: quāta erga Ieſum
reuerentia:quātus amor:credes ne fieri poſſe ut hec
ciuitas Italiā diuerſe religionis hoībus aperiri ſinat·
Sūt alie multe urbes inſignes: multi principes clari
& magni· Nihil de regno Sicilie dicim9 ꝙ armis ac
tēpeſtate concutit̃:nō poſſumus multa nobis de illo
promittere:licet tn̄ hoc aſſerere:ꝙ quanq̄ duo reges
de ipſo litigent & bello decertent:maluerit tn̄ uterq3
regno priuari q̄ tuis auxiliis uictoria potiri· Qđ ſi
ad te alter cōfugerit totius Italie in ſe odia cōcitaue
rit·In Gallia Ciſalpina que & ipſa pars ē italie:dux
Mediolanenſis in armis excellit & potentia par re/
gib9 habet̃·Nec parue ſunt ducis Mutine uires aut
Genuēſes q liguribus preeſt mari·Nō cōtēnendus du
cis Sabaudie opulētis & ualidus ī Italia principat9·
Adeſt Marchio Mātuan9·Sūt alii cōplures urbiū

dñi quibus nihil pōt eſſe moleſtius q̃ nobilē Italiã
uane ſupſtitōnis ritu fedari. De nobis & eccleſie Ro
mane ciuitatibus & prouinciis tacemus: qñ noſtraꝫ
tibi profeſſionē haud ignotã eſſe cōfidimus: quibus
ſola cura eſt ſeruande & ampliande fidei dñi noſtri
Ieſu: hec ſi accepiſti ab aliis gaudemus. Veritatem
enim accepiſti: ſi minus: hortamur hec diſcutias &
uerum ueſtiges: inuenies nihil nos eſſe mentitos: nō
folium Sibylle: ut quidã ait de euangelii pagina reci
tamus. Difficile eſt: atq; adeo difficile: ut impoſſibile
dici queat: te tua in lege pmanentē uoti compotē fie
ri ſi: ut aiunt: Imperiũ Chriſtianoꝝ deſideras. Dices
q̃ plurimos tibi xp̄ianos ſubeſſe & de reliquis idem
ſperas: nō eſt par ratio. Pauciſſimi ſub tuo Imperio
xp̄iani ſunt qui ad ueritatē ambulent euangelii: oēs
aliquo errore ſunt imbuti: q̃uis xp̄m colant: Arme-
ni: Iacobite: Maronici: & alia quedam noīa Greci a
Romane eccleſie unitate aberant cũ tu Conſtantino-
polim inuaſiſti. Neq; adhuc decretũ Florentinũ ac-
ceperant & in errore ſtabant: neq; de ſancto ſpiritu:
neq; de purgatorio igne cōſona recte fidei ſentiētes.
Pauci fortaſſe inopes ueri xp̄iani neceſſitate nō uo-
luntate obediunt. At urbes Italie potentiſſimas nō
eſt tuũ cogere: ualidiores ſunt q̃ tuis queant exerciti
bus ſuperari. Noſti que tibi acciderunt cum Thau-
rinũ inuaſiſti: quod noſtra etas Belgradum uocat:
Pauci cruce ſignati innumerabiles tuas copias pſtra
uerũt: nō eſt de Italis ſperanda uictoria qbus aduer
ſa fuit in Hungaris pugna. Quocirca ut eo tandē ue
niamus quoad noſtra feſtinat orō: & id dicamus qđ
ad ſcribendũ compulit: tuamq; gloriã & tuã ſalutem
tibi deniq; oſtendamus: adhibe his paucis animũ. Si
uis inter xp̄ianos tuum Imperiũ propagare & no-
men tuũ q̃ glorioſum efficere: nō auro: no armis: nō
exercitibus: nō claſſibus opus eſt: parua res oīum q
hodie uiuunt maximũ & potentiſſimũ & clariſſimũ
te reddere poteſt. Queris que ſit: nō eſt inuentu diffi
cilis neq; procul querenda: ubiq; gentiũ reperit̃: Id
eſt aque pauxillum qua baptizeris & ad xp̄ianoꝝ ſa
cra te conferas & credas euangelio: hec ſi feceris nō
erit in orbe princeps qui te gloria ſuperet: aut equa-
re potentia ualeat. Nos te Grecoꝝ & orientis Impe
ratorē appellabimus: & quod modo ui occupas &
cũ iniuria tenes: poſſidebis iure: xp̄iani te oēs uenera
bunt̃ & ſuaꝝ litium iudicē facient. Oppreſſi undiq;
ad te ueluti cōmune patrociniũ confugient. Ex toto
fere orbe ad te prouocabit̃ multi ſponte ſua ſeſe tibi
ſubiicient: tribunalia tua ſequentur: & tributa preſta
bunt. Licebit tibi ſurgentes extinguere tyrannides:
iuuare bonos: oppugnare malos: nec Romana eccle
ſia te arguet recta uia uadentē. Eadē erit erga te cha
ritas prime ſedis que in ceteros reges: & tanto ma-
ior quanto eris ſublimior. Facile hoc pacto ſine ſan
guine: ſine armis multa poteris nanciſci regna. Vla-
diſlaus Lituanie princeps Vituldi frater cũ aſpira-
ret ad regnũ Polonie: eſſetq; infideliſſimus: ut uoti
ſui compos fieret effect9 fuit xp̄ianus & deinde etiã
regnũ obtinuit: cuius nunc filius Caſmirus regnat:
alter filius q etiã apud Hungaros regnauit in bello
contra genitorē tuũ geſto ſuperatus occubuit. Quid
reris de te fiet xp̄ianis initiato ſacris. magn9 erit ad
te cōcurſus & felicitatis genus exiſtimabit̃ inter ſub

iectos tuos annumerari· Quippe & arbitramur ſi
xpianus fuiſſes mortuo Ladiſlao Hūgarie ac Bohe
mie rege: nemo preter te ſua regna fuiſſet adeptus·
Speraſſent Hungari poſt diuturna bellorum mala
ſub tuo regimine pacem· & illos Bohemi ſecuti fuiſ/
ſent · Sed cum eſſes noſtre Religionis hoſtis elege/
runt Hungari uiri fortes & fideliſſimi religionem
potius cum bello retinere q̃ ea perdita pacem conſe/
qui· Quot ſunt in Epiro: in Peloponeſo: in Mace/
donia: in reliq̃ Grecia: in Dalmatia: in inſulis Egei
Carpatii & Ionii maris: qui tuū imperium non alia
de cauſa refugiūt: niſi quia alienus es a Chriſti ritu:
& hi modo ad nos mō ad alios recurrūt: opemq; pe/
tunt: extrema omnia ſubituri prius quā te circumci/
ſum & alienigenam dominum ferāt· & nos aliquan
do frumēto: aliquando rebus aliis ſubleuamus. Qd
ſi baptizatus eſſes & nobiſcum ambulares in domo
domini cum conſenſu: nec illi tuum Imperium tan/
to tempore formidarent: nec nos eis aduerſus te fe
remus opem: ſed tuum potius brachium in eos im
ploremus: qui iura eccleſie Romane nōnunquā uſur
pant et contra matrem ſuam cornua erigunt. Et ſi
cut noſtri anteceſſores: Stephanus: Adrianus: Leo
aduerſus Haeſtulphum & deſiderium gentis Lon/
gobarde reges Pipinum & Carolum magnum ac/
cerſiuerunt & liberati de manu tyrannica imperium
a Grecis ad ipſos liberatores tranſtulerunt: ita &
nos in eccleſie neceſſitatibus tuo patrocinio utere/
mur & uicem redderemus accepti beneficii· O quan
ta eſſet abundantia pacis: quanta Chriſtiane plebis
exultatio: quāta iubilatio in omni terra: redirēt Au

guſti tempora & que poete uocant Aurea ſecula re/
nouarentur: habitaret pardus cū agno & uitulus cū
leone: gladii uerterentur in falces, in uomeres ac ligo
nes rediret omne ferrum: excolerentur agri: euellere
tur aſpera domus: terra niteſceret: uici repararentur:
& urbes reſurgerent: templa deo ſacrata que cecide/
runt emergerent: collapſa monaſteria & plena uiris
religioſis diuinis omnia laudibus perſonarent · O
quanta tibi redundaret felicitas: qui ad eterni paſto/
ris ouile cunctas redegeris oues· O quantum te om
nes amarent: obſeruarent: extollerent: qui cōmunis
omnium pacis & ſalutis fuiſſes auctor · Dicet ali/
quis: hanc pacem: hanc unionem: hanc communem
letitiam haberi poſſe ſub tua lege· Errat q̄ hoc cen/
ſet: multos reges: multos populos unitos eſſe opor
tet prius quam tuam legem ubique diſſemines: nec
ſi unies corpora unies & animos· Sciunt Chriſtiani
ſuam legem ſanctam eſſe & ueram & ſalutarem: nec
dimoueri ab ea poſſunt: quamuis aliqui aut libidine
ducti: aut auaricia tracti: aut uoluptate illecti: aut me
tu mortis attoniti: aut cruciatu ſuperati nonnunquā
circumcidantur & in tuos ritus concedant: quorum
ſi corda poſſes inſpicere intelligeres neminem eſſe q̄
libenter conſultoq; receſſerit ab euangelio· Oſtendi/
mus ſupra quantū precellāt Chriſtiane gentis uires
& quā difficile ſit tot nationes xp̄m colentes euince
re: nō eſt q̄ pacē ſperes ſub lege Machumetea in q̃
nō eſt ſalus: difficultates experimētis ipſe uides: qui
& ſi multis Chriſtianis his que oīno nō ueris impe/
ras minime tn̄ eis tuam legem perſuadere potes· mi
nus perſuadebitur ueris: que non in argumentatio/

nibus rationum:ſed in ſolo ferro fundata eſt:& que
uincere diſputando nō ſperat:& uinci formidat·Nō
ſunt xp̄iani qui uel bello ſuperari poſſint:ul' diſputa
tionib9 decipi qn̄ & armis excellunt & rōnibus mu
nitiſſimi ſunt nō ſolum diuine ſcripture:ſed etiā phi
loſophice·Impoſſibile ē ſub lege Machumetea uni
onē fieri:ſub xp̄iana facile fieri poteſt· Et id magna
ex parte in tua uoluntate cōſiſtit: tu unus ſi annuas:
Turci oēs annuent: nec Syri aut Egyptii aut Ara-
bes aut Lybies aduerſabunt̃·Tecū quicq̄d eſt intra
Helleſpontum & Emphratē & quicq̄d poſſides in
Europa conuertet̃·Quid faciet baculus Egyptioꝝ
arundines qn̄ chriſtianum te uiderit effectum? quid
imbellis Arabs?quid nudus Affer?oībus his Ethi-
opes īminent preſbytero Ioanni parentes:qui chri-
ſtianus eſt·Non poterunt & illis & reliquis chriſtia
nis obſiſtere niſi curſum retinere pn̄t Ethiopes &
congregatā aquā dimittere: que rumpat aggeres &
totā inundet Egyptū atq̧ ſubmerget cum ſidus ap-
paret arcturi Hiſpani & Siculi facile Mauritamā
inuadūt & Cathalani cū Genuenſibus:& ſcis quan-
tum ualeant occidue claſſes & quātus eſt terror uel
Tyriis uel Alexandrinis uel ceteris orientalibus qn̄
xp̄i triremes ad eos nauigāt·Tua certe auctoritas &
animi magnitudo & in bellis felicitas apud omnes
ammirationi eſt: qui Machumeteam ſequuntur le-
gem:quod ſi te nobis adiungeres:breui totus oriens
reuertetur ad Chriſtū:Vna tantum uoluntas pacare
orbē poteſt: & ea tua eſt ſi ad baptiſmi grām ſe con
uertat· In te eſt crudelib9 bellis imponere finem: &
tantum preſtare mortalibus bonum quātum effari

nō poſſumus· Queret aliquis quomodo quieſcet or
bis Thurcis ad Chriſtū conuerſis quando nec ipſi
Chriſtiani inter ſe concordes exiſtunt: & multa per
Italiam Germaniam Galliam & reliquas prouinci-
as deſeuiunt bella·Diximus diſcedere inter ſe cōcor-
des exiſtunt:& multa per Italiam Germaniā Galliā
noſtre gentis homines· nō negamus & pluribus in
locis ferro contendit̃:diuino olim conſilio ſub Octa
uiano propter reuerentiam Saluatoris qui tunc ſm
carnē natus eſt:ea pax in orbe fuit quę nec antea nec
poſtea uiſa eſt·Difficile eſt & propemodū impoſſibi
le quieſcere in terris omnia ubi homines ſunt affecti
bus ſubiecti reprobis: illum ambitio exagitat: hunc
cupiditas trahit:libido alium impellit·Multa eſt in
ter mortales belli materia: ſed non ſunt tam atrocia
inter Chriſtianos prelia q̄ inter Thurcos & Chriſti
anos·Chriſtianus cū Chriſtiano de agri poſſeſſione
de regno:de imperio:de gloria contendit: cū Thur-
co de Religione:de libertate:de uita: Inter Chriſtia-
nos qui bello uincuntur poſitis armis nec uitam nec
libertatem amittūt·& multis eſſe patrimonia dimit
tuntur:principes imperio priuantur:inferiores dn̄m
mutant:reliqua tenent: In preliis que geruutur aut
cū Thurcis aut cum Sarracenis: qui ſuccumbunt:ſi
uitam nō amittunt in ſeruitutem redigunt̃· & multi
etiā Religioni renunciare cogūtur· Hec acerbiſſima
ſunt & īmaniſſima bella:que ſi tollantur:quod in te
ſitum eſſe monſtrauimus:pax maxima exorit̃ & uni
uerſalis quies·Nō ſunt reliqua bella huic compara-
ta:faciem quodāmodo pacis habent & ocii : nec illa
tam multa erunt quādo unus aſſit qui ſolo nutu cō-

petere poſſit iniurias:qualiter te futurū non ambigi
mus ſi cū tua potentia Chriſtianus efficiaris. Vides
ne quantū tibi laudis affert baptiſmi lauacrū: q̃tum
cum Chriſto ſublimis & conſpicuus redderis: quis
prohibet aquā?quid metuis?uoces fortaſſe Anglico
rum times tuoꝝ:quoꝝ nō dubitamus dicturos tibi
aliquos:Quid cogitas?quid agis?quorſum te tua uo
luntas trahit?Vis baptiſari?uis Chriſtianus fieri?ne
ſcis quod periculum addis?omnes te Turci deſerēt:
& ubi exiſtimas fieri magnus fies nullus:& Turcus
natus Turcos deſeres:inter Turcos creuiſti:turco
rum te manus extulit:Turci Aſiam & Greciam gu
bernant:Turci exercitibus preſunt:qui ſimul mini
mā famā tue mutationis acceperint e ueſtigio ſum
ptis armis te deiecto Imperatorem aliū ſufficiēt:tu
nudus & expulſus ſi euaſeris apud Chriſtianos mē
dicabis panem:Nam quis Turcus eſt quem ſue reli
gionis peniteat:moriemur oēs prius:q̄ noſtri ꝓphe
te iugum excutiamus.Non ſunt parua que iſti obii
ciunt:adhibenda eſt & huic parti medela:quā nemo
teipſo melius inuenerit:Noſti tuos hoīes & quibus
prouincias cōmiſeris:nō ignoras quanta ſit cuiq; fi
des:& quis aīus nō te latet: non fit ſine periculo ma
gnū facin9 & memorabile:uilia ſunt q̄ paruo emunt.
Diligentia hic & labore opus eſt: perueſtigāda ſunt
amicoꝝ conſilia:noſcenda ſubditoꝝ ingenia:& his
utendū eſt quos fidos & prudentes uideris. Seruiūt
tibi nō pauci ex chriſtianis nati:qui quāuis circūciſi
ſunt:nō tn̄ Chriſtianum nomen oderunt.His exerci
tus his prefecturas reddere potes qui tui ſunt aman
tiſſimi & ita regnū ordinare: ut qn̄ uelis preſto ſint

omnia.Et tui ſubditi magna ex parte Greci ſunt &
Armeni:ut diximus:Iacobite: qui & ſi aliquot erro
rīs habēt:Chriſtiano tn̄ noīe cēſent:nec aliud magis
cupiūt q̄ te ſimilē eis eſſe:& illum deū colere quē co
lunt:ipſi ſperarēt meliori eſſe loco futuros qui nunc
mancipia q̄ uiliſſima ſunt tributa ſoluunt grauia: in
iuriis afficiunt̄ quotidianis:ad bellum ducunt̄ inuiti
& inermis cedibus exponunt̄:priuant̄ liberis & uxo
ribus: miſerrima res eſt:poſtquā filios educauerunt
eos ꝑdunt:rapiunt̄ in pallaciū pueri:circūcidūtur:&
Machumeteis ritibus imbuunt̄: uident infelices pa
rentes nō modo corpora liberoꝝ:uerū aīas etiā ire
perditum & anguſtiati inter tot calamitates plorare
nō poſſunt maiora mala timentes.Nemo hoꝝ te di
ligit:neq; enim natura fert ut eos amemus a quibus
patimur mala: ꝙ ſi te Chriſtianū cernerent mirū in
modū te diligerent:felicitatē tuam cuperent: & oīb9
ſtudiis tuā gloriā quererent & filios ſuos & ſeipſos
quālibentiſſime tibi donarēt.Magna eſt hoꝝ mul
titudo & pro ſua religione cōſtantia: ꝙ ſi prudenter
eos tractaueris: nihil tibi de religione Turcoꝝ ue
rendū erit:qui medios inter Chriſtianos ſeſe uiden
tes:tue potius uolūtati cōſentient fortunas & digni
tates ſeruaturi quā mortis periculo ſe ſubiiciāt. Nō
ſuademus rem nouā aut inſuetam:tritum eſt iter qd̄
oſtendimus:multi hoc & magni reges ingreſſi ſunt.
apud Francos & gentilis ex idolatra Xp̄ianus effe
ctus eſt Clodoneus & ſimul cū eo regni ꝓceres ba
ptiſari nō recuſarūt.Apud Hūgaros Stephan9 nr̄is
initiatus ſacris oēm illā gentem xp̄o acquiſiuit.Apud
Veſogotos longo tempore in Hiſpania regnaue

rint uſq; in hec tempora eiuſdem gentis ſanguis im
perat• Ricardus Lemugildi filius ſuadēte Leandro
Iſpalenſi epiſcopo Arriane renunciauit hereſi & cū
omni gente ſua catholicā fidē complexus eſt• Apud
Longobardos Agilphus ſuaſu cōiugis Theudelin
de reliquit idola:& cum omni populo Chriſtiane ſe
ſe legi ſubiecit• Apud Hyberos qui ſunt in Aſia im
perante Conſtantino maiore:rex gentis cum coniu/
ge & omni nobilitate atq; plebe ad predicationem
unius captiue mulieris relicta idolorum inſania ba/
ptizatus eſt•Sed quid moramur & nō exemplum il
lud adducimus quod omnium eſt maximū: Cōſtan
tinus ipſe Imperator ac monarcha uiā aperuit: quā
tu & tui ſimiles ingredi abſq; ulla cunctatione poſ/
ſitis;omnes qui eum preceſſerant Imperatores exce
pto Philippo gentiles fuere:Iouē:Mercuriū:Apol/
linē:Herculem:& alia q̄ ſunt monſtruoſa noīa tanq̄
deos colebāt•Senatui & omni Romano populo ſtul
titia Chriſtus erat:proponebant̃ paſſim edicta que
Chriſtianos comprehendi iubebant: & niſi ſacrifica
rent idolis:crudelib9 modis interfici•Nil uilius erat
nomine Chriſtiano:infame genus & maleficū habe
batur omniū qui Chriſto crederēt•Sub Nerone:ſub
Domiciano:ſub Diocletiano crudeliſſima in Chri/
ſtianos deſeuit perſecutio:ac Conſtantinus acceptis
Imperii faſcibus poſtq̄ perſuaſus eſt a Siluestro pre
deceſſore nr̄o in ſimulachris demonia coli:& unum
tantum deum eſſe cum patre & ſpirituſancto Chri
ſtum Ieſum:& in euangelica tantūmodo lege ſalutē
inueniri:nō eſt cunctatus Chriſti fidē amplecti: nō
dixit:Senatus mihi aduerſus erit reſiſtet populus co/

piarum duces alienabuntur:imperio deiiciar:ſed al/
to animo iactans in deo ſpem ſuam:edidit qua pu/
blice coli iuſſit:& eam fidem teneri ab omnibus im/
perio ſubiectis quā beati apoſtoli Petrus & Paulus
Romanis tradidiſſent• Nec propterea ſiniſtri aliqđ
ſibi accidit:ſed tunc potiſſimū excellens & glorioſus
euaſit cum in uexillis ſuis crux dn̄i Ieſu appoſita re
ſplenduit• Viderat per quietem in aere ſignum cru/
cis & uocem audiuerat dicentem:·In hoc Conſtanti
ne uinces;paruit,uexilla crucis erexit:Ciuilibus bellis fi
nē impoſuit:ſuperauit hoſtes: barbaros afflixit: Im
perium ampliauit:pacē ſubditis dedit: eccleſias ape/
ruit:concilia ſacerdotum celebrauit: hereſes eliminauit
lucem quam acceperat ab euangelio cunctis genti/
bus cōmunicauit:magnificus & excelſus ſuper om/
nes Ceſares inuentus,Grecis & Latinis noſtris cele
bratus:Imperauit annos ſupra triginta: ſedem Im/
perii apud Bizantiū erexit:& ampliatis ciuitatis me
nibus:multiſq; tum publicis tū priuatis edificiis ma/
gnifice conſtructis de ſuo nomine Conſtantinopo/
lim appellauit:& plenus dierum apud nicomediam
edito teſtamento; in quo filios Imperii ſucceſſores
reliquit,ut Chriſtianum decet ſacramentis eccleſie re
ceptis,e uita deceſſit•Quid erat quod ille amplius in
terra poſſet optare:Imperio potitus eſt omniū: ma/
xima uita ei & longa fuit & paucis obnoxia morbis
inimicos humiliatos uidit: & quod hominibus dul/
ciſſimū eſſe ſolet heredes ampliſſime fortune filios
dimiſit•Nec alienum fuerit tantum Imperatorē qui
Chriſtianam fidem tantopere ampliauerit in alio ſe/
culo cum Chriſto regnare:ut eſt credere: cui ſeruiuit

in hoc dum uiueret. Quod ſi omnibus qui patriā au
xerint: iuuerint: defenderint: certum eſt eſſe in celum
diffinitum locum in quo beati euo ſempiterno fruā
tur: ſicut philoſophi doctiſſimi tradiderunt: multo
id certius de illis ſperandum eſt qui pro lege domi/
ni uel ſeruanda uel augenda ſummis ſtudiis conten/
derunt: ſicut de Conſtantino oſtenſum eſt: quem ſi/
cut in terra felicem fuiſſe didicimus: ita & in celo be
atum credimus. Eadem proculdubio euentura tibi
eſſe confidimus ſi nobiſcum ſapiēs Chriſtum colas
& magnum Conſtantinum imiteris: quemadmodū
Romani cum ſuo Imperatore Chriſtiani ſunt effe/
cti: ita & Turci una tecū baptizarētur callide: eritq;
tuum regnum ſuper omnia que ſunt in orbe: & no/
men tuum nulla ſilebit etas: Latine te littere & Gre
ce & Barbare celebrabunt. nemo inter mortales erit
qui te potentia aut gloria precedat. Magna ſunt hec
que promittimus: maiora que ſequuntur. De regno:
de potentia huius ſeculi: de gloria humana ſumus lo
cuti: caduca hec & incerta ſunt & fluxa: omnes mori
mur: omnia nata occidunt: & omnia orta ſeneſcunt.
breuis eſt humane proſperitatis curſus: cito regnum
deficit: nulla potētia longa eſt: gloria quoq; clari no
minis quamuis de maximis rebus diu perſeueret fi/
nitur tamen aliquando & cum tempore deficit: nihil
eſt inter mortales non mortale: conterit omnia tem/
pus. Eſto duret per multa ſecula nomen: que dulce/
do poſt obitum laudis: aut damnatus eſt homo in al
tera uita & nihil ei prodeſt fama quo remanſit: aut
ſaluatus eſt & ea non eget, beatitudine donatus eter
na que omni ex parte pleniſſima eſt. Filios ac nepo

tes preclara maiorum nomina iuuāt: & nobis quoq;
dum uiuimus dulce eſt talem hereditatem poſſe re/
linquere: que ſit poſteritati ſolacium. Eſt id quid ali
quo modo bonum ſed meliora querenda ſunt & ſta
bilia bona que noſtra ſint neq; unquam nos deſerāt
Philoſophi quos peripatheticos uocauit antiquitas
tria bonorum genera poſuerunt: et alia eſſe animi di
xerunt: alia corporis: alia externa. Stoici ea dūtaxat
bona exiſtimarunt que animum excolerent. Hoc fa
cit iuſtitia: prudentia: moderatio: fortitudo: & que
ſunt alie in animo dotes egregiam corporis formā:
roboris multitudinem: nobilitatem: clientelas: opes
inter bona non acceperūt: que neq; ſunt in poteſtate
noſtra neq; poſſeſſori felicitatem preſtant. Sed neq;
ille quattuor uirtutes que principales exiſtimantur
tranquillam homini mentem reddunt: niſi adiuuan/
tur alie tres quas Theologicas appellant: & in ani/
mo ſite ſunt: ſpes: fides: charitas. Triſtis eſt & in an
xietate moratur & torpet & angit̄ & nihil boni ope
ratur qui ſpe future uite priuatus eſt. Sine fide im/
poſſibile eſt placere deo: qui eſt ultimū hominis bo/
num & finis in quem tendimus. Charitas diuino
amore feruet: curioſa eſt anime noſtre & ꝓximo con
ſulit: quē iubet lex ut tanq̄ noſipſos diligamus. Si er
go animi bona cupimus & moralibꝰ uirtutibus opꝰ
eſt: & theologicis: neq; in his ulla eſt nobis cū tua le
ge contentio: alia ſunt in quibus diſcrepamus. Fate
bitur tua lex & uitam eternā in altero ſeculo reperiri
& in his itineribus ad eum perueniri: dicet fidē neceſ
ſariam eſſe: uerū non eam fidem quā nos recipimus
amplectet̄: laudabit charitatem: ſed alia eius officia

dicet:quam Chriſtianus ſine ſpe non poſſe bene ho
mini eſſe fatebitur:ſed ſpei finem longe diuerſum a
nr̃o recipiet: pax erit in nominibus:bellum in rebus
Fateſcat hec nunc contentio & quomõ uera & eter/
na bona ex fide Chriſti cõſequi poſſis & anime tue
conſulere:que immortalis eſt:oſtendamus. Etſi eniꝫ
huius ſeculi que dicuntur bona concupiſcis & in/
ter mortales magn9 uideri uis: nõ tamen anime tue
oblitum te credimus: nec ex illorum numero cenſe/
mus qui cum Epicuro & aliis quibuſdã delirãtibus
philoſophis:extingui animã ſimul cum corpore pu/
tauerunt: nec rurſus te ſine deo eſſe cenſemus : ſicut
olim de Gallicis in Hiſpania traditum eſt:qui nullũ
colebant deum. & de Pithagora quem ferunt dicere
ſolitũ eſſe nõ liquere ſibi an deus aliquis eſſet. Que
diſputatio a deo impia iudicata eſt: ut ab Athenien
ſibus auctor eius eiectus ſit:& libri in quibus ea cõ
tinebatur exuſti. Poſſidoneus ſcripſit Epicurum de
deo nihil ſenſiſſe : ſed ea que diis locutus eſt inuidie
depellẽde cauſa dixiſſe. Stultorum hec eſt aſſertatio
ſicut in propheta legimus : Dixit inſipiens in corde
ſuo non eſt deus. Haud equidem te adeo rudem exi
ſtimamus:ut celũ credas rectore carere & hanc pul/
cherrimã mundi machinam caſu emerſiſſe:& omnia
fieri fortuitu:ſed arbitramur te deum noſtrum confi
teri & in eum credere qui celum creauit & terram &
omnia que in eis ſunt:& ꝙ que creauit nõ negligit:
nec te ignorare cẽſemus incorruptibiles eſſe animas
hominũ:& cũ e noſtris corporibus migrant in alias
regiones transferri: & bonas leta ſortiri loca: malas
ad ſupplicium rapi:quod non ſolum in euãgelio no

ſtro ſcriptum eſt & in prophetis : ſed tua quoqꝫ lex
idem docet:quãuis in hoc mũdo temporalia que pu
tantur bona caſu quodam fortuito euenireꝫ nõ recte
arbitrantur. Socrates & Plato & Ariſtoteles philo/
ſophorũ principes. De mundi regimine:de immor/
talitate animaꝝ:de deo eadẽ crediderunt que Chri/
ſtiani:quãuis aliqua noue legis archana: que nondũ
edita erant ignorauerunt . Platonis in epiſtolis hec
uerba leguntur:Credendum eſt autem ſemper ueteri
bus ſacriſqꝫ ſermonibus nobis aſſerentibus eſſe ani
mã immortalem:iudiceſqꝫ habere ac penas dare ma/
ximas cum a corpore fuerit ſeparata. Quod intelli/
gendum cum male uixerit. Nõ eſt hic locus apud te
altius examinandus qui pro tua lege deum eſſe intel
ligis ꝗ omnia uidet & omnia iudicat & animas cor/
porea mole ſolutas pro ſuis operibus in alio ſeculo
uel premia recepturas uel ſupplicia non dubitas:que
cum ita ſit:ſtultum cognoſcis terrenis rebus ita ali/
quem inherere ut celeſtia negligat & dũ corpori ſtu
det animã perdat:breue eſt omne quod uiuim9 euũ:
etiã ſi Matuſalẽ aut Neſtoris annos poſſum9 attin
gere: quicquid eternitati comparatur momentaneũ
eſt:quotus hodie reperitur qui centeſimũ uideat au/
tumnum : quotus qui octogeſimũ impleat annum:
Vita hominis:ut inqt Propheta:in ipſis ſeptuagin/
ta annis in potentatibus : aliquando ad octuaginta
protẽditur:ulterius labor & dolor. Quotus iterum
ex eis qui naſcuntur ad perfectam peruadit etatem:
ꝗ multi moriuntur infantes: quot pueros extinguũt
morbi:pauciſſimi iuuentutem ſuperant : anguſtiſſi/
ma eſt uita hominis & incerta:mille inſtant in om̃es

horas periculamille mortis fauces uite noſtre inſidi antur: minima res curſum noſtrum interrumpit· alie no hic arbitrio ſumus: uocat nos deus quando uult & ubi uult: & cum minime credimus tunc citamur: peremptoria monitio eſt nec licet prouocare aut con tra niti: parendum eſt altiſſimo domino: & uillicati onis ratio reddenda· Sapiunt qui ita uitam inſtitu/ unt ut uocati alacri animo abeant & corā iudice qui nihil ignorat impauidi conſiſtant in die illa tremen da & amara ualde: in qua nihil amplius mereri licet & omnis ſpes ac metus ex his que acta ſunt pendet: nec ſupplicare iuuat neq; negare· Eſt igitur de ani/ ma curandum que poſt hanc uitam aliam habet ui/ tam in qua uel dolet uel gaudet· Quid pdeſt homi/ ni ſi uniuerſum mundum lucretur: inquit in euange lio dominus: Anime uero ſue detrimentum patiatur aut quam cōmutatiōem dabit homo pro anima ſua hac uiuimus: hac ſapimus: hac deo ſimiles ſumus: hec melior pars noſtri eſt rebus omnibus precioſior hec dimiſſo corpore in alias regiones ingredit̄: cor/ pus in terra iacet & in puluerem conuertitur: & uſq; ad ultimū maximūq; iudicium ſenſu carebit· Tunc uero pro meritis que illi cum anima fuere cōmunia uel ad gloriaʒ uel ad penā reſurget· Quid Nino pro deſt late per Aſiam imperaſſe? quid Semiramidi ei9 uxori? quid Dionyſio? quid Herculi ad Indos uſq; penetraſſe? quid Idan Thirſo Scithie atq; Aſie iu/ gum impoſuiſſe? Quid Nabuchodonoſor ad Gades uſque perrexiſſe? Quid Oſiridi dimiſſa Egypto per Syriam & Aſiam in Traciam duxiſſe copias? quid

Agamenoni Ilium excuſſiſſe? Quid Ciro Perſarum Imperium conſtituiſſe? Quid Alexandro Magno illud euertiſſe: & uſque ad Hiſpaniam in orientem & ad Iaxarteʒ fluuium Septentrionem uerſus arma tuliſſe? Quid Hanibali Italiam uexaſſe? Quid Scipi onibus Carthaginem deleuiſſe? Quid Pompeio ori entales reges debellaſſe? Quid Iulio Ceſari ſubacta Gallia Romanum Imperiū inuaſiſſe? Quid Hunor/ rum Regi Athilie Pannoniaq; potita Aquiliam in Italiam ſubuertiſſe? Quid Tamerlano tot Aſie Sy riq; urbes incendiſſe atque auum tuum prelio ſupe/ raſſe? Quid genitori tuo amirati ſepe de Grecia: ſepe de Hungaris triumphaſſe? Quid ceteris regib9 atq; Imperatoribus res magnas & claras geſſiſſe pro/ deſt ſi abſque cognitōne ueri dei mortui ſunt: & nūc eorum anime apud inferos cruciantur: laudantur hic & ardent illic: que fame uoluptas in cruciatu eſſe po teſt: que dulcedo glorie in doloribus: dura uox eſt eorum qui uel in tauro Phalaridis beatitudinem eſſ ſe dicunt· Non bene cohabitant dolor ac uoluptas: nec ullus eſt i felicitate meror: in celo plena felicitas eſt: apud inferos plena miſeria: cum ea uentum eſt ni hil iuuat gloria que preceſſit & fama ſeculi· Studen dum igitur eſt ut poſt obitum qui per omnes ſe ho/ ras infert certus & incertus aīabus noſtris bene con ſulamus: preueniendus eſt piis operibus dies mortis & omnes actus noſtri ita dirigendi ut deo placea/ mus· ipſe eſt enim finis oīum & ſummuʒ bonum & quod aſpiramus & ipſa beatitudo: cuius cupiditas

omnibus mortalibus ineſt:querendũ eſt iter ad eam
Id recta fides oſtendit & operatio iuſtitie: quia nec
iuſtitia ſine fide:nec fides ſine iuſtitia ſufficit: Iuſtus
ex fide uiuit: ut ſcriptum eſt : & ſine fide nemo acce/
ptus deo· Tua lex:ut aiunt: in ſua quemq; religione
ſaluari hominem cenſet: ſi alioquin caſte iuſteq; ui/
uat aut ſi Machumetea traditione relicta ad aliam
tranſierit dicunt & in tua lege ſcriptum eſſe· eſt eniƷ
ſibiipſi ſepe contraria:nulli ſalutem patere niſi in ea:
nos cõtra ſentimus & certi ſumus uiã uite ſoli Chri/
ſtiano ſi bene agat apertam eſſe· Ait enim Veritas
in euangelio: Qui crediderit & baptizatus fuerit ſal
uabitur: qui non crediderit condemnabitur· Tu er/
go ſi futurum credis ſeculum:ſi uis fieri ſaluus:ſi ani
me tue bene conſultum cupis: ut fidem Romane ec/
cleſie extra quam non eſt ſalus & baptiſmum recipi
as oportet· His duabus clauibus fide & baptiſmo
aperiuntur paradiſi porte : illis tamen qui appoſite
ad fidem uiuũt:nam fides ſine operibus mortua eſt.
Euangelio prebende ſunt aures & Chriſti doctrina
ſequende que nullum fallit· Dices nolle tue legi no/
ſtram preponere aut Machumetem relinquere pro
phetam magnum·Rogauimus ab initio ut benigne
audires idem nunc petimus & nunc maxime atten/
tis auribus & pia mente opus eſt & iudicio recto
quando ad radicem arboris infructuoſe admouem9
ſecurim·audi ſeriem rerum:noſce hiſtoriã fidei:pre/
be aures uero cui paratus eſt in altis edib9 locus:Ca
liſtenem philoſophum crudelib9 modis lacerũ in cu
ſtodiam rapuit Alexander:qui uera loquens diuinũ
cultum homini denegauit· Et Ditum Philippi lau/
des cõmemorantem lancea tranſfodit· Timent ho/
mines exempla & uidentes melius adulatoribus ſuc
cedere q̃ recta monentibus ad nugas ſe conuertunt
& que placeant loquuntur · Antigonus aliquando
unus ex ſucceſſorib9 Alexandri:q regnauit in Aſia
interuenandum mutata ueſte: relictis comitibus er/
rabundus apud Agreſtes homines in ueli tugurio
pernoctauit incognitus & combibens de ſeipſo tan/
quam de altero percunctatus aſtantes:omnia que fe
cerat mala ab eis audiuit:mane queſitus atque inuen
tus cum ueſtem allatam & Regium ornatum uidiſ/
ſet:Date inquit purpuram quam ut primũ indui ue
rum de me niſi hac nocte nunquam audiui· Et Au
guſtus mortuo Varo:idcirco ſeipſum ſupra moduƷ
dolere aiebat: quia non eſſet a quo uerum audiret:
ad pauperes philoſophos relegata eſt inquiſitio ue
ri:qui propterea ſapientie amatores uocantur: quia
ueritati ſeruiũt & nolunt decipi· Turpe eſt cuiq; ho
mini errare:maxime Regi qui per ſeipſum non ſatis
intelligit prope habeat magiſtros quos interroget
tantũ·Placeat audire nec pudeat diſcere quod igno/
ras:Tria ſunt hominum genera:ut inquit Heſiod9:
Primi & optimi ſunt qui per ſeſe omnia noſcunt·
His proximi qui recta monentibus auſcultant·Ter
tii prorſus damnandi ſunt:qui neq; ipſi uident neq;
uidentibus credunt·Sed nulla in re periculoſius erra
tur q̃ in his que pertinent ad fidem neq; utilius inue
nitur uerum·Recte Antipater de Alexandro ſcribit
Ariſto:monens ne pro tot exercitibus uictoriiſque
& ſubiugatione orbis terrarum glorietur: ſed cogi
tet quod ſiquid de deo recte cognoſcat: non minori

gloria dignus eſt quam ipſe pro tantis rebus geſtis
tantaqꝫ potentia· Et in Ethicis Sapientem inquit eſ
ſe amiciſſimum deo· Sapiens autem nemo exiſtimã
dus eſt qui a recta fide eſt alienus· in his uero q̃ ſunt
fidei neque tuus legifer ſatis intellexit: neqꝫ tu in hãc
uſque diem ſatis didiciſti· An uero recta monẽtem
audire & ſequi uelis futurus dies oſtendet · Si uero
hec que ad te ſcribimus audieris ſignum erit ad diſ
ſcendum parati· Si feceris que monemus eris procul
dubio ſapiens: Nemo ſapientiam contemnit: nemo
odit: nemo eſt qui nolit eſſe ſapiens·. Verum primus
ſapientie gradus eſt nolle errare & uerum q̃ libentiſ
ſime audire: maxime in his rebus unde homini eſt ſa
lus: ſicut eſt religio que ordinatur ad eternam uitam
Audi ergo uerum circa religonem: ſi non ſcribimus
uerum argue ſcribentes & deſpice tanquam ſtultos:
Sed noli falſum dicere niſi cognoueris falſum eſſe: &
narrabimus breuiſſime ab initio mundi uſqꝫ ad obi
tum Saluatoris Chriſti noſtre legis archana· Dein/
de aliqua de tua lege dicemus ea que conferemus ad
inuicem & quantum interſit oſtendemus : conabi/
murqꝫ quantum ex alto dabitur lucem tibi oſtende/
re per quam poſſis ad eam lucem peruenire que illu
minat omnem hominem uenientem in hunc mun/
dum· Cum creaſſet deus in principio celum & terrã
& maria & lucem & ſolem & lunam & alia ſidera et
plantas & herbas & uolucres & piſces & quadru/
pedum genus in exterminabile: ut ſcribitur Sapien
tie ſecundo: Ac reptilia & alia animantia· Poſtremo
Adam creauit & inſufflauit in eum ſpiraculum uite
& poſuit eum in paradiſo deliciarum: & fecit adiu/

torium ſimile ſibi Euam ex coſta eius eductam &
data licentia qua poſſent ceterarum plantationem
deguſtare fructus: ut abſtinent a plantatione pruden
tie imperauit: & ambos cum preuaricati eſſent ex pa
radiſo deiecit: atque in eis humanum genus morte
damnauit: iuſſit laborioſam uitam erumnis plenam
agere: ab his propagata creatura rationalis cum rur
ſus animo rebelli diuinam maieſtatem contemne/
ret : & in uitia quoque prolaberetur aquarum dilu/
uio deleta eſt· Noe cum coniuge: & ſex aliis animali
bus in archa ſaluatus eſt : & ab his omnes homines
qui modo ſunt & poſt diluuium fuerunt originem
ducunt· Tres filii Noe: Sem· Cam: & Iaphet rede/
untibus aquis in locum ſuum humanam gentem re
parauerunt: adeo ut trahitur: priuſquã Noe morere
tur quattuor milia hominum ex ſuis & filiorũ lum/
bis exiuiſſe· Ex quibus etiã iniqui emerſerunt Nem
brotes filius Cam & qui cum eo in cõtumeliam do/
mini turrim Babel edificare ceperunt· In ea diuiſum
eſt labium uniuerſe terre & confuſione impeditum
opus ſecuta eſt peccatum peſſimum pentapolitana
ſubmerſo & Abraam & Loth inuenti religioſi· In
ſemine Abraam benedicte ſunt gentes & circumci/
ſionis pactum cum eo percuſſum eſt· Fuit enim iu/
ſtus & placuit deo in operibus ſuis: cum filium Iſa/
ac diuino Imperio immolare non detrectaſſet: neqꝫ
Iſaac patris uiam deſeruit: cui natus eſt Iacob ; qui
alio nomine dictus eſt Iſrael: & huic duodecim filii
fuerunt: a quibus duodecim tribus emanarũt· Is co
gnito ꝙ Ioſeph quem putabat extinctũ magnus &

potens eſſet in Egypto, cum reliquis filiis ad eum
migrauit, multiplicatum eſt illico Iudeorum ſemen.
& in gentem magnam cum creuiſſent Iſraelite ſur
rexitqꝫ rex alius qui Ioſeph & opera eius ignoraret
grauiſſimis laboribus oppreſſi ſunt & contumeliis
innumerabilibus affecti: & miſerante deo per manꝰ
Moyſi & Aaron ſeruitutem effugerunt & ſicco ue
ſtigio rubro mari traiecto per annos quadraginta
cibo celeſti uitam in deſerto egerunt: & circa montē
Synai diuinam legem in tabulis lapideis acceperūt:
acquiſita eſt terra promiſſionis ſed non tota in ma
nu Moyſi. Poſt obitum eius mirabilia fuerunt ope
ra Ioſue & aliorum Iudicum: inter quos etiam Pro
phete clarnerunt uiri excellentiſſimi. Succeſſerunt de
inde Reges & alii prophete in populo dei & non ſi
ne celeſti munimine conſeruata eſt gens Hebrea: &
prophete quidem interpretati legem ſalubria tradi
dere precepta: uirtutem extollentes & uitia effulmi
nantes & multa per illos ſcripta ſunt diuinitus reue
lata que de futuris notitiam prebuere: nō tamen pau
ca perpeſſi ſunt aduerſa Iudei cum legem dñi con
temnerent: & in traditionibus patrū nō permanerēt:
Ceperunt eos Caldei & in ſeruitutem redegerunt &
nunc Syri: nunc Arabes: nunc Egyptii in eos arma
uerterūt. multe fuerunt eorum tribulationes: multe
calamitates ac miſerie: ſed de omnibus liberauit eos
dominus cum ad deum clamauerunt & tota mente
redierunt: quia cor contritum & humiliatum nō de
ſpicit diuina Maieſtas. Hec: ut arbitramur: com
munia tibi nobiſque ſunt & in Alchorano Machu
meteo magna ex parte continentur. Verax igitur

& tuo & noſtro iudicio lex Iudeorum: uerax Moy
ſes & Dauid & Salomon & Eſaias & Hieremias
& Ezechiel & Daniel: & ueraces omnes Prophete
domini: uera Iudeorum fides qui ante Chriſtum in
lege permanſerunt mendaces omnes gentes que co
luerunt idola. Notus ante Chriſtum ſolum in Iudea
deus: nihil hic uſque contendimus: concedis hec: niſi
fallimur: omnia. in his que ſequuntur diſcordia erit
ſed nos in luce ambulamus neqꝫ offendimus ad lapi
dem pedes noſtros: & ne de cetero tu quoqꝫ offen
das magnopere cupimus: & ultro ne decipiaris lu
men offerimus: tu creatura dei es & ouis eius: ſed er
rabūda extra caulas in alienis paſcuis procul ab oui
li dominico letiferum carpis cibum & peſtifera ale
ris herba. Nos boni paſtoris exēplo qui relictis no
nagintanouem ouibus in deſerto: unam que aberra
uerat ſecutus eſt: te querimus & in uiā ſalutis opta
mus reducere: Dolemus te uirum excellentem nobi
litate maiorum illuſtrem: geſtarum rerum gloria cla
rum: Imperio magno preditum: & pluribus nature
dotibus eminentem non incedere in uiis domini: nō
noſſe mandata eius: nō eſſe in lege ſua: compatimur
tibi & tuorum ſubditorum infelicitatem deploramꝰ
qui tecum pereunt. Nec te credimus libenter errare
cuius naturam bonam eſſe confidimus: ignorantia
ueri te retinet: tui te parentes & ſeipſos per ignoran
tiam decepere: cum progenitoribꝰ laberis: ſed timen
da eſt ſcriptura que ait: Ignorans ignorabitur. Qđ
ſi ceteris in rebus precipuam curam: exactā diligen
tiam: ſummū ſtudium adhibeas ne quis fallat te: cir
ca religionem potentiſſime curādum eſt ne fallaris:

in qua tanto cautiorem te eſſe oportet quanto in ea
cum maiori periculo delinquitur. Certarum rerum
ignorantia hec eſt: que ſunt temporalia in hoc ſeculo
adimere poteſt religionis error: alterius uite bona id
eſt anime felicitatem reperit. Quod ne tibi accidat ſi
nobis aures & fidem preſtiteris facile adiumento eri/
mus. Audiuiſti ea que de ueteri teſtamento diximus
nunc de nouo agendum eſt: in quo plurimum diſcor/
damus: audi que ſubiungimus ſic & tue legis tene/
bras odio habebis ut ſperamus & noſtre legis lucem
amabis: Duo in ueteri teſtamento uaticinia reperi/
untur: quorum alterum eſt quia nõ auferetur ſceptrũ
de Iuda neq; dux de femore eius donec ueniat qui
mittendus eſt: ſiue ut Caldei dicunt Meſſias. Alte/
rum eſt quod ait: Cum uenerit ſanctus ſanctorum
ceſſabit unctio ueſtra. His uaticiniis predictum eſt
in aduẽtu Chriſti Iudeos & regnum amiſſuros eſſe
& ſacerdotium: ſicut & factũ eſt. Regnum quod iu/
deorum fuerat Idumei acceperunt. Regnante nanq;
primo Herode Antepatris filio genere Idumeo &
alienigena: Chriſt9 ex Maria uirgine natus eſt dei
filius uerus deus & uerus homo: qui ſacerdotiũ Iu/
deorum ad Chriſtianos tranſtulit: Petro ſibi ſucceſ/
ſore dilecto: in quem pontificis maximi poteſtatem
tranſfudit: neq; ulterius apud Iudeos paſtoralis oui/
um cura permanſit: dicente domino ad Petrum: Pa/
ſce oues meas. Paſtor ipſe bonus & põtifex magn9
Chriſtus paſtores deinceps & põtifices Chriſtianos
non Iudeos conſtituit: quãuis Petrus & alii plures
ex Iudeis nõ amplius Iudei ſummũ pontificium ac/
ceperunt: atq; in hunc modum Iudaica ceſſauit un/
ctio & tranſlatum eſt ſacerdotiũ. Quo facto & lex
ipſa tranſlata eſt dicente Apoſtolo: Quia tranſlato
ſacerdotio neceſſe eſt ut legis etiã tranſlatio fiat. De/
us igitur qui multifarie multiſq; modis olim patri/
bus in prophetis locutus fuerat: nouiſſime per filiũ
ſuum quem conſtituit heredem uniuerſorũ: per quẽ
fecit & ſecula: allocutus homines: nouam legem edi/
dit & noua dedit precepta: quibus ſeruatis uitã me/
reamur eternã. In tempore igit̃ quod in altiſſimo in
diuidue trinitatis conſilio ab eterno fuerat diffini/
tum: regnãte apud Hebreos Herode: imperãte apud
Romanos Auguſto: quieſcente mundo & aduentũ
domini mirabili & inaudita prioribus ſeculis pace
honorante: miſſus eſt Gabriel angelus de celo qui
Marie felicem conceptionem & ſacratiſſimũ partũ
annunciaret. Sed ante precurſor natus eſt Ioannes
qui penitentiam predicaret & uiam domino prepa/
raret. Cõcepit uirgo de ſpirituſancto: ut predixerat
angelus: & ſeruata dignitate uirginitatis filiũ ſimul
& dominum peperit. Natus eſt Chriſtus ſaluator
octauo kalendas Ianuarias: & in ipſis kalendis cir/
cũciſus eſt & iuxta uocem euangelicã Ieſus appellã/
tus: qa ſalutẽ attulit humano generi. Plurima de in/
fantia ſaluatoris ſcripta ſunt: nec dubiũ eſt quin oĩs
etas ſignis & miraculis plena fuerit: ſed eccleſie no/
ſtre grauitas & acre iudicium ea tantum recipit que
certa ſunt: apocripha pretermittit. Duodecimus
Saluatoris annus memoriam habet: quia templum
ingreſſus cum legis doctoribus diſputauit: & ali/
qua ex parte ſplendorẽ ſue diuinitatis oſtendit. Sed
circa triceſimum annum fulgor illi plenius emicuit:

tunc enim baptizatus eſt a Ioanne:& Ioannem ipſe
baptizauit:& paterna uox audita eſt : Hic eſt filius
meus dilectus : in quo mihi bene complacuit· Con
uertit aquam in uinum & innumerabilibus corruſca
uit miraculis·Elegit ſibi diſcipulos: quos uocamus
apoſtolos:& circuiens regiones & mentes hominuꝫ
& corpora ſanauit egrotantium:& faciens ipſe que
docebat toto triennio predicauit euangelium per Iu
deam & uicinas prouincias beatiſſima uox eius in
tonuit: que uita hominum eſſe deberet oſtendit ex
cellentiſſime:& precepta tamen uera innouauit:tum
noua prioribus multum utiliora inſtituit:abdita &
obſcura que erãt in ueteri lege multa reuelauit:& ob
ſcuros prophetaruꝫ apperuit ſenſus & que de ſe pre
dicta fuerant palam expoſuit: myſteriũ ſancte Tri
nitatis oſtendit & unitatem in trinitate monſtrauit:
docens tum patrem:tum filiuꝫ:tum ſpiritumſanctũ
diuinis honoribus proſequendum : & hos tres unũ
eſſe deum predixit:non modo mortem ſuam: ueruꝫ
etiam genus mortis & quod tertia die reſurgeret:&
ꝙ aſcenſurus in celum rediturus eſſet in fine ſeculi:
iudicare uiuos & mortuos : comprehenſus eſt ſicut
ipſe uoluit & tradit9 Pilato preſidi qui eum neci da
ret· Teſtes in eum citati ſunt nec eſt inuenta mortis
cauſa:quia peccatum nõ fecit:nec repertus eſt dolus
in ore eius·Maximũ crimen obiecerunt:quia filium
dei ſe fecit & regem dixit & propter ueritatem occi
ſus eſt crucifixus atqꝫ ſepultus & iuxta uerbum ſuuꝫ
reſurrexit a mortuis:& quadraginta diebus cum di
ſcipulis cõmoratus: cum eos confirmaſſet & corro
boraſſet atqꝫ in orbem ire iuſſiſſet euangeliũ diſſe

minaturos tandem uidẽtibus illis eleuatus eſt & nu
bes ſuſcepit eum ab oculis eorum· Aſcendit ad celũ
& ſedet ad dexteram dei patris & inde uenturus eſt
iudicare uiuos & mortuos & redditurus unicuiqꝫ ſe
cundũ opera ſua· Interea ſpiritusſanctus ab eo miſ
ſus omnia ſuggerit eccleſie que neceſſaria ſunt ad ui
tam eternam· Hec nos Chriſtiani firmiter credimus
Hec eſt fides noſtra quam cunctis gentibus predica
mus & impartiri oĩb9 cupimus:hec ab apl'is & eorũ
ſucceſſoribus per fideles manus ĩmutilata & incor
rupta ad nos uſqꝫ delata ſunt: hec uos Turci & Sar
raceni magna ex parte negatis· & ſi enim Chriſtum
ex uirgine natum & ſanctum uirum & dei flatum et
prophetam magnũ & mirabilium operum effecto
rem & adhuc uiuentem confitemini:deum tamen &
dei filium eſſe inficiamini nec ſibi nec ſancto ſpiritu
diuinitatem conceditis & trinitatem perſonarũ in di
uinis reſpuitis:& Chriſti mortem deridetis:quẽ trãſ
latum & alium ſibi ſimilem loco ſuo interfectum ar
bitramini:nec eius aduentum in extremo iudicio ex
pectatis:& alia non pauca Chriſtiane legis reiicitis:
& plurima creditis que apud noſtros riſu digna ui
dent̃:& que modo dimittimus intacta atqꝫ nos cre
dimus non ſolum ex noua lege ſed ex ueteri inuita
mur.uos Machumethei & alchorano eius fidẽ tan
tummodo adhibetis: & hominẽ mortuum ſide bon
teſte:ſine ratione:ſine miraculis ſequimini· Nos ui
uo credimus:uiuit enim ueſtro teſtimonio Chriſtus
nos deo preſtamus aures & ſignis & rationibus ſa
cris ducimur teſtimoniis· Quod ſi nos audies mon
ſtrabimus breuiter noſtre legis ſplendidaꝫ lucem &

Hinc de trinitate et unitate dei agitur.

tue obſcurā caliginem detegemus: ſed opus eſt piis
& attentis auribus quando fidei ſublimitas attingi
tur: & magni dei pandunt̄ archana. Sepe iocis & ina
nibus fabulis te preſentē adhibuiſti & leuiores uidi
ſti narrationes: nō eſt cur hec grauia contemnas aut
ea noſſe recuſes: ex quibus tua pendet ſalus: Non eſt
anima nobilis cui nō inſit ueritatis amor: non eſt ho
mo qui nolit ſaluus fieri. Audi ergo qui generoſius
es: audi que te ſaluare poſſunt: quid eſt inter Chriſti
anos Turcoſq; controuerſie: in quo ſimul contendi
mus: que diſcidii cauſa. Sane non alius diſcordie fo
mes eſt: niſi quia circa diuinitatem non eadem ſapi
mus de patre: de filio: de ſpirituſancto contendim9.
hoc eſt precipuum diſcidium: quo ſublato facile om
nia componentur. Attingemus hec & que ſit inter
nos de diuinitate diſſenſio latius exponemus. Nos
in deo tres dicimus perſonas eſſe: patrem & filiū &
ſpiritumſanctum: Vos unam tantum: quā nec patrē
nec filium nec ſpiritumſanctum dicitis: ſed deū tan
tummodo appellatis: & hunc unicū eſſe dicitis crea
torem celi & terre & omnium que in eis ſunt. Nulla
eſt de unitate contentio: nō latent nos uerba Moyſi
dicentis in exordio legis: Audi Iſrael dominus de9
tuus unus eſt. Et rurſus in lege ſcriptū eſt: Ego ſum
domin9 deus tuus qui te eduxi de terra Egypti: nō
erūt tibi dii alii preter me. Et rurſus: Ego ſum qui
ſum: & ſi queſierint nomen meū uade & dic eis qui
eſt qui miſit me ad uos. Et in cantico Exodi dicit̄:
Dominus omnipotēs nomen eius. Que teſtimonia
unum eſſe deum & unum dominū manifeſte decla
rant & unam poteſtatem & unam naturam. nomen

fatemur idem quod uos: hic amicitia eſt atque con
cordia: nobis unus deus eſt: Nam deus nature domi
nus poteſtatis nomen nobis eſt unus. Dicitis princi
pium omnium rerum eſſe deum: nos idem affirma
mus: in quo igitur diſſentimus. Multa ſunt que de
deo aliter Chriſtiani dicūt: aliter Sarraceni ſeu Tur
ci: uos deum corporeū dicitis: uos fortuita eſſe que
hic in terra geruntur arbitramini: nec curare de his
deum patrem in diuinitate negatis: nos patrem & fi
lium cognoſcimus: uos ſpiritumſanctum ex diuina
maieſtate reiicitis: nos ponimus & ueneramur. Mit
tamus alia hec aggrediamur in quibus plus ponde
ris eſt: Nos Chriſtum dei filium dicimus: uos nega
tis: cur negatis ſane? quia nec uxorem habet deus ex
qua filium procreare poſſet. Quod ſi uxor ei fuerit fi
lioſq; genuerit mundus qui unius Imperio regitur
in plures diuiſus dominos diu ſtare non poſſet: In
unitate concordia eſt que ſeruet Imperia: in plurali
tate diſcordia que maxime regna ſubuertit. ſed quis
tam rudis: tam uecors: tam demens Chriſtianus eſt:
qui generare deum ex connubio & permixtione fe
mine arbitretur. Non ſumus adeo hebetes Chriſtia
ni: ut tantum nephas admittamus Sarracenis ſuade
ri hoc poſſe: qui deo & corpus & caput & manus &
cetera membra concedūt: nos deum ſpiritū eſſe aſſe
rimus incorporeum: īmortalem: eternum & incom
prehenſibilem: qui dum ſeipſum intelligit in mente
ſua uerum uerbum concipit: quod nos filium dei eſ
ſe dicimus. Nec aliud eſt in deo ſeipſum noſcere atq;
intelligere: q̄ deum eſſe: Nihil eſt enim in deo nō de
us. Deum autem cuius eſt uerbum nominamus pa

trem & proceſſum ipſius uerbi generationem filii di-
cimus. Nec ueritas hec de uerbo dei apud Chriſtia-
nos tantum illuxit: Gentiles philoſophi ante Chriſti
aduentū eadem que nos aſſerimus nōnulli affirma-
uerunt. Siquidem Platonici philoſophi in ſuis libris
apertiſſime dixerunt: ꝙ in principio erat uerbum &
uerbum erat apud deū & deus erat uerbum: hoc erat
in principio apud deū. omnia per ipſum facta ſunt:
& ſine ipſo factum eſt nihil. & reliqua ferme omnia
comprobant de uerbo dei que Ioannes in euangelio
ſuo tradit uſqꝫ ad incarnationem uerbi quam igno-
rarunt: quia nondum natus erat Chriſtus: & alia le-
gis myſteria abſconderat deus a ſapientibus huius
ſeculi que reuelauit paruulis. Quod igitur Platonici
uerbum dei nominant & deum eſſe dicunt: nos filiū
uocamus ex deo genitum & deum eſſe fatemur nec
ruinam mundi ex filii generatione timemus: quādo
unus dumtaxat filius eſt: & pater & filius unū ſunt:
una poteſtas: una uoluntas: una maieſtas. Nec uerbū
conceptum ab intellectu concipiente diſcordat. Ob-
ſcura hec uerba uidebuntur ac ſi uolēs preſto erunt
qui lumen afferant & apertiſſima omnia reddant: &
tu ſolem hunc corporeum cernis qui noctem abiens
efficit: rediens hic a ſeipſo lucis producit radios. Hec
productio generatio quedam eſt in ſole: & radii ſo-
lis filii ſolis non inconuenienter uocantur. Que ſimi
litudo quāuis multifarie eſt inepta: nam ſolis plures
ſepe uidimus radios. deo unicus tantū eſt filius: In
eo tamen conuenit: quia una eſt & ſolis & radiorū
ſubſtantia: & una eſt patris & filii diuinitas atqꝫ eſ-
ſentia: quāuis comparatio corporalium rerum nulla

ſatis cum diuinis quadrari poteſt: ſed accipe teſtimo
nia: & que ratione non capis cede auctoritati: Vetus
teſtamentum & Iudeis & Chriſtianis & Sarracenis
cōmune eſt. Eructauit inquit Dauid ex perſona dei
cor meum uerbum bonum: hoc eſt quod dei filium
dicimus. & unigenitum patris eterni non ex carnali
coniugio: aut humano complexu: ſed ex corde dei: id
eſt intellectu: productum aſſerimus. Et rurſus: Fili
us meus es tu ego hodie genui te. Hodie dicit: quia
deo nec heri preteriit nec cras īminet: ſed hodie ſem
per adeſt cui preſentia ſunt omnia. Iterum: Ante lu-
ciferum inquit genui te: ut intelligas quia non loqui
tur de Salomone Dauid: ſed deus pater de filio deo:
quia ante luciferum nemo fuit. Et in libro Sapientie
legimus ſapientiam dei que dei filius eſt dicentem:
Nondum erant abyſſi & ego iam cōcepta eram: an-
te montes & colles ego parturiebar. Nunq̃ enim pa
ter ſine filio fuit: nec ſine patre filiꝰ. Et hoc quod in
euangelio inquit Ioannes: In principio erat uerbum
& uerbum erat apud deum & deus erat uerbū. Que
myſteria profunda & alta cum nō intelligeret Arri-
us nec Machumetes comprehēderet: negare maluit
ueritatem dei q̃ ſuam ignorantiam confiteri: & ſuas
ineptias imprudenter ingerere q̃ alioꝝ ſapientiā hu
militer diſcere. Stulta hec & damnoſa pertinacia eſt:
deo enim & prophetis eiꝰ oportet credere: & ſiquid
eſt cuius rationē nō capimus: debemus cū Paulo di-
cere: O altitudo diuitiaꝝ ſciētie & ſapientie dei q̃ in
comprehenſibilia ſunt iudicia eius & inueſtigabiles
uie eius. Fatentur iuriſconſulti nō oīum que a maio
ribꝰ ſuis inſtituta ſunt rationē reddere poſſe: & tñ le

gi parendum eſſe: quia non ſine cauſa condita fuerit
quanto minus archana dei licet agnoſcere plurime
ſunt occulte cauſe ad quas nulla potuit curioſitaſ ho
minum peruenire: ſicut oculi noctue ad ſolem ita &
noſter intuitus ad ea que ſunt diuinitatis. Nō eſt er
go mirandum ſi neq; generationem filii neq; ſpiri/
tuſſancti proceſſionem neq; trinitatem in diuinitate
intellexit carnaliter homo uel Arrius uel Machu/
metes: ſed illud eſt in eis damnabile ac deteſtabile fu
it q; ſacre ſcripture diuiniſq; teſtimoniis non acquie
uerunt. Nam quid opus eſt argumētis ubi deus ipſe
loquitur. De Pithagoricis traditum eſt quod in di/
ſputando ſoliti erant dicere: ipſe ait. Ipſe autem erat
Pithagoras tanquā eius auctoritati non liceret ad/
uerſari: quāto minus deo qui uerax eſt & omnis ho/
mo mendax. Sed negabis hec eſſe dei que aſſerimus
teſtimonia: de his poſterius aſſeremus: nunc de ſpiri
tuſancto agendum eſt: cui tua lex diuinos honores
abrogat. Non eſt huiuſmodi erroris Machumetes
inuentor: Arrii & Neſtorii & Macedonii hec olim
dementia fuit: quos ſacra patrum concilia damnaue
runt: ſed eorum uirus apud Egyptios & Arabes ali
quādiu latuit & poſtremo auctore Machumete &
magiſtro eius Sergio late diffuſum eſt: ne mouearis
dū uera loquimur. Caue ne ſequaris cecos: diſce ſpiri
tumſanctū eſſe deum & tertiā in trinitate fore perſo
nam. Diximus pauloante deum patrē dum ſe cogno
ſcit uerbum concipere & filium gignere: nunc quod
ſequitur adiicimus cognitioni annexam eſſe appeti
tiuam quandam operatiōem cuius principiū uolun
tas eſt. Inter operationes uero quas uoluntas produ

cit precipua eſt amare: Adhibe hic aures & mentem
erige in deo perfectam & abſolutā fateri cognitionē
oportet & amorem parimodo: cuius proceſſus per
appetitiuā operatiōem exprimitur: ſicut & uerbi ge
neratio per intellectiuam. & alia eſt operatio que in/
telligit: alia que appetit. Intellectiua ex his comple/
tur que ſunt quodammodo in ipſo intelligente. Nā
ſicut ſenſibilia in ſenſu: ita intelligibilia in intellectu
dicimus eſſe. Appetitiua autem complementum ac/
cipit ſecundum quendam ordinem uel motū ad eas
res que obiiciuntur appetitui: & occultum quoddā
priucipium ſui motus habet. Ea uero que principio
feruntur archano ſpiritus nomen acceperūt: nam &
uentos ſpiritus eſſe dicimus & in ſcripturis procella
rum ſpiritus appellantur: quia non apparet afflatio/
nis ſpiritus initium. Reſpirationem etiam & arteria
rum motum ab intrinſeco & occulto principio ma/
nantem uocamus ſpiritū: atq; hoc modo congruēti
quadam ſimilitudine: quantum diuina humanis uer
bis iudicari poſſunt diuin9 ipſe amor a patre filioq;
procedēs ſpiritus dictus eſt. In nobis duplici ex cau
ſa procedit amor. Aliquādo ex corporea & materia
li natura: & is plerūq; immundus eſt & menti noxi9
Aliquādo ex ipſa proprietate ſpiritualis nature: cū
intelligibilia & ratiōi cōuenientia adamamus: & hic
purus eſt amor & laudabilis & anime ſalutaris. In
deo corpalis amor ſeu materialis locū nō habet ſed
ille tm̄ reperit̄ q ſimplex eſt & nitidiſſimus & puriſſi
ſimus & quē ſpūmſanctū appellamus. Nec nos in/
tellectuali & ſancto amore quicq̄ proſequimur niſi
quod intellectu concipimus. conceptio autez que fit

ab intellectu uerbum eſt:atq; ita neceſſe eſt amorem
ex uerbo exoriri·amat enim deus quod de ſe ipſo in
telligit:id eſt uerbũ quod concipit intelligendo·Ver
bum autem dei dicimus filium dei:qui & ipſe patrẽ
nouit & amat:atq; ita fit ut amor ipẽ cui ſanctus ſpi
ritus eſt nomen ex patre filioq; ꝓcedit:fitq; cum pa/
tre & filio pariter deus:nam ſicut diuinum intellige/
re eſſentie diuinitatis eſt : ita & amare· & ſicut deus
ſe ſemper intelligit ita & ſeſe ſemper amat & omnia
amat ſuam bonitatez dum amat· Rurſuſq; ſicut dei
filius qui eſt uerbum dei in natura diuina ſubſiſtens
patri coeternus perfectus & unus deus eſt: ita & ſpi
rituſſanctus deus eſt patri & filio coequalis & coe/
ternus·Et quia omne quod ſubſiſtit in natura intel
ligibili:apud nos perſona dicitur:apud Grecos ipo/
ſtaſis : conſequens eſt ut tres perſonas in diuinitate
ponamus:quia tres ſunt ſubſiſtentes:pater & uerbũ
& ſpirituſſanctus· Neq; perſonas dicimus eſſe per
eſſentiam diuerſas:ſed per ſolas relatiões diſtinctas
que ex proceſſione uerbi & amoris proueniunt:atq;
in hunc modum Chriſtiana religio diuinitus illuſtra
ta diſtinctas tres perſonas confitetur in diuinis:non
tres deos ſicut Machumetes falſo opinatus eſt: ſed
patrem & filium & ſpiritumſanctum unum eſſe ab
eterno deũ aſſerimus: nec tamen ipſum patrem qui
filius eſt:nec filium qui pater eſt:nec ſpiritumſanctũ
qui pater eſt aut filius· una eſt enim patris & filii &
ſpũſſancti eſſentia:in qua nõ eſt aliud pater:aliud fi
lius:aliud ſpirituſſanctus: quãuis in perſonis alium
patrem:alium filium: alium ſpiritumſanctum diui
na docẽte auctoritate dicamus:nec ſimilitudo in his

que creata ſunt ſumme deeſt trinitatis · Inuiſibilia
dei ſicut Apoſtolus ait:per ea que facta ſunt intelle
cta conſpiciuntur· Sempiterna quoq; uirtus eius ac
diuinitas quippe relucet in anima noſtra & quedam
diuine trinitatis imago·Eſt enim anima noſtra ſub
ſtantia quedã incorporea & ratione predita: & act9
quidem ſiue forma organici corporis que dum cor/
pus mouet & regit ſui meminit ſe intelligit & ſe dili
git·Quibus in rebus quedam apparet trinitas: me/
morie:intelligentie & amoris· Tria hec ad ſeipſa re
feruntur: quia non eſt amor ſine memoria: nec me/
moria ſine notitia:nã quis meminit aut amat quod
neſcit· Inſeperabilia ſunt hec a ſemetipſis & tamen
quodlibet eorum & ſimul omnia una eſſentia ſunt:
& una uita in anima una:differunt tamen: quia me/
moria non eſt intelligentia uel uoluntas: nec intelli/
gentia uoluntas ſiue memoria· Quod ſi hec diligen/
ter inſpicias ĩuenies ſumme illius trinitatis atq; uni
tatis ueſtigium & imaginem quandam: quãuis im/
parem:quicũq; enim ſempiternam & incõmutabilẽ
naturam per memoriam reminiſcit̃ intuetur per in/
telligentiam:amplectitur per dilectionem·Profecto
reperit in ſe ipſo ſumme trinitatis imaginem: nõ tñ
omnino ſimilem:ſed qualemcunq;:ita ut ſimilitudi/
ne magna inueniat̃ diſſimilitudo· Et ſi enim homo
meminit intelligit & diligit:nõ tñ memoria eſt: nec
intelligentia nec dilectio:ſed ſunt hec in eo & in una
ſubſtãtia nõ ſicut accidetia in ſubiectis que poſſunt
abeſſe:ſed ſubſtantialiter exiſtunt in anima & unus
homo eſt qui habet hec tria·In ſimplici uero natura
que de9 eſt:quãuis unus deus ſit: tres tñ ꝑſone ſunt

ut dictum eſt & ipſe deus eſt & tres perſone. Sed il-lud ſatis ad rem noſtrã eſt: qa tria hec aliquo modo unum ſunt. Reperit̃ & ſub aliis nõibus & alio mo-do in noſtra natura illius ſumme & ineffabilis trini-tatis imago: nam mens & notitia eius & amor tria quedã. Mens enim nouit ſe & amat ſe: nec amare ſe poteſt niſi nouerit ſe. Duo quedã ſunt mens & noti-tia eius: duo etiam ſunt mens & amor eius: Cũ ſe no-uit mẽs & ſe amat manet trinitas: ſcilicet amor mẽs & notitia: & hec tria quãuis diſtincta inuicem ſint unum eſſe tñ dicuntur: quia in anima ſubſtãtialiter exiſtunt: & eſt ipſa mens quaſi parens & notitia eius quaſi proles eius. Mens enim cũ ſe cognoſcit noti-tiam ſuam gignit: & eſt ſola parens ſue notitie. Ter-tius eſt amor que de ipſa mente & notitia procedit dum mens cognoſcit ſe diligit ſe. nõ enim poſſet ſe diligere niſi cognoſceret ſe: amat enim placitam pro-lem notitiam ſuam: & ita amor quidã complexus eſt parentis & prolis: nec minor eſt proles parenti cum tantã ſe nouit mẽs quãta eſt: nec minor eſt amor pa-rente & prole: id eſt mente & notitia: cum tantum ſe diligat mens quantũ ſe nouit & quanta eſt conſide-rat hec rationalia homo & uidẽs tria in una eſſentia concurrere extendit ſe ad contemplationem creato-ris & intelligit unitatem in trinitate & trinitatem in unitate & unum deum colit: unam eſſentiam & unũ principiũ: ſicut & patriarche & prophete atq̃ apoſto-li tradiderũt. Sed audiamus iam tandem ipſos & di-uine legis auctoritatẽ & teſtimonia in medium affir-mamus ſine quibus uana eſt oĩs argumentatio. Deũ patrem oẽs ſacre littere confitentur & dei nomen pa-

ternitatem ad omnia refert: Et ſi filium dicimus nõ poſſumus patrem negare. De filio adducta ſunt te-ſtimonia legis. ergo & pater oſtenſus eſt ſicut & ſal-uator ait: Philippe qui uidet me uidet & patrẽ meũ. Nunc de ſpiritusſancto quod cepimus proſequendũ eſt. In Geneſi legimus: Quia ſpiritus dñi ferebatur ſuper aquas: quis tunc dominus niſi deus fuit & cu-ius ſpiritus niſi dei: & quomodo dei ſpiritus niſi de-us: deus eſt quicquid dei eſt: nec aliud illi immixtum eſt incõpoſitus eſt: ſimplex eſt & purus eſt deus. In Iob ſcriptum eſt: Spiritus dñi fecit me & ſpiraculũ omnipotentis dei uiuificauit me. Dei ſunt hec opera nõ hominis: quis fecit hominem niſi deus: aut uiuifi-cat hoĩem niſi deus: Eſt igitur ſpiritus domini pro-pter quod dictũ eſt in pſalmis: Spiritus domini re-pleuit orbem terrarum & hoc quod continet omnia: ſcientiam habet uocis. Quis hic ſpiritus niſi deus: quis impleat orbẽ niſi deus cui celũ ſedes eſt & terra ſcabellũ pedibus eius. Et apud poetas: Deũ nãq̃ ire per oẽs terras tractuſq̃ maris celumq̃ profundũ tra-ditum eſt. Et rurſus: Eſt ne dei ſedes niſi terra pon-tus & aer & celum & uirtus. Propter quod recte ait Dauid: Quo ibo a ſpiritu tuo. oſtendens nõ eſſe lo-cum in quo poſſet fugere ſpiritum dñi qui eſt ubiq̃. Eſſe autem ubiq̃ implere & continere mundũ ſoli deo tributum eſt. Deus igit̃ ſanctus ſpiritus eſt qui hec peragit & futura prenoſcit & predicit ſicut ſcri-ptum eſt: Reſponſum accepit Symeon a ſpiritusſan-cto: quia nõ moreretur niſi uideret Chriſtum domi-ni. Nõ eſt cur deum negemus qui dei efficit opera. Non igitur ſolus pater deus eſt: neq̃ ſolus filius: ſed

ſpiritusſanctus cum patre ſimul & filio deus eſt: q̄a
non aduerſatur rationi trinitas perſonarum in unita
te diuinitatis:quemadmodū ſuperius oſtenſum eſt.
Sed iam trinitatem ipſam ex ſacris codicib9 demon
ſtremus & Moyſen ante omnia audiam9:cuius hec
ſunt uerba in capite libri quem Geneſim noſtri uo-
cant:In principio creauit deus celum & terram: ter-
ra autem erat inanis & uacua & ſpiritus domini fe-
rebat̄ ſuper aqnas. Tria cōmemorat: Deum:princi-
pium & ſpiritum:Ideo in deo patrem intelligimus:
in principio filiuȝ:in ſpiritu domini ſpiritumſanctū
Et accipiatur hoc in loco principiū pro filio:ſicut in
pſalmis de ſuo filio dicit de9: Tecū principiū in die
uirtutis tue in ſplēdoribus ſanctorum ex utero ante
luciferū genui te. Atq; ita in exordio naſcētis mūdi:
trinitas ipſa in diuinis perſonis adducitur: hic ſi pla
ceret interſeri poſſet de heloen̄. ſm̄ Hieronymuȝ ad
Marcellum: Tentās diabolus primos parētes inter
poſito ſerpente & ſuadēs ut edāt de ligno prohibi-
to:Eritis inquit ſicut dii ſcientes bonum & malum
Quod proinde accipiendum eſt ac ſi diceret̄: Eritis ſi
cut diuine perſone:quib9 ignotū eſt nihil. Et cū eiici
tur Adā de paradiſo inquit dn̄s: Ecce Adā factus
ſicut unus ex nobis.quibus nobis: patri ſcilȝ & filio
& ſpūſancto. Sed manifeſtius eadem trinitas oſtēdi
tur cum dicitur: Faciamus hominē ad imaginē & ſi
militudinem noſtrā. Cum ait faciamus & noſtram
plures perſonas inducit. Cum dicit imaginem:unita
tem diuinitatis oſtendit. Nec ſolitarius eſt cum di-
cit faciamus:neque alieno a ſe loquitur qui noſtram
ait. Duo ſunt pluralia uerba faciamus & noſtram:

ut uideatur pater cum filio & ſpiritusſancto miſcere
ſermonem:qui non ſono uocis ſed intellectu expreſ
ſus eſt. Dixerat:Creauit deus celum & terram:Deus
& creauit ſingularia ſunt: quia unus eſt deus & una
diuinitatis eſſentia. Subiungitur:faciamus & noſtrā
ut pluralitas in perſonis intelligatur. Idem & Pſal-
miſta canit regius dū ait: Verbo domini celi firmati
ſunt:& ſpiritu oris eius omnis uirtus eorum. Quid
manifeſtius dici potuit:in conditione celoꝝ. tres per
ſone concurrunt:dominus:uerbum:& ſpiritus: Do-
minus patrem exprimit:in uerbo filium accepimus:
ſpiritus is eſt quem ſanctū uocamus. Et rurſus Pro
pheta ut trinitatem perſonarum in diuinitate cogno
ſcas ter deum prouocat in benedictione: Benedicat
nos inquit deus deus noſter benedicat nos deus &
metuant eum uniuerſi fines terre: Trina dei confeſ-
ſio trinitatem exprimit perſonarum. Et cum ſubdi-
tur: Metuant eum uniuerſi fines terre: unitas aperit̄
diuinitatis. In p̄s. quoq;. xliiii. multum expreſſe trini
tatem innuit cum dicit filio:Sedes tua deus in ſecu-
lum ſeculi:Et poſtea ſubdit: Propterea unxit te de9
deus tuus.i.pater & ſpiritusſanctus. Et cum ſequit̄:
Pre participibus tuis myſterium quoq; incarnatiōis
aperit de quo ſuo loco proſequemur. Eſaias in uiſio
ne ſua clamantia introducit Seraphin: Sanctus San
ctus Sanctus deus ſabaoth: Ter ſanctus ad tres per
ſonas refertur:& ſemel dominus & ſemel deus dicit̄
quia unus eſt dominus & unus eſt deus. Et rurſus
idem uates ex perſona Chriſti loquitur & dicit: Do
minus meus miſit me & ſpiritus eius:Dominus me
us inquit:id eſt pater meus:miſit me.ſ. filium ſuum:

& ſpiritus eius:qui eſt ſanctus ſpiritus· Quis hic nō
intelligat trinitatem·non latuit prophetas hoc my-
ſteriū· Poſſent & alia plura hmōi teſtimonia ex ue-
teri teſtamento afferri que trinitatem plene & perfe-
cte oſtendunt·planius tamen locutus eſt in euange-
lio dominus·qui cum in orbem mitteret diſcipulos
euntes inquit docete omnes gentes & baptizate eos
in nomine patris & filii & ſpiritusſancti amē· Tres
nominauit perſonas:in nomine dixit non in nomi-
nibus:ut eſſentie unitatem in perſonarum trinitate
monſtraret· Et Ioannes euangeliſta: qui de pectore
domini ueritatem hauſit in epiſtola ſua inquit: Tres
ſunt qui teſtimonium dant in celo: pater:uerbum:&
ſpiritusſanctus: & hi tres unum ſunt· Et apoſtolus
Paulus: Miſit inquit ſpiritū filii ſui in corda noſtra
Et alibi:Spiritus eius qui ſuſcitauit Ieſum habitat
in nobis:Et iterū:Ex ipſo inquit & per ipſum & in
ipſo ſunt omnia ipſi gloria· Ex ipſo dicit ꝓpter pa-
trem:& per ipſum propter filiū:in ipſo propter ſpiri-
tumſanctū: Non dicit ex ipſis aut per ipſos ſiue in
ipſis:nec ipſis ſed ipſi gloria inquit:ut trinitatem ſi-
mul & unitatem cognoſceremus· Atq; his teſtimo-
niis & auctoritatibus illuminata eſt deſuper Chriſti-
ana religio· Summa enim fiducia confitetur & pre-
dicat unum deum eſſe qui eſt cauſa cauſarum princi-
pium & finis omniū rerum & omnis auctor creatu-
re & ſummū bonum & nihilominus tres perſonas
in deo recognoſcit:& trinitatem in unitate ueneratꝰ:
cui qui aduerſatꝰ ſalutis expertem ſe reddet & ambu-
lat in tenebris & ueritas nō eſt in eo· Tu uero ſi ſa-
pias de tenebris emerges & candida luce perfuſus ſa-

cratiſſimā trinitatem & cognoſcendo coles & colen-
do cognoſces:nec aduerſaberis ſacroſancto euange-
lio:in quo legitur:uerbum caro factū eſt· Negat tuꝰ
legifer incarnationem uerbi·Nam cur inquit factus
eſt deus homo & in ligno crucis paſſus:qui alio mo-
do genus humanū redimere poterat· Negat tua lex
Chriſti necem & alium ſuo loco infectum exiſtimat
nec deum incarnatū cognoſcit : neq; crucifixum aut
mortuū:nos utrūq; predicamus: quia factus eſt de-
us homo & paſſus eſt & propter ſalutem hominis
hec facta eſſe teſtamur· Ait enim de ſeipſo dn̄s: Ve-
nit filius hominis ſaluare quod perierat· conſtabat
primi parentis erratu omnes homines culpa teneri:
clauſa erat paradiſi porta:nec mortalibus patebat in
celum aditus: Decebat ſummā dei bonitatem homi-
nem qui ceciderat reparare:nec miſerum eſſe perpe-
tuo funere qui ad beatitudinem perfruendam creatus
fuerat·Sed obſtabat iuſtitia dei que pro peccato ſa-
tiſfactionem exigebat·dignus erat infinita pena qui
maieſtatem offenderat infinitā: nec homo tanti erat
qui infinitam poſſet redimere culpam · Stabat hinc
diuina iuſtitia ultionem petens:illinc diuina bonitas
miſerendum eſſe contendens· Audienda fuit utraq;
uox:quia uniuerſe uie domini miſericordia & ueri-
tas:quare & ſi poterat deus aliter humane imbecilli-
tati conſulere·eſt enim omnipotens: hic tamen cōue-
nientiſſimus fuit modus quē elegit:ut aſſumpta hu-
mana natura ipſe penas ſolueret· Factus eſt deus ho-
mo ut homo fieret deus· Veritas de terra orta eſt &
iuſtitia de celo proſpexit:cōiuncta eſt humanitas di-
uinitati ut acciperet de plenitudine bonitatis quod

Homine dei
incarnatione xpi

ſue defectum ſuppleret infirmitatis· Fuit hic modus
ſaluandi humani generis diuine bonitati conueniẽs·
ſatiſfactum eſt iuſtitie ſimul & miſericordie: ſatiſfa
ctum eſt amori & odio· Placuit hoc diuine potentie
que omnem defectum noſtrum ſua uirtute ſuperat·
placuit & diuine ſapientie que nihil fruſtra: nihil nõ
decenter ac conuenientiſſime facit· Et licet neceſſita
te abſoluta: qua neceſſarium dicimus ſine quo aliud
eſſe non poteſt: incarnatio uerbi neceſſaria non fuit:
tamen eo modo quo neceſſarium accipitur id quod
conuenientius & congruentius peruenitur ad finem
dicere non pudet ad reparationem hominis incarna
tionem filii dei neceſſariã fuiſſe: Ego ſum deus: ego
ſum dominus: & non eſt abſqꝫ me ſaluator: ex perſo
na Chriſti inquit Eſaias: quia nõ poterat homo ſal
uare ſeipſum & neceſſarium fuit ut homo fieret deꝰ
& deus homo ſaluaret hominem propter pulchritu
dinem: Et ad propoſitũ apertiſſime inquit ex no
ſtris profeſſoribus unus in hunc modum de myſte
rio diuine Incarnationis· Suſcipitur a maieſtate hu
militas: a uirtute infirmitas: ab eternitate mortalitas
& ad dependendum conditiõis nature debitum: na
tura inuiolabilis eſt unita paſſibili: deuſqꝫ uerꝰ & ho
mo uerus in unitate temperatur: ut quod noſtris re
mediis cõgruebat unus atqꝫ idem hominũ deiqꝫ me
diator & mori ex uno & reſurgere poſſet ex altero·
Niſi enim eſſet uerus deus nõ afferret remediũ: Niſi
eſſet uerus homo non preberet exemplũ· intelligas q̃
cõuenienter filius dei carnem aſſumpſerit ut deus:
& mortem obierit ut homo· Sed queris teſtimonia
antique legis: nõ negabimus preſto ſunt· Ecce inq̃t

Eſaias uirgo concipiet & pariet filiũ & uocabit̃ no
men eiꝰ emanuel: qđ interpretat̃ nobiſcũ deus· quõ
nobiſcũ deꝰ: niſi q̃a uerbũ caro factũ eſt & habitauit
in nobis· Et iterum eiuſdem prophete uerba ſunt:
Puer natus eſt nobis & filius datus eſt nobis: cuius
imperium ſuper humerum eius & uocabitur nomen
eius admirabilis: conſiliarius: deus fortis: pater futu
ri ſeculi: princeps pacis· An nõ hic myſterium incar
nationis plane oſtenditur: & que tunc futura erant
tanq̃ preterita manifeſtantur· Puer inquit natus eſt
nobis: quia natus eſt humana paruitate· & datus eſt
filius: quemadmodũ Ioannes ait: quia ſicut deus di
lexit mundum ut filium ſuum daret unigenitũ· Da
tus eſt Chriſtus ex diuinitate: natus ex humanitate:
natus ex uirgine· cuius Imperium ſuper humerũ eiꝰ:
quod eſt imperium Chriſti niſi lignũ crucis in quo
pependit: mũdum uicit: aereas poteſtates debellauit:
& ſubacto triumphatoqꝫ diabolo regnum ſuum po
tẽter intrauit· Oportuit enim Chriſtum pati & ſic in
trare in gloriã ſuam: ut inquit in euangelio Luce· Im
perium igitur ſuper humerũ eius fuit: quia crucẽ ſuã
ſuis geſtauit humeris· quãuis in eo fatigato Symon
Cireneus angariatus ſit eam tollere· Dicitur admira
bilis propter ſigna & prodigia que fecit: lumen cecis
auditum ſurdis: claudis ambulationem: debilibꝰ for
titudinem: & mortuis uitam reſtituens· Conſiliarius
appellatur propter euãgelica conſilia que adiecit an
tique legi· Deus aſſeritur ne putares purum hominẽ
natum: nam deus humane nature cõiunctus eſt· For
tis quia ſpoliauit infernum & portas ereas confregit
& uectes ferreos diſſipauit· Pater futuri ſeculi: quia

çelum aperuit electis & regnum homini preparauit
eternū:poſt hanc uitam in celeſti Hieruſalem· Prin/
ceps pacis:quia nato Chriſto clauſum eſt apud Ro/
manos templum·Iam & mira pax eſt orta & gloria
in excelſis deo cantauerunt angeli:& in terra pax ho
minibus bone uolūtatis·Vnde dicit & alio loco idē
Eſaias incarnationem uerbi dicēs : Dominus enim
iudex noſter: dominus legifer noſter: dominus rex
noſter:ipſe ueniet & ſaluabit nos· Quod perinde ac/
cipiendum eſt ac ſi dicat:carnem accipiet & mortem
pro nobis ſubibit·Et rurſus: Vere tu es de9 abſcon
ditus:deus Iſrael ſaluator· Abſconditus inquit: qa
in carne latuit ſaluator Iſrael:quia ſua morte noſtrā
mortem redemit·Et ne putes temporalem eſſe ſalu
tem ſaluationis genus addidit· Iſrael ſaluatus eſt in
quit in domino in uirtute domini·Et ſubdit:Salute
eterna:quā conſecuti ſunt omnes qui ex Iſrael Chri
ſto crediderunt·Apertiſſimū teſtimonium eſt Eſaie
ſed audi Hieremiam ; ſua ſunt hec uerba: Ecce dies
uenient dixit dominus & ſuſcitabo germen iuſtum
ex ſemine Dauid:& regnabit rex & ſapiēs erit & fa/
ciet iudicium:& in diebus illis ſaluabitur Iuda et ha
bitauit Iſrael confidēter:& hoc eſt nomen quod uo
cabunt eum deus iuſtus·Conſidera uerba & attende
myſteria:Suſcitabo inquit germen iuſtū: id eſt Chri
ſtum ſanctum & iuſtum ex ſemine Dauid ſecūdum
carnem:quia ex proſapia regia & de ſanguine Da/
uid Maria mater domini nata eſt· Et regnabit rex
Quomodo regnabit? Sane quemadmodū ipſe apud
Mattheum in euāgelio dicit : Data eſt mihi omnis
poteſtas in celo & in terra ; quod eſt regem eſſe· Et

ſapiens erit:ſapientia creata ſcilicet que hominis eſt:
& increata que dei eſt & que eſt ante ſecula·Et faci/
et iudiciū diſcretiōis ſcilicet & diſcutionis· Nunc di
ſcretiōis dum eligit ex mortalibus quos uult & ali/
os ſuo arbitrio dimittit· Et in fine ſeculi diſcuſſio/
nis quando reddet unicuiq; ſecundum opera ſua· In
diebus illis ſaluabitur Iuda:id eſt quicunq; credide/
rit & baptizatus fuerit ſaluus erit·Et habitabit Iſra
el confidenter:in ſtatu eccleſie triumphantis·Et hoc
eſt nomen quod uocabunt eum deus iuſtus: ut ſcias
quia Chriſtus ex ſemine Dauid natus eſt non ſolum
homo: ſed etiam deus eſt· Nec alteri q̃ Chriſto hec
uerba conuenire poſſunt·Accedat & alius propheta
Baruth nomine:quid ille ait? Hic eſt inquit deus no
ſter & excitabitur alius aduerſus eum: hic adinuenit
omnem uiam diſcipline & tradidit illam Iacob pue
ro ſuo & Iſrael dilecto ſuo· poſt hec ī terris uiſus eſt
& cum hominibus cōuerſatus eſt·Docent hec oīa in
carnationem uerbi & hominem factū dei filium ma
nifeſtant·Nunc de morte audi & eos cōtemnito qui Ab hinc de morte
Chriſtum uolunt eſſe tranſlatum & nōdum mortuū xpi·
ſed incredibili dementia citra diem ſupremū iudicii
cum omnibus angelis interficiendum putant· O ne/
fandā audaciam & ſtultitiā aliis inauditam:dimitti/
mus angelos:quoꝝ ſubſtantia incorporea eſt & im/
mortalis:Chriſtū interfectū negant & aiunt interfici
endum·ac Dauid ex perſona Chriſti: Que nō rapui
tunc inquit exoluebam:quia nō peccauit & penas de
dit & pro alieno delicto mortem ſubiit· Quod ma/
niſeſtius Eſaias oſtendit dicens: Vere languores no
ſtros ipſe tulit & dolores noſtros ipſe portauit: ipſe

uulneratus eſt ꝑpter iniquitates noſtras: attritus eſt propter ſcelera noſtra: diſciplinā pacis noſtre ſuper eū:& liuore eius ſanati ſumus.omnes enim nos quaſi oues errauimus & unuſquiſq; in uia ſua declinauit & deus poſuit ſuper eum iniquitatem: id eſt penam pro iniquitatib9 expiandis omnium noſtrū. Et ſubditur:oblatus eſt:quia ipſe uoluit & non aperuit os ſuum. Et paulo poſt: Tradidit in mortem animam ſuam & cum ſceleratis deputatus eſt:ipſe multorum peccata tulit:& pro tranſgreſſoribus rogauit. Si uidiſſet propheta paſſionē Chriſti uix potuiſſet apertius loqui. Nec Hieremias tacuit tormenta domini qui eum in ligno crucis ita loquētem inducit:O uos omnes qui tranſitis per uiam attēdite & uidete ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Et ipſe Saluator de ſe ait. Ecce aſcendim9 Hieroſolymā & filius hominis tradetur principibus ſacerdotum & ſcribis:& condemnabunt eum morte & tradent eum gentibus ad illudendum & flagellandum & crucifigendum & tertia die reſurget. Et iterum alibi: Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto:ita exaltari oportet filiū hominis:ut omnis qui credit in eum nō pereat ſed habeat uitam eternam. Et ne de morte dubites ſcribit Euangeliſta:Cum accepiſſet Ieſus acetum dixit: cōſumatum eſt:& inclinato capite emiſit ſpiritum. Prophete Chriſtum moriturū & a mortuis ſurrecturum predixerunt:euangeliſte & obiiſſe in cruce & ſepultum reſurrexiſſe tertia die affirmant. Certa res eſt nihil ambiguitatis habet:ueritati omnia conſonant. reſurrexit dominus:aſcendit ad celum & uenturus eſt iterum & faciat iudicium in fine ſeculi. Tua lex hec

nō recipit:quia nō ſapit de Chriſto que ſapere oportet:cuius alterum aduentum non ſolum euangelium ſed antiqui etiam uates oſtendūt: ſicut pauloante de Hieremia diximus. Conteſtis eius eſt Daniel dicens Ecce in nubibus celi quaſi filius hominis ueniebat & uſq; ad antiquum dierum peruenit. Et ſequitur: Et dedit ei poteſtatem & honorem & regnū & oīs populi tribus & lingue ſeruiēt ei. Quib9 uerbis uiri doctores iudiciū Chriſti facile inueniunt in fine mūdi. Et ipſe Chriſtus de ſeipſo loquitur: Dico uobis ꝙ uos qui ſecuti eſtis me in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſue: ſedebitis & uos iudicantes duodecim tribus Iſrael. Et in actib9 apoſtolorum legimus:conſtitutum eſſe Chriſtum a deo patre uiuorum & mortuorum iudicem. Hec nos de deo ſentim9:hec & firmiter credimus:hec ſalubriter predicamus eternam uitam promittentes omnibus qui Chriſto credunt & in trinitatis nomine baptizati opera faciunt euāgelio digna. Queris que ſit iſta uita eterna? quid agat illic homo? qua uoluptate letetur? & quam beatitudinem aſſequatur? Reſpondemus cum euangelio Ioannis: Hec eſt uita eterna ut cognoſcāt te uerum deum & quem miſiſti Ieſum Chriſtum: ſumma ibi felicitas erit: uidere deū in ſua natura & eius perfrui bonitate gaudium noſtre mentis erit:hac ſatiabimur:hac implebimur:hinc ſumma felicitas erit habere deo & deum agnoſcere. Videm9 enim nunc per ſpeculum ut ait Apoſtolus:tunc facie ad faciem & in iubilo teſte Iob:In facie domini uidebimus lumen & ſatiabimur cum apparuerit gloria eius & erimus ſibi ſimiles ſicut ait Ioannes. nec

Ab fine de beatitudine eterna

oculus uidit inquit Eſaias: nec auris audiuit: nec in
cor hominis aſcendit que promiſit dominus diligen
tibus ſe. Et Apoſtolus non eſſe condignas paſſio-
nes huius ſeculi dicit ad futuram gloriam que reuela
bitur in nobis. Tua lex in alia uita flumina lactis &
mellis & uini promittit & cibaria delicata & uxores
multas & concubinas & uirginum coitus & angelo
rum in turpibꝰ obſequiis miniſteria & quicquid ca
ro depoſcit. Bouis hec paradiſus & aſini potiꝰ ꝗ ho
minis eſt. Nam quis mortalis eſt hominis habẽs fa-
ciem qui per omnem uitã ſuam corpori ſeruiat: quis
non aliquando in mentis ſeceſſum abiit: quis nõ pa
ſcit intellectum aliquando & a ſenſibus recedit ſpe-
culando. An non eſt honoris & glorie uoluptas mul
to iucundior & diuturnior ꝗ Veneris? An non dul-
cior eſt bene acte uite laus ꝗ cibus ipſe uel potus? Bi
bit ſapiens atq; edit ut uiuat: tua lex ideo uitam ap-
petendam homini exiſtimat ut edat & bibat. Sicut
in hoc ſeculo carneus fuit legifer tuus: ita & in futu-
ro carni ſtudendũ putauit. Neq; curauit ſaciare men
tem cui omne ſtudium fuit implere uentrem: atq; in
ea re ſummũ bonum eſſe putauit. Quod neq; genti-
les philoſophi preter paucoſ admiſiſſent: inter quos
ſumma fuit de ſupremo bono diſſenſio. Alii in dolo
ris preuaricatione felicitatem poſuerunt: ut Didoni-
us. Alii in honeſtate uoluptati cõiuncta: ut Calipho
& Sinomachus. Alii in ſcientia: ut Erilus. Alii in ſo
la uirtute atq; honeſtate: ut Zenon & Stoici. Alii in
bonis animi & corporis & fortune: ut Ariſtoteles et
Peripatetici. Soli Arriſtippꝰ & Epicurus & eorum
ſchola ſummũ bonum in uoluptate locauerunt atq;

his tua lex conformis eſt qui fex omnium philoſo
phorum & fetidum cenum fuere. Nec tamen illi in
eo errore fuerunt ut hanc felicitatem in altero ſeculo
expectarent: quibus future uite ſpes nulla fuit mor-
talem animã exiſtimantium. Noſtri philoſophi ſum
mum bonum nec in terra nec in ſenſu: ſed in celo &
in deo querẽdũ cenſent & eo ſatiandam mentem exi
ſtimant. & natura inſtituit nos & celum aſpicientes
uotis omnibus aſpiremus: ſicut eſt illud poeticum:
Os homini ſublime dedit celumq; uidere iuſſit: &
erectos ad ſidera tollere uultus. Quis neſcit finẽ his
preſtare que ſunt ad finem: omnia hec corporea oble
ctamenta eo reperta ſunt ut ſpes hominis conſerua-
ri & in ſuum finem qui eſt deus per hec adduci poſ-
ſet. Quis aut ederet aut biberet aut procreandis libe
ris operam daret niſi eſſet in his aliqua delectatio?
at hec non eſt finis hominis qui ad deum factus eſt
& niſi ad deum ueniat nunquã quieſcit. nec per car-
nales delectationes ad deum ipſum peruenitur: ſed
quanto his magis immerſus eſt homo: tanto eſt ab
ipſo deo remotior: qui aliquando eo beatior exiſtit:
quanto angelice diuineq; nature magis ac magis ad
heret. Nec curat carnalia deſideria: qui bonis fruitur
ſpiritualibus: Sicut ignis & aqua ſimul eſſe non poſ
ſunt ſic delitie ſpirituales carnalibus non coherent.
trahunt ille ad ſe humanam naturam & totam in ſe
rapiunt nec ſentire ſinunt que caro appetit. Guſtato
ſpiritu decipit omnis caro ut inquit unus ex noſtris
Tua lex in paradiſo uoluptates admittit: quas nec
Solon nec Litingus permiſit in terra. Quot fedita-
tes de cibo & potu & aliis uoluptatibus oriuntur:

quas in paradiſo nephas fuerit nominare. Aut enim gignerentur ſine fine homines & implerent omnia nunq̄ morituri: aut fruſtra eſſet permixtio maris & femine ſine fructu: que etiam in hoc mundo damnatur. Dices quid ergo feminis opus eſt ſi non eſt coitus. Dicimus & nos quid opus eſt coitu ſi nō eſt generatio. Propter uoluptatem dices. At hec feda uoluptas eſt & indigna que paradiſum non ingreditur Nam quomodo illic pmiſſa erit hec turpitudo que hic tanq̄ obſcena prohibetur & tantum propter ſobolem aut euitandi maioris mali cauſa permittitur. Ipocrates diuine uir ſcientie uenereum coitum partem eſſe quandam morbi teterrimi exiſtimabat: quē noſtri conuicialem dixerūt. Quis igit̄ habens aliqd humani pudoris: ac ut uerbis cuiuſdā gētilis utamur uoluptatibus iſtis duabus coeundi atq̄ comedendi que homini cū ſue atq̄ cū aſino cōmunes ſunt gratuletur. Non ſunt hec que pia mens in celo requirat. Dicis iterum: Non erit plena felicitas in paradiſo ſi aliquod defuerit oblectamenti. Genus ergo exiſtimas cum uariis rebus oblectentur homines: ſaltatōne: uenatione: piſcatione: ludo: lucro: cantu: cibo: potu: uenere & aliis q̄ pluribus. eadē omnia in paradiſo tuo requires: & cum Virgilio dices: Que gratia curruū armorūq̄ fuit uiuiſq̄ cura intentes: paſcere equos eadem ſequit̄ tellure repoſtos. Vana hec philoſophia eſt quam nulla unquā ciuitas bene inſtituta recepit. Nos: ut diximus: mentis gaudia & ſpirituales delitias querimus. Beatitudo noſtra quam expectamus in altera uita eſt ipſa dei uiſio: qua nihil optabilius inueniri poteſt. Videbit enim Beatus animus

& que ſunt in celo & que ſub celo. Quid erit quod eius aſpectum fugiat qui uidebit uidentem oīa que nunc uidentur obſcura de deo: de trinitate: de incarnatione uerbi: de pceſſione ſancti ſpiritus: de ſacramentis eccleſie: de ceteris archanis: tunc aperta erunt & manifeſta: nullum deerit oblectamentum: nihil requiret ultra plenus animus. nam quid pleno opus eſt nihil illi deeſt qui nihil cupit: deſideria noſtra implebit optimus ac maximus deus: in quo omnia bona inſunt: nec ullum cupiditatibus noſtris relinquet locum: erit deus omnia in omnibus: qui ſine fine uidebitur: ſine fine amabit̄: ſine defatigatione laudabitur Que lingua dicere uel quis intellectus capere ſufficit illius ſuperne ciuitatis quanta ſint gaudia angelorū: choris intereſſe: cum beatiſſimis ſpiritibus glorie cōditoris aſſiſtere: preſentem dei uultum cernere: incircumſcriptum lumen uidere: nullo mortis metu affici: incorruptionis perpetue munere letari: neq̄ illuc beatitudo humani corporis in epulis erit aut in uino aut in coitu ex redundantia beatitudinis anime glorificabit̄ corpus ipſum: & ſimilitudinē eius induet fulgebit tanq̄ ſol in conſpectu dei: tenuitati eius nulla reſiſtet materia: leuitas & agilitas īfinita ſpacia in ictu oculi pmeabit: nihil erit quo amplius ledi poſſit: inuiolabile erit & impaſſibile more anime: & ita totus homo exultabit & dicet cū Propheta: Cor meum & caro mea exultauerūt in deum uiuum. nec fruſtra erit differentia ſexuum aut artus reliqui: ſuperfluēt: reſurgent uiri & femine integris mēbris & nō ſolum in ſpecie ſed in ipo indiuiduo humane nature perfectio reintegrabitur: nec tamen animales ope

rationes aderūt· nec cōmixtio maris & femine:quia
ceſſabit cauſa propter quam fuerat introducta· erit
enim completa multitudo hominum a deo prefinita
nec ullus erit carnalis appetit9: nec pulſabit tentatio
inimici:non patebit inuidie locus cum peruentum fu
erit ad triumphū pax ibi inconcuſſa & quies & ſum
ma concordia uigebit· Vides inter tuam & noſtram
beatitudinem quātum intereſt noſtra felicitas nobi/
liori hominis parti id eſt anime·Reſpondet tua uili/
ori id eſt corpori:noſtra mētalis eſt:tua carnalis: no
ſtra fulgens & nitida:tua obſcura & fetida:noſtra cū
angelis ipſi deo cōmunis eſt:tua cum ſuibus & aliis
pecoribus·noſtram docti omnes philoſophi laudāt
tuam uituperant· noſtra celo digna eſt: tua etiam in
terra reprehenditur·Sed dices in ſacris etiam codici/
bus conuiuia reperiri: que futura uidentur in celeſti
Hieruſalem potu ciboq; plena·Inquit enim Eſaias:
Faciet dominus exercituū omnibus populis in mon
te hoc conuiuiū pinguium·Et in Sapientia legimus
Miſcuit uinum & poſuit menſam· Et iterū:Venite
& comedite panem meum & bibite uinum quod mi
ſcui uobis.Et in Eccleſiaſtico: Cibauit illū deus pa
ne uite & intellectus & aqua ſapientie potauit illū.
Et dominus apud Lucam:Ego inquit diſpono uo
bis ſicut diſpoſuit mihi pater meus:ut edatis & biba
tis ſuper menſam meam in regno meo· Omnia hec
& his ſimilia ſpiritualem habent intelligentiam: q̄a
de menſa ipſa ſapientie nō corporalis uel cibus uel
potus aſſumitur:ſed mentalis qui ſuauiſſimus eſt ac
mundiſſimus: Et hic eſt quem nos expectamus in
futuro ſeculo·Tanta eſt igitur noſtra dignior q̄ tua

felicitas quanto nobilior & diuine beatitudini pro/
pinquior·Sed attingamus nōnullas alias tue legis in
eptias que tum ſacris litteris aduerſantur·tum philo
ſophicas rationes excludunt· Dicit legifer tuus q̄ te
tigit eū deus manu ſua inter humeros:& uſq; ad me
dullam dorſi eius penetrauit frigus· Quod perinde
eſt ac ſi corporeum eſſe deum affirmet: quia tactus
nō eſt niſi per corpus·Nos incorporeum dicim9 de
um·ait enim Eſaias ex ore dei: Celum & terrā ego
implebo·quod non poſſet fieri ſi corporeus eſſet·&
propterea dicit in pſalmis Dauid: Spiritus domini
repleuit orbem terrarum·Spiritus inquit dñi:nō cor
pus domini·Et Ioannes in euangelio:Spirit9 eſt de
us·Philoſophi deum purum actum dicunt eſſe prin
cipium oīm rerum:nature omnino ſimplicis & eter/
ne·Q̄d ſi corporeus eſſet:eſſet compoſit9 ex elemen/
tis aut alia materia:& poſterior ſuis partibus neq;
ſimplex:neq; origo rerū:& creaturas haberet ſeipſo
excellentiores angelos·Nobiliora ſunt enim ſpiritua
lia q̄ corporea: quod eſt opinari abſurdū: ne dicam
uos aſſerere·Nec ſimul ſtare poteſt ut cauſa cauſarū
ſit deus ſicut philoſophi uolunt & recte uolūt: & cō
poſitus inueniatur · eſſet enim ab alio compoſitus:
& illum nos potius diceremus deum qui compſuiſ/
ſet·Non eſt igitur corporeus deus: quia compoſit9
non eſt· Nec mouemur quia in ſacris litteris & ca/
put & manus & pedes & oculi & digiti & cor & ute
rus & huiuſmodi attribuantur deo· utitur enim ſpi/
rituſſanct9 qui loquitur in ſcripturis uocabulis que
ſunt in uſu per ſimilitudinem quandam: ſicut dicit
Ezechiel ex perſona dei: Ego uiſionem multipli/

cæui eis & in manibus prophetarū aſſimulatus ſum
eis:eſt enim naturale homini per ſenſibilia ad intelli
gibilia puenire:& omnis noſtra cognitio a ſenſu ca
pit exordium:atqꝫ idcirco ſpiritualia nobis in ſacris
codicibus ſub metaphora corporalium exhibentur:
atqꝫ ita fit ut etiā rudes aliquid capiant: qui aliquid
eſſent diuine ſapientie minus idonei auditores. Di-
xit preterea tuus Machumetes omnium peccatorū
cauſam eſſe deum:& exclamans his uerbis utitur:O
deus quibus uis bonam quibꝰ uis malam uiā pre-
bes. Nos mortale peccatum auerſionem quandam
eſſe dicimus ab ultimo fine: nec poſſibile cenſemus
deum qui ultimus finis eſt uoluntatem cuiuſpiā a ſe
auertere. eſſet enim ſibiipſi contrarius. Et ſi deꝰ oīa
diligit quecūqꝫ fecit:ut eſt illud Sapientie: Diligis
omnia que ſunt & nihil odiſti eorum que feciſti:quo
modo conſentaneum eſt ut peccati cauſa ſit ipſe deꝰ
Cui dixit in pſalmis Dauid:Odiſti omnes qui ope-
rant̃ iniquitatem. Et in Eccleſiaſtico legimus: Om
ne detrimentū erroris odit deꝰ. Cōtraria ſunt amor
& odium. Audi ulterius intollerabile tue legis erro-
rem:Si uobis inquit aduerſa incumbūt: incubuerūt
& ceteris. ſunt enim iſti dies caſus atqꝫ fortune. Ne-
gat diuinam prouidentiam curare mortalia:Nos de
diuina ſapientia dicimus ꝙ attingit a fine uſqꝫ ad fi
nem fortiter & diſponit omnia ſuauiter. Nec ſum-
me dei bonitati conuenit ea negligere q̄ creauit. Pro
pter quod inquit apud Mattheum dominus: Om-
nes capilli capitis ueſtri numerati ſunt. Addit Ma
chumetes angelos creatos ex flāma ignis & peccare
& mortuos eſſe:Nos cū Propheta dicimus ꝙ deus

fecit angelos ſuos ſpiritus & creauit eos ex nihilo &
philoſophos nobiſcum ſentientes habemus qui om
nes angelos quos uocant intelligentias incorporeas
eſſe dixerunt:nec peccatum in angelis reperiri poſſe
cenſemus:qui deum in eſſentia uidentem omnia ui-
dent & omnia intelligunt ad ſuam perfectionem ne-
ceſſaria. nec eſt in eis ignorantia peccati mater: nec
ſubiectam corruptioni naturam angelicam arbitra-
mur in qua non eſt materia que ſeparari poſſit a for
ma : ſed ipſa forma per ſe ſubſiſtit incorruptibilis
& immortalis. Origenis preclari & excellenti inge-
nii uiri:ſicut multa extant preclariſſima opera:ita &
nonnulli errores puerſiſſimi reperiuntur:inter quos
unus ille eſt:qui demones per dei miſericordiā libe-
randos aliquando a penis aſſerit. Hunc ſecutus eſt
Machumetes qui ſaluandos per Alcoranum malos
angelos affirmat. Nos cum Eſaia de omnibꝰ dam-
natis ſiue hominibus ſiue angelis unam ſententiam
habemus:ꝙ uermis eorum nō morietur & ignis eo-
rum non extinguetur. Et ſaluator in euangelio dam
natis in ultimo iudicio ignem eternum repromittit
diabolo & angelis eius preparatum. Quid ꝙ tuus le
gifer animā humanam portionem aſſerit anime dei:
ſic nonnulli philoſophi palam tradiderunt & Ma-
nichei ſecuti ſunt. Nos humanam animā ad imagi-
nem & ſimilitudinem dei factam dicimus ſicut ſcri-
ptum eſt in Geneſi:Faciamus hominem ad imagi-
nem & ſimilitudinem noſtram . quod de anima di-
ctū eſt nō de corpore. Quod ſi anima hominis por
tio eſſet dei eſſet utiqꝫ deus:nec eſſet homo non deꝰ:
quod dicere ſtultiſſimū eſt:cum manifeſtum ſit labi

hominis animam a bonitate in maliciam: a ueritate
in errorem:a gaudio in triſticiam:a ſpe in deſperati/
onem:quod eſt a dei ſubſtātia penitus alienum·Nec
illud uerum eſt quod in ueſtra lege traditur animas
hominum ex materia productas eſſe omnes·aſſerūt
enim philoſophi ab extrinſeco eſſe homini intelle/
ctum·Sed ꝙ in nato fit ſpiritus uite iuſſu dei·Et the
ologi rationales animas omnes ex nihilo creatas di/
cunt·Et Adam cum factam uidiſſet feminam:Hoc
os inquit de oſſibus meis & caro de carne mea: non
dixit anima de anima·Et Propheta in pſalmiſ canit
Qui finxit ſigillatim corda eorū·Ponitur enim cor
pro anima:quia ſedes eius in eo eſt· Et deus ſibi ani
marum productionem reſeruauit propter earum di
gnitatem: qui per Eſaiam ait: Omnem flatum ego
feci·quod intelligitur de flatu ſpirituali: qui eſt ratio
nalis anima · Preterimus ꝙ celum ex fumo factum
dicitis : quod ſi uerum eſſet corruptioni ſubiaceret·
Preterimus ꝙ ſolem & lunam equales ab initio uir
tutis & luminis tuus propheta teſtatur· Nos dici/
mus celum ex nihilo creatum:& duo luminaria ma/
gna feciſſe deum:ab initio luminare maius ut preeſ/
ſet diei:& luminare ut min9 preeſſet nocti·Ad illud
transimus quod in ueſtra lege dulciſſimū & ſaluber
rimum eſſe putatis:uxores multas ducere· Quod ſi
deo placuiſſet creato homini ab initio nō unam tan
tum ſociam prebuiſſet ſed plurimas· Nec dixit deus
Relinquet homo patrem & matrē & adherebit uxo
ribus ſuis:ſed uxori ſue dixit· Nec amicitia inter ui/
rū & uxorē uera eſſe poteſt ubi non eſt equalitas: cū
uir pluribus miſceatur mulier uero uni tantum adhe

reat:cuius eſt in alias plures diſtractus amor· Nec
propterea numer9 hominū augetur: quia plures uni
nubant femine: nam quotidie uiri priuati coniugio
ſine prole decedunt:& preſertim cū mulieres nume/
ro pauciores exiſtant·Iniqua inſuper res uidetur &
naturali aduerſa libertate unius urbis ciuium alios
multiplici matrimonio uti:alios in ſolitudine degere·
Nec propterea laudanda conſuetudo ꝙ in ueteri le/
ge pleroſqꝫ ſanctos uiros plurib9 uxorib9 fuiſſe cō
iunctos legimus:quia non id ex lege aut ex uolupta
te fecerunt:ſed diuina quadam diſpenſatione & ad
ſobolem procreandam que creſceret in cultu dei· Ta
cemus de diuortio quod permittitur apud uos con/
tra legem euangelicā & de adulterio & fornicatione
& aliis ſceleribus que licet antiqua lex deteſtetur &
noua prorſus abhominetur:apud uos tñ conceſſa ui
dent̃· Non eſt ꝙ omnia tue legis errata percurram9
qñ neqꝫ nobis ſcribēdi neqꝫ tibi legendi ſatis eſt ocii
& tuipſe pro tuo ingenio multa intelligis adeo ſtul/
ta eſſe:ut nulla poſſent ratione defendi : tota de deo
queſtio eſt:ad hec oīa referuntur:totum in hoc conſi
ſtit ut Chriſtū Ieſum deum eſſe credamus: quo con
ceſſo:neceſſe eſt eius legi obedire & eius uerbis cre/
dere qui uerax eſt & mentiri nō poteſt· In eius lege
trinitatem:de qua ſupra diximus in unitate diuinita
tis cōperimus & incarnationem uerbi:& proceſſio/
nem ſpūſſancti & reliqua omnia que retulim9 uſqꝫ
ad extremū iudiciū· Qđ autē xp̄s deus ſit iam ſupra
oſtenſum eſt ex ueteri lege atqꝫ prophetis· Licet etiā
ex tua lege monſtrare que prophetam & ſanctum ui
rum fuiſſe Chriſtum aſſerit·Si propheta & ſanctus

ergo uerax·ſi uerax & deus·nam deum ſe ipſe teſta/
tus eſt dicens: Ego & pater unum ſumus: & qui ui/
det me uidet & patrem:& ſi creditis in deũ & in me
credite·& alia multa hmõi per que diuinitas Chriſti
colligitur & equa cum patre & ſpiritusſancto maie/
ſtas·Bene eſt igitur ut legem noſtram amplectaris:
que uerax eſt & ſalutaris a deo data & tuam relin/
quas:in qua non ueritas neqꝫ ſalus·homo illam tulit
peccatis & ignorantia plenus·Intellexiſti quanta ad
ducimus ex ueteri lege teſtimonia quibꝰ deus oſten
ditur & homo Chriſtus Ieſus & pro noſtra ſalute
ſupplicio crucis affectus·Audiuiſti ſacras ſancti euã
gelii atteſtationes & ipſius Chriſti uoces ꝙ tua lex
ſanctum habet· Quid igitur obſtat baptiſmo: quis
prohibet aquam? quid moraris ingredere: Iam tan/
dem ſalutis iter cum precellentibus uiris & magnis
Imperatoribus ad eternam ſalutem ſub Chriſto per
uenies·Diximus de Conſtantino ſeniore & Philip/
po qui rem publicam tenentes in Chriſtum credide
re·Poſt Conſtantinum creati Ceſares idem iter ſecu
ti ſunt & in fide noſtra morierunt: excepto Iuliano
apoſtata qui ex monacho Ceſar factus tranſiuit ad
idola que uitam laxiorem promittebant· Sed ille in
bello Partico penas dedit & ſagitta confoſſus in in
certum miſſa:coactus eſt cadens dicere: Viciſti galli
lee· Sic enim per cõtumeliam uocabat Chriſtũ·Fue
runt & aliqui ſciſmatici & heretici qui et Chriſtiano
nomine nõ tamen recta inceſſerunt uia Imperato/
res Chriſtiani nullo errore polluti inuenti ſunt: Ioui
nianus;Gratianus:Iuſtinianus: Valentinianus: Iu/
ſtinus:duo Theodoſii:Archadius:Honorius: Caro

lus Magnus:Ludouicus:et plures Franci & Theo
tonici:tres Ottones:Henrici aliquot:et nõ pauci ſub
aliis nominibus·Preterimus alios reges fama claros
qui uel in Gallia ul' in Hiſpania uel in Anglia uel in
aliis prouinciis Chriſtianis ſacris initiati fuerunt &
in domino mortui ad uitam creduntur migraſſe be
atam:cum his nõ eſt cur te pudeat Chriſti iugũ ſubi
re & ſub eo regnare:per quem reges regnant & legũ
conditores iuſta decernunt· Multos inuenies reges
qui te colẽtem Chriſtum honorabunt· Etſi enim ali
qñ horrebant reges Chriſti nomen & propter idola
Chriſtianos perſequebantur: poſita tamen propter
Chriſtum idola delerunt·Honeſta hec ſocietas eſt cũ
qua te uocamus in uiam ueritatis & pacis: illa nihil
dignitatis habet cũ qua te tua lex in deuia rapit: nã
preter Othomanoꝝ familiam de qua natus es & il/
luſtres progenitores tuos· Quis eſt qui magnopere
laudari inter ſarracenos queat· Celebratur Saldanuꝰ
quidã & aliqui pauci nomen habent: qui res memo
ria dignas geſſere:at Chriſtianoꝝ excellẽtiſſima no
mina oẽs hiſtorias impleuerunt: Noti ſunt in Siria
& in Egypto & in Aſia:Gotfridus:Baldinus: Bo/
hamundus:Tancredus: Cõradus: Philippus & alii
admodũ multi qui ab extremis Galliaꝝ & Germa/
nie finibus cũ ingentibꝰ copiis Hieroſolymã petiere
iterqꝫ ſibi per medios hoſtes ferro parauere·Hos ti/
bi comites damꝰ:cũ his te xp̃o iungere cupimus: ho
neſtiores hi ſocii ſunt q̃ Egyptii effeminati aut im/
belles Arabes·Tua origo ſicut accepimus Scithica
eſt:inter Scithas multos fuiſſe uiros in armis claros
memorie traditũ:qui uectigalem Aſiam pluribꝰ ſecu

lis tenuerunt & Egyptios ultra paludes eiecerunt. Non ſunt comparandi aut Egyptii aut Arabes Scithico generi: nō eſt forti & gnauo equa ſocietas. Mirandū eſt tantū potuiſſe ſuis feſtinationib9 Arabes ut audaces & preſtantes Scithas in ſuā ſocietatē ad-duxerunt. Quid ſocietatē: nō eſt hec ſocietas: ſeruit9 eſt qñ eorum legi ſubiectus es: que utinā lex eſſet & nō deceptio ac preſtigium. conformior tibi cū Chriſtianis ſocietas erit. Fortibus uiris facile amirantur fortes: uirtus uirtuti placet. Pulchra & ſtabilia ſunt inter equales cōſortia ſi eadē religio eſt idēq; cultus dei. Age igiť accipe Chriſtianos ſocios: accipe fidem & baptiſmū qui te hic in terris faciet magnū quoad uixeris & poſt obitū in celo beatum reddet. Audiſti promiſſa euangelica & quomodo cuncta que dixi-mus ueteris legis auctoritate probantur. Sed times ne te decipiamus: recordaris tue legiſlatoris: qui aſſerit legem & prophetas a Iudeis: euangeliū a Chriſtianis eſſe corruptum: tantūq; de ueritate uel noui te-ſtamenti uel ueteris remanſiſſe quantū Alcarano cōtinetur. Exploratū id forſitan arbitraris & uerū eſſe atq; idcirco teſtimoniis noſtris nō adhibes fidē: nec baptizari audes aut in Chriſtū credere. Vtinam tam bonus fuiſſet tuus legifer q̃ callidus: tam uerax q̃ uerſut9: tam iuſtus q̃ iniquus: tota eſt artificioſa & fraudulenta lex eius: nam qui diuinū ſibi abeſſe auxiliū nō ignorabat ad humanas confugit aſtutias. Cupie-bat legē edere que ſibi nomen daret. Femina q̃ etiaʒ per flagicia exoptabat ut Nero ſtratus ille qui Dia-ne Epheſie templū incendit: & animaduertens antiquam & nouam legem quāuis honeſta eſſet durā tñ

uulgo uideri & ſeruatu difficilem: ſuam in ſe edidit que uoluptatem humano generi amicā permitteret: ſic enim facile fieri poſſe exiſtimauit ut innumerabiles populi in ſuas traditiones concederent: nam gentiles quāuis laxiori legi tenerenť q̃ Chriſtiani: continentiā tñ & modeſtiam & frugalitatē cōmendabant & philoſophis auſcultabāt uirtutis amatorib9. neq; ſinebāt ſuos ciues corrūpi uitiis aut uoluptate mar-ceſcere. Creuit igiť ſecta Sarracenoꝝ licentia uitioꝝ. placuit uxores ducere quot mallent eaſdēq; dimitte-re cū diſplicere cepiſſent: habere cōcubinas q̃plures: & omne libidinis genus poſſe prouolui: indulgere uentri cuncta que uellent & ori preter uinum & uniuerſis īmergi uoluptatib9. Et ſi enim aliqua ieiunia in lege tua precipiunť: id etiam ad irritandā uoluptatem factū eſt: nam Sarraceni diem ieiunantes nocte quā longa eſt epulanť & bibunt. Nec aliam ob cau-ſam uini uſus interdictus eſt: niſi quia noceret in ar-dēti terra qualis eſt Arabia: & maior eſt in frigidis uoluptas poculis. Hoc unum ergo in Machumetis inuentum fuit ut legem propagaret ſuā: ea precipiēs que grata eſſent auditoribus & maxime plebibus q̃ iumentis ſimiles exiſtunt. nec fefellit eum opinio in hac parte: placuit noua lex & breui tpe ita coaluit ut in multis populis gentib9 ac linguis reciperetť: cuius fundamēta in uoluptate iacta fuerūt. Verū ſicut agricola nō prudens poſtq̃ uineam plantauit foſſam circumducit & ſepem ne deſtruať a feris: ita & Machumetes ſuā legē conſeruare ac munire ſtatuit. aīaduertit homo ſagax duobus modis ſuū dogma conuelli poſſe atq; cōfundi: auctoritate ſcilicet & ratōne: atq;

aduerſus hec duo que poterant inueniri remedia nō
neglexit· Auctoritati appoſuit quod pauloante ret-
tulimus: antiquam ſcilicet & nouam legem deprauа
tam eſſe: nec quicquam ueri reſtare niſi quod Alco
ranus haberet· Rationi arma obiecit: iubens ne quiſ
piam de ſua lege diſputaret: neue rationem quereret·
in eum qui contra niteretur ferro uindicandum eſſe
Atqꝫ huiuſmodi uallo ſuam legem callidus uetera-
tor cōmuniuit· Sed non eſt hic adamantiuꝰ murus:
neqꝫ ferreus: neqꝫ ex uiuo lapide: fragilis materia eſt
creta & luto munita domus: facile oppugnabit̃: neqꝫ
reſiſtit telis noſtris: facile ruunt edificia in arena fun
data: aggrediamus hec telis tue legis munimenta:
Corruptionem imprimis ſacrarum litterarum obii-
citis: hoc ei probandum fuerat que factum aſſerit ſa
tis nobis erat negare factum: libet tecum aliter age-
re & apertam tue legiſlatoris calumniam oſtendere·
Lex Iudaica quā Moyſes & prophete tradiderunt
antequā Machumetes naſceret̃ pluribus ſeculis ſcri
pta fuit & multis in locis promulgata & in alienas
tranſlata linguas: nec fuit unus interpres ſed plurimi
Rogante Ptolomeo Phyladelpho ſeptuaginta pre-
ſbyteri legem interpretati ſunt & conſona dixerunt·
Aquila etiam & Theodocion & Simacus & alii ue
tus teſtamentū traduxerunt· Facta eſt aniqua lex &
Greca & Latina multis etatibꝰ anteq̄ tua promulga
retur· implete ſunt om̄es bibliotece Moſayca & ali
orum prophetarum traditione: Alexandrie: Rome:
Athenis: Carthagine: Siracuſis: Toleti: Lugduni:
& in omnibus locis que inſignia eſſent: ſiue apud
Grecos: ſiue apud Latinos uetus teſtamentum ex

Hebraica ueritate traductum & habebatur & publi
ce legebat̃· Quis ille Iudeus tam potens fuit qui cor
rumpere legem ubiqꝫ gentium potuit· nondum na-
tus erat Chriſtus cum ſeptuaginta interpretum edi-
tio facta eſt· Quo tempore nulla erat cauſa corrum-
pende legis: cum nulla eſſet cum Chriſtianis nondū
natis de lege contentio· nec propter alios oportebat
legi aliquid detrahere qui legem nō acceperant· nec
propter ſe qui talem acceperant & laudabāt· Si qua
corruptio interuenit in ea potuit interuenire q̄ apud
Hebreos remanſit: non in ea que inter Latinos &
Grecos diuulgata eſt & per infinitas diffuſa prouin-
cias: quanq̄ nec Iudaica corrupta eſt: que uſqꝫ in hāc
diem cum Greca & Latina traditione concordat·
Difficilis ac pene impoſſibilis fuiſſet corruptio in
tot manibus: Machumete leue fuit unum codicem
corrumpere & illum tanq̄ uerū his tradere qui ſibi
ab initio crediderunt· Qđ ſi multi ſunt hodie apud
uos codices unius continentie non tñ idcirco ueritas
in eis eſt: ab uno enim qui falſus erat emanantes om
nes falſitatem continent: quia non defluunt ex ama
ro fonte dulces riuuli· Querimus ex te magne prin-
ceps ſi te iudice duo rationum codices afferant̃ quo
rū alter ex altero tranſcriptus exiſtat & in eo de quo
eſt facta tranſcriptio Sempronius mille debere talen
ta ſcriptus eſt: in exemplari duo milia: cui potius fi-
dem dabis: aut nō exemplo magis q̄ exemplato· He
brei parentes antique legis exiſtūt & apud eos exem
pla legis habentur: apud alios exemplaria· Rurſus
ex te querimus: Quattuor inueniuntur rationum li
bri apud quattuor negociatores; Seium: Gaium: Ti

tium & Sempronium:In eo quem Sempronius pro
ducit creditor ipſe Lucii in centum talentis ſcript9
inuenitur:in aliis debitor:cui credes: quid reſponde
bis:an nō tres libros uni prefers·certe nō dubitabis
preferre:ſi ita iudicas ſoluta queſtio eſt· Quattuor li
bri habent uetus teſtamentum: unus eſt Hebreorū:
alter gentilium:& tertius Chriſtianorū:ultimus Sar
racenorum: qui a ceteris diſcrepat:mēdax enim eſt:
nam reliqui conformes inueniuntur:nam & greci q
gentiles erant ante Chriſti aduentum & Latini ante
Machumetem:uetus teſtamentū nō alio modo ha
buerunt q̄ nos hodie habemus· Hoc fortaſſe infeda
ri poſſes:quia nō reperiuntur hodie gentiles qui bi
bliothecas habeant ueteres: ſed interroga Iudeos in
uenies uera eſſe que dicim9:& adhuc extat Ioſephus
Hebreus qui tranſlationem antique legis in manu
Ptolomei quem nominauimus emanarunt que uſq
in hanc diem perſeuerant & Hebraice ueritati cōcor
dant·Stulta eſt igitur Machumetis fictio & turpis
inuentio nec quicq̄ habet ueriſimile:nec tam cōfuſio
ne q̄ irriſione digna eſt· Quod dicimus de ueteri te
ſtamento idē licet de nouo intueri:quod nec ab uno
ſcriptū eſt:nec in una lingua: nec in uno loco: nec in
uno tpe:& tñ una ſententia eſt & unica concordia·
Quod Greci habent hoc Latini:hoc Hebrei: hoc Si
ri Armeni hoc oēs barbari xp̄m colentes· q̄uis here
tici aliqui ad tuendos errores ſuos corrumpere non
nullos codices auſi fuerūt·Quid ages? quid dices? cui
fidem adhibebis? an ſoli Sarraceno? an Latino? an
Greco? an Hebraico? multo antiquior eſt xp̄iana lex
q̄ Sarracena·miſit xp̄s adhuc in terra exiſtens diſci
pulos ſuos in orbem ut predicarent euangeliū omni
creature· Audita eſt in omni terra euangelii tuba:ſi
cut ſcriptum eſt:In oēm terram exiuit ſonus eorum
& in fines orbis terre uerba eorū· Vulgata eſt & re
cepta lex Chriſti per totum Romanū Imperium pri
us q̄ tuus legifer prodiret in lucem·Et idem euange
lium quod nunc habemus oēs gentes ſuſcepere·Nec
fuit maioribus noſtris aut facultas corrūpendi rem
a deo uulgatā aut neceſſitas cū nō eſſet Machume
tes cum quo de fide contenderent·corruptio ei neceſ
ſaria fuit qui nouā legem edere uoluit:ueteri & noue
cōtrariam·Nec dubiū faciet iuſtus iudex quin Chri
ſtiano maior fides adhibenda ſit uel Chriſti lege q̄
Sarraceno·ipſe enim conſeruator eſt ſue legis & ma
net in traditōne patrum:Sarracenus ab ea receſſit &
inuentōnes ſequitur nouas quas ſui maiores ignora
uerunt·Euangelia apud nos quattuor recepta ſunt:
que ſumma diligentia:uigenti ſtudio:& acri diſcuſſi
one ſancti patres in generalibus conciliis nō prius
amplexi ſunt q̄ eſſe ueriſſima multis modis recogno
uerūt·Non eſt igit̄ q̄ tuus legifer de corruptione ſa
crarū litterarū poſſit obiicere·de ciuitate dñi que eſt
eccleſia inquit in pſalmis Dauid: Fundauit eam de
us ineternū·Non eſſet fundata ineternum eccleſia ſi
fundamentū eius quod eſt euangeliū uiolari aut cor
rumpi potuiſſet·Nec uerum fuiſſet quod ait prophe
ta Baruth:loquens de lege dei:Lex que eſt ineternū·
Nec illud ſtaret quod dicitur:Ineternum permanet
uerbum tuum & in ſeculum ſeculi ueritas tua· Nec
Eſaias uera fuiſſet de Chriſto locutus dicens : Su
per ſolium Dauid & ſuper Regnum eius ſedebit:

ut cõfirmet & corroboret illud in iudicio & iuſticia uſq; in ſempiternum. Nos Gabriele angelo credim9 qui de Chriſto Marie uirgini ſic ait: Dabit illi dominus deus ſedem Dauid patris eius & regnabit in domo Iacob in eternum. Quomodo regnat Chriſt9 in domo Dauid niſi per fidem. quomodo per fidem niſi per euangelium ineternum. quomodo per euangelium ineternum ſi corruptum eſt euangelium mendax lingua falſa calumnia. Ego uobiſcum ſum inqt dominus uſq; ad conſummationem ſeculi: & Oſee prophete uerba ad eccleſiam conferũtur: Sponſabo te mihi in fide uſq; in ſempiternum. Et ad Petrum uicarium ſuum inquit ſaluator: Tu es Petrus & ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam: & porte inferi nõ preualebunt aduerſus eam. Et iterum: Rogaui pro te Petre ut non deficiat fides tua. Preualuiſſent porte inferi & defeciſſet fides Petri ſi falſum eſſet euangeliũ quod ſequimur: ſed manet fides magni paſtoris in eccleſia Romana que nunq̃ inuenta eſt erraſſe: neq; errabit ineternum: magiſtra eſt enim & mater omniũ fidelium & diſciplina ueritatis. Caue Machumetes caue magne princeps ne ſequaris errorem Porphirii Siculi: qui tue legi conſona dixit. Is ex Chriſtianiſſimis ad idola tranſiens ait ſe deos conſuluiſſe quid de Chriſto ſentirent: & illos reſpondiſſe bonũ uirum fuiſſe Chriſtum: ſed peccaſſe diſcipulos eius qui diuinitatem ei attribuerãt quam ſibi ipſe nunq̃ erogaſſet. Hoc decorum teſtimoniũ eſt idolorũ que tu demonia eſſe nõ dubites. An non intelligis fraudem. an nõ uides tui legiferi & demonum eſſe unum argumẽtum: unam colluſionem: unã

fallaciam: & Chriſto diabolum inuidere eiuſq; glorie & maieſtati detrahere: cuius cõſilio atq; ſuaſu tua lex edita eſt: Euangelice atq; Moſayce cõtraria. Dices pari modo Chriſtianam legem Moſayce aduerſari: nam que iuſſit Moyſes plurima uetat & pmittẽs que ille uetuit. Neſcis antique legis archana que diu grauida fuit nouam in utero gerens: & cum ſtatutum diuino cõſilio tempus uenit eam peperit. Vidit Hieremias per ſpiritum legem hanc nouam cum ait: Ecce dies uenient dicit dominus: & feriã domui Iſrael & domui Iuda fedus nouum non ſm pactum quod pepigi cum patribus eorum: ſed erit pactum quod feriam cum domo Iſrael. Poſt illos dies dicit dominus dabo legem meam in uiſceribus eorum & in corde eorum ſcribam eam & ero eis in deum. Nouum fedus inquit: quia baptiſmus circumciſioni ſucceſſit. & legem meam inquit ſcribam in corde eorũ: qa uetus lex in tabulis lapideis ſcripta fuit noua per charitatem in corde hominum radicata. Et ero eis in deũ: quia noue legis auctor & promulgator Chriſtus deus & homo eſt: antiqua per Moyſen innotuit tantum hominem: & adueniente perfecto euacuatum eſt imperfectum: nec amplius in preputio nobiſcum deus ſed in corde paſcitur dicẽte Apoſtolo: Si circumcidimini nihil prodeſt uobis: nec ulterius cerimonie legis habent locum: uenit enim ille de quo loquit̃ in Deuteronomio Moyſes propheta: De gente tua ſuſcitabit tibi deus: ipſum ſicut me audies. Et ſubditur: Ponã uerba mea in ore eius loqueturq; ad eos omnia uerba que precepero illi. De Chriſto hec prophetia eſt qui locutus eſt ex ore dei: quod uerum

erat os ſuum: in cuius aduentu legalia & cerimonie
erant:ſicut apud Mattheum ſcriptū eſt: Lex & pro
phete uſqꝫ ad Ioannem· Sacramenta enim que uete-
res & prophete obſeruabant adnunciatiua erant uen
turi Chriſti:que in eius aduētu completa ceſſauerūt
& alia inſtituta ſunt uirtute maiora:ueritate meliora
actu faciliora:numero pauciora:& ſicut ſacerdotiuꝫ
mutatū eſt:ſub cuius adminiſtratione lex erat: ita &
legem mutari oportuit· Non eſt igit̃ aduerſa ueteri
noua lex que in eius uentre concluſa erat:& adueni-
ente Chriſto & euangelii luce clareſcente: patefacta
circumciſioni & aliis ceremoniis antiquitus obſerua
tis:ſicut prefinitū erat finem impoſuit· Eſt aūt Chri
ſtiana lex tanto dignior q̃ Iudaica:quanto nobilius
eſt oraculū dei q̃ hominis·Cognoſcis iam niſi falli-
mur ueritatē & maieſtatē noſtre legis:nec utilitatem
ignores:incipiſqꝫ de tua diffidere & ardes deſiderio
diſputādi uelleſqꝫ latius cuncta diſcutere: ſed obſtat
legifer tuus & inquirere uerū prohibet & incrimina
tur & clamat:Non eſt mea lex q̃ diſputatōni ſubiici
enda ſit· Caue ne quid loquaris arma ſunt in manu
tua dū mihi credis multū imperii adeptus es qui nō
audiunt meā uocē gladio cōterendi ſunt enſis mee le
gis dignitatē tuetur:in Arabia ortus eius fuit ex par
uo principio:quantū creuerit uides: Egyptū adieci
mee legi & Siriā & Meſopotaniā & Libyam & In
diam & Mauritaniā & partem Hiſpanie & diuiteꝫ
Aſiam & doctā Greciā & fortem Traciā & nobilē
Macedoniā·Sūt & alie q̃ plurime regiones ſub Im
perio mee legis q̃ armis nō uerbis queſite ſunt : mu-
liebre eſt uerba uerbis refellere: uiri ferro decertant·

Si nō fuiſſet uera mea lex:nō dediſſent ſuperi Impe
rio noſtro necnon dn̄ationi noſtre tantus ſucceſſus
atqꝫ proſperitates:amat nos deus & legis odorē ſen
tiens gratulat̃ & ſternit iter uictoriis noſtris : ſcis q̃
feliciter ſepe in hoſtes pugnauiſti & modo in Ponto
& ſepe in Grecia·heu fili quid cogitas?quid moliris:
tot triumphis ſub mea lege illuſtrat9: Chriſtū ſeque
ris cuius cultores ſtrauiſti totiēs & in titionem uſqꝫ
cediſti·Caue ne meam linquens legem relinquaris a
deo:credimus his te uerbis non parum cōmoueri &
aliquem ineſſe in tua mente timorē· Sed audi q̃ ina-
nis eſt timor: Omnis qui malū facit inquit in euan-
gelio ueritas odit lucem : fures noctu domos per-
fodiūt & in obſcuro adulteri latitant:nō adhibent te
ſtes qui peccant:nolūt deprehendi mendaces: cū his
ſentit tuus legifer:ueretur ne diſputando ſue legis ua
nitates innoteſcant:ueret̃ ne pudenda ſua detegātur:
prohibet diſceptari uerbis:armis defendi ſuā legē iu
bet:nec aliū iudicem q̃ ferrū depoſcit:multūqꝫ gloria
tur de ſue legis incremēto· Diximus cur creuerit:ple
bes uoluptas allexit·neqꝫ inficiamur multas tue gen
tis uictorias partas & ingentia cōfecta bella· Et tu
ipſe in preliis clarus euaſiſti:uiciſti hoſtes nō paucos
& triumphaſti ſepe·fuiſti tamen etiam aliquādo ui-
ctus·parua Chriſtianorum manus tuas ingentes co
pias: ut ante diximus apud confluentes Samum &
Danubium paucis ante annis deleuit:nō milites ue-
terani:non duces in bellis ante probati nō uiri nobi
les armis potentes & equis : ſed pauci cruce ſignati
ex agris collecti inermes & nudi : fide tamen ar-
mati ferro fulgentes & auro tuos fuderunt exerci-

tus· Quod ſi uictoria ueritatem legis oſtendit hoc
uno prelio ſatis admouebare in quo multi fugerunt
paucos· Tue uictorie nihil miraculi habēt: ad quas
nunq̄ ſine grandi tuoꝝ prerogatiua uentum eſt· Sed
quid agimus non his argumentationibus ſtat recta
fides: uici: fudi hoſtes: imperium teneo: ſi ſic licet ar/
guere uera fuit ſub Alexandro Magno tot uictori
is illuſtrato: & ſub eius ſucceſſoribus religio: qui &
in Grecia & in Aſia & in Siria & in Egypto & in
Libya & in Perſide & in Scithia & in Indis regna
uere: imperio per arma queſito· Vera etiam Roma/
norum fides uſq̄ ad priorem Conſtantinum: qui or
bem ſibi ferro ſubiecerunt & omnes domuere quas
adiere gentes· Scimus tamen & Alexandrum & ei9
heredes & Romanos & qui ſub eis erant: Iudeis ex
ceptis: idola coluiſſe: alii Iouē: alii Martē: alii Mer
curiū: alii Soleȝ & Lunam & alia ſidera· Multi etiā
ut Egyptii animalia bruta colebant: quis neſcit in/
quit unus ex poetis: uoluſi bithume qualia demens
Egyptus portenta colat· Corcodilon adorat & qđ
ſtultus fuit & allium & porros & cepe inter numi/
na poſuerunt· Preclare tamen Egyptiorum uictorie
memorātur: ſicut de Oſiridi proditum eſt qui uictū
peragrauit orbem· ergo & deos Egyptiorum reci/
piemus & ueram eoꝝ religionem fatebimur: quia ui
cerunt· Non ſic ratio ſuadet neq̄ ſic Iudei ſenſere q
uicti ab Aſiriis & ab Antiocho & a Romanis & in
ſeruitutē ducti: nō tñ uictoꝝ leges de diis acceperūt
ſed uicti & angariati & mille modis oppreſſi in ſua
lege manſerūt· Nec nos Chriſtiani cū prelio ſupera/
mur aut aliis calamitatibus affligimur legē noſtram

aut relinquimus aut accuſam9: ſed arbitramur pium
deum nos tanq̄ filios propter peccata que cōmitti/
mus uerberare: quia non paremus euangelio nō ſer/
uamus legem noſtram neq̄ manemus in traditione
ſanctoꝝ patrū: ſed uicti fragilitate aberramus & la/
bimur ut homines· ipſe uero lapſos corrigit & pla/
gis multis noſtras iniquitates emendat: cognoſcim9
errata noſtra & conſiderantes que fecimus minoreȝ
eſſe penam q̄ delictum non ignoramus· Si cadimus
in bello: ſi amittimus regnum: ſi iugo ſeruitutis op/
primimur: dicimus cum Daniele propheta deū eſſe
in celo qui reuelat myſteria: mutat tempora & tranſ
fert regna ut uniuerſi cognoſcant q̄ dominat̄ in ex/
celſis in regno hominum: & cui uoluerit dabit illud·
Nouimus deum & Iudeos & Chriſtianos poſſe cū
uelit & uoluiſſe alquando alterius ſecte hominibus
ſubiicere propter offenſas populi qui eum ad iracun
diam prouocauit: ſed conuerſi ad deum non deſpera
mus miſericordiam conſequi· quāuis enim iraſcitur
deus ut inquit Propheta: nō tamen obliuiſcitur mi
ſereri: Pius eſt & benignus: nec deſerit clamantes ad
ſe· Abſit autem ut propter uictoriam melioreȝ eſſe
credamus religionem uictorum· Sic enim fatendum
eſſet omnes qui uicerūt Hebreos melius de deo ſen/
ſiſſe q̄ ipſi uicti: quo neq̄ tu diceres neq̄ tuus legifer
qui defenſionem ſue traditionis in armis collocat: &
omne genus ratiocinationis effugit maximum ini/
quitatis indicium· Non ſic beatus Petrus qui dona
tis a Chriſto domino celeſtis regni clauibus & pa/
ſtor conſtitutus gregis Chriſtiani paratum ſe ait ra
tionē omnibus reddere de ea que erat in ea fide: nec

aliter ſuos auditores edocuit & beatus Laurentius
martyr : Mea uox inquit obſcurum non habet ſed
omnia in luce clareſcunt. Et in euangelio: Non pro
bat dominus eum qui lucernam accendit & ſub mo
dio ponit:ſed ſuper candelabrum eam eſſe uult:ut lu
ceat omnibus qui ſunt in domo: & predicari uerba
ſua ſuper tecta iubet & de ſeipſo dixit: Ego palam
locutus ſum mundo:deceptores & pſeudo prophete
in angulis predicant & uolunt occulta eſſe que dicūt
ſed iuramenta taciturnitatis exigunt: ſicut Rome ac
cidit in his qui baccanaria celebrāt. in occulto enim
deo ſuo ſacrificantes nullum flagitium libidinis ob-
mittebant. Quod ſi alia non eſſent aduerſus tuam le
gem iudicia:hoc unum ſufficere potuit: quia prohi-
buit eius lator in diſputationem uenire: ſciebat non
equa eſſe neq; uera que tradiderat: uidebat ueterem
& nouam legem contra ſe ſtare:intuebatur philoſo-
phorum acutiſſimas rationes ſibi aduerſas eſſe: nec
ſperauit in cetu hominum aut in ſcholis uirorum ex
cellentium ſua deliramenta poſſe defendi : animad-
uertit homo ſagax & ingenioſus in malo gentiles q
deos colebant damnatos eſſe & iam propemodū ex
terminatos:nec Iudeis locum eſſe quorum lex tranſ
lata eſſet cum ſacerdotio ad Chriſtianos. cumq; ſta-
tuiſſet nouā legeȝ idemq; ſibi nomen daret ſperauit
quod modo euenit: iratū deum Chriſtianis qui ſine
legis mandata tranſgrediebant̃ aduerſus tranſgreſ-
ſores uictoriā conceſſurū: atq; idcirco ſue legis de-
fenſionem in armis collocauit:quam alioquin homi
nibus gratā propter licentiam uoluptatum non am
bigebat diaboli hoc fuit inuentū:antiquus hanc uiā

ſue nequitie ſerpens excogitauit qui cū uidiſſet ſeſe
procul eiici & Chriſtiana religione augeſcente idola
deleri nec amplius deorum multitudini locum eſſe:
ſed unum tantum deum adorari cum patre & ſpiri-
tuſancto Ieſum Chriſtum. Heradio imperante Ma
chumetis ſpiritum excitauit : cumq; ſibi miniſtrum
elegit hominem ritu prius idolatram:fortuna paupe
rem:mente ſuperbum:natione Arabem : qui cōſilio
uſus quorundam Iudeorum & Chriſtianoꝝ peruer
ſorum:inter quos fuit Sergius ſpiritu ambitiōis in-
flatus legem tertiam edidit ex ueteri & noua confla
tam multis ineptiis extrinſecus adiectis legem dixi-
mus:quia ipſe legem uocat:nos blaſphemiam rectiꝰ
appellamus. Fugaſti frontem: auertiſti oculos: hor-
ruiſti:turbatus es:ſubiratus es:dum hec dicimus. At
ſi ueritatis amicus es audienda eſt ueritas: neq; tuus
legifer ſi tibi amicus eſt ueritatem interdicet que tan
to magis amica eſt quanto ſalubrior & humani ab
ipſa natura cōuenientior. Audi uerum & diſce quo-
modo ſit appellanda lex. legem dicunt eſſe philoſo-
phi quod ratione precipit̃ & ſunt qui nil aliud legē
affirmant ꝗ rectā rationem a diuino numine ductā:
quicquid igit̃ rationi aduerſum eſt legis nomine ca-
ret. At tuus legifer ratiocinari de ſua lege ꝓhibet &
ſolū arma illi ſuffragari uult. Non eſt igit̃ dicēda lex
niſi ex illis quarū conditores apud Eſ[illegible] dñs ma
ledicit. Docet nos Dauid agnoſcere legem dñi:dum
ea que propria ſunt exponit : attende & uidebis an
Machumetea lex de celo ſit & a numine tracta diui
no an aliunde lex dñi inquit Propheta īmaculata cō
uertēs animas teſtimonium domini fidele ſapientiā

preſtans paruulis. Immaculata eſt lex domini: quia
mala queqꝫ excludit neqꝫ libidinem neqꝫ turpitudi-
nem ullam admittit. Sic apud eundem Prophetam
eloquia domini caſta dicunt̃. Et apud Iob legit̃: nõ
inuenietis in ore meo iniquitatẽ nec in faucibꝰ meis
ſtultitia perſonabit. Et Apoſtolus: Lex ſancta in-
quit & mandatũ ſanctum & iuſtũ & bonũ. At quo
modo Machumetea lex immaculata: que ſtupra &
adulteria & omnes libidinum maculas ac feditates
admittit. Dices qa ieiunia quedã precepit & oratio
nes & elemoſynas. Non damnamus: hoc abſit ut ea
mala dicamus: inuentorẽ coꝝ Machumetẽ eſſe ne-
gamus: abſqꝫ Machumete ſciebamus hec eſſe bona:
ieiunauit Helias: ieiunauit xp̃s. Orare & frãgere eſu-
rienti panẽ ſuũ & egenos & uagos in domũ ducere
multo antiquius eſt q̃ tue legis inuentũ. multi nos le-
giſlatores ad opera pietatis inuitarunt. Veꝝ adulte-
rii: fornicarii: ſeruire uentri & in ſceno uoluptatũ ia-
cere ſolũs tuꝰ legifer inter bona collocat. ſolus Ma-
chumetes eſt q turpia docet & flagicia precipit: quã
uis hereticoꝝ more ut facilius decipiat bona ſimul
& mala cõmiſcet. At lex que dñi dicitur ut inqt Pro-
pheta animas cõuertit. quo conuertit? ad deum con-
uertit: ad ſuũ creatorem: ad ſummũ bonũ: ad ultimũ
finem. At lex Machumetea nõ conuertit ad deum
ſed auertit ab eo. Dicit eniꝫ dñs deus: Eſtote ſancti
quia ego ſanctus ſum. Machumetes: Vxores inqt
ducite & concubinas quot placet: nã ego quadragin
ta uiroꝝ in meis lumbis uires habeo, et uxoribꝰ atqꝫ
ancillis permiſceor plurimis. Quid de teſtimonio fi-
deli: cum data eſt Moyſi lex dñi in mõte Synai ful

gura & coruſcationes apparuerunt & ſigna de celo
que teſtimonium legi prebuerunt. lex Chriſti mira-
culis admodum multis confirmata eſt dicente ipſo:
Si opera nõ feciſſem in eis que nemo alius fecit: pec
catum ſcilicet infidelitatis nõ haberẽt. Et propterea
de ueteri que conuertit ad ſuum creatorem ad ſum-
mũ bonum & noua lege inquit Dauid: Teſtimonia
tua credibilia facta ſunt nimis. Et in euangelio Lu-
ce circa finem legimus: Illi profecti predicauerunt
ubiqꝫ domino cooperante & ſermonem confirmãte
ſequentibus ſignis. At Machumetis legem: que ſi-
gna que miracula probant: audiamꝰ eum: Non ſum
miſſus inquit niſi in uirtute gladii: & qui nõ ſuſcepe
rit meaꝫ prophetiam occidat aut reddat tributũ pre
ciũ pro infidelitate ſua. Quid eſt hoc: nunquid mani
feſte negat ſe miraculoꝝ uirtute carere & ficta fal-
ſaqꝫ eſſe oĩa ſigna demoſtrat: q̃ tue legis doctores in
populis predicant. Non habet igit̃ tua lex teſtimo-
niũ niſi in armis: ſed id nõ eſt fidele ut ante docuimꝰ
Ad ultimũ tranſeamus & quomodo ſapientiã pre-
ſtet paruulis: id eſt populis tua lex animaduertamus
Sapientia ut antiqui tradiderunt diuinarum & hu-
manarum rerum ſcientiam continet: eſtqꝫ admodũ
ſapida & dulcis dum amorem diuinitatis mentibus
noſtris inſtillat. Propter quod inquit Pſalmigra-
phus: Quam dulcia faucibus eloquia tua ſuper mel
ori meo. Tua lex neqꝫ de deo ſapit: neqꝫ de celeſtibus
neqꝫ terrena ſatis intelligit: q̃ putat ſuperis cura non
eſſe. Magna olim & florida in Alexandria philoſo
phorum ſchola fuit & multi per Siriam et Aſiam ui
ri doctiſſimi claruerunt: quorũ nomina ad nos uſqꝫ

peruenerunt· At poſtq̃ lex Machumetea curſum ha
buit pauciſſimi nominant̃ qui nature archana pſcru
tati excellentes euaſerint:quia nō preſtat paruulis ſa
pientiam tuus propheta aut tua lex cuius fundamen
tum uoluptas eſt & tutela gladius·Inter nos uero li/
beralium artium ſtudia admodū florent:legitur pu/
blice philoſophia:auditur in ſcholis theologia:nullū
doctrine genus pretermittit̃: gymnaſia litterarū in
pluribus Italie ciuitatibus clariſſima reperiunt̃: nec
trāſalpes in Hiſpania in Gallia in Germania in Bri
tania collegia deſunt uirorum excellentium:qui ſapi
entiam preſtant paruulis·Eſt enim ingens Chriſtia
norum cura ut indocti erudiātur & ueritatem intel/
ligant in noſtra lege: que nunq̃ mentita eſt diuinit9
comprehenſa:ac legifer tuus nō modo mentit̃ ſed le
uiter:ſed indocte:ſed imprudenter:ſed inſipide men
tit̃ & ſibiipſi ſepe contrarius eſt: quemadmodū ſue
legis inſpector plane intelliget: innumerabiles ſunt
eius ineptie & aniles fabule & pueriles nuge:de qui/
bus libet hoc loco pauca referre que de ceteris indi/
cium prebeant·Exponēs Machumetes capitulū Al
corani quod dicit filioꝝ Iſrael in hanc ſententiā lo
quit̃:Sit laus ei qui ſeruū ſuū ab oratorio qđ eſt hel
carata ipſa eſt domuſ meſche uſq; in oratoriū ſancte
domus Hieruſalē nocte una tranſtulit circa quā bñ/
diximus deū· O uos hoīes audite & intelligite cum
abii a uobis uenit ad me Gabriel ſero poſt pſalmo/
diā ueſpertinā que ultima eſt & ait:O Machumetes
iubet deus ut ſe adeas:cui reſpondi:& ubi eum adeā
& ait Gabriel ubi ipſe eſt:& iumentū illico adducit
magnitudine inter aſinū & mulū elberahul uocāt hu

Deliramenta Mahometis

mane uocis capacem:& una nō amplius hora inter
egi annoꝝ quinquaginta miliū & ait Gabriel: aſcen/
de animal & ito ad ſanctā domū:aſcendere uolentē
fugiebat iumentū & iuſſum eſt ſtare, quia Machu/
metes aſcenſurus eſſet: nunq̃ accerſitus eſt inquit·&
reſpondente Gabriele accerſitū eſſe:nō ſinam addi/
dit niſi pro me deū rogaret·obtuli preces deo meo ꝑ
iumēto qđ me incedente ſuaui greſſu inceſſit ponēs
ungulā pedis anterioris in orizonte ſui uiſus & mi/
nori ſpacio q̃ ictus implet̃ oculi ad ſanctā domum
perueni:comes aderat Gabriel qui duxit me ad ter/
ram ſanctam domū in Hieruſalem & uicinā rupem
dixitq; deſcende qm̄ ex rupe ad celum aſcēdes & col
ligato illic iumēto portauit me humeris ſuis in celū·
& cū applicuiſſemus ad celum mundi & ad portam
eius pulſauit Gabriel & queſitū eſt quis eſſet: & re/
ſpondit Gabriel ego ſum: & iteꝝ querenti quis te/
cum adeſt·reſpondit Machumetes:& ſubdidit iani
tor:nunqd uocatus:& ait Gabriel:uocatus· & apta
eſt porta & uidi angelos & bis genu flectens oraui
pro eis·Et accepit me rurſus Gabriel & uexit ad ſe
cundum celum & fuit diſtantia inter celū & celum
q̃tum eſt inter quingentoꝝ annoꝝ:et ſicut in primo
celo ita in hoc celo pulſatū extitit:& rurſum pari ſo/
lennitate ad ſeptimū uſq; celum procedit equam ce/
lorum diſtantiam ponens: et ait in ſeptimo celo ui/
diſſe ſe angeloꝝ populum, longitudineꝫ angeli cuiuſq;
inſtar mundi fuiſſe, et aliquorum mille uicibus ex/
tenſiorem et inter eos unum inueniſſe cui ſepties cen
tena mille milia eſſent capita: et in quolibet capi
te totidem ora: et in quolibet ore lingue totidem:

que ſeptingenis mille milibus ideomatibus lauda-
bant deum. & rurſus alterum angelum oſtendiſſe q
fleret & queſiuiſſe cauſam fletus: & cum ille dixiſſet
culpas eſſe orauiſſe ꝓ eo: & tunc cōmendabat me Ga
briel alii angelo & ille alii donec fui in cōſpectu dei
& tribunali eius adheſi tetigitq; me de manu ſua de
us inter humeros & frigiditas manus eius peruenit
uſq; ad medullas dorſi mei. His nugis atq; delira-
mentis implet Machumetes aures populi. Sed au-
diamus alteram fabulā in libro cui titulus eſt de do
ctrina Machumetis: Duo angeli noīant Arathes
& Narathes: quos ille aſſerit iuſſu dei in terram de-
ſcendiſſe: ut genus humanū regerent atq; inſtruerent
tribus mandatis acceptis: Primū ne quenq̄ occide-
rent. Alteꝝ ne quid iniuſte decernerēt. Tertium ne
uinū biberent. Cum aliquādiu rexiſſent & iam ex to
to orbe ad eos iudicia deuoluerentur: mulier quedā
decenti forma & omniū pulcherrima: aduerſus ma-
ritum ſuum cauſam habens iudiciū ab eis petiit atq;
ut fauentes haberet iudices ut apud ſe prandium ha
beant multis precibus inuitat: nō abnuunt angeli: pa
ratur ſplendidū conuiuium: epulas & pocula mulier
ipſa miniſtrat: apponuntur fercula multiplicia: & cū
his uinum: quod cum angeli recuſarent inſtante ſepi
us muliere & multas obiiciente blanditias tandem
biberunt & inebriati uino in hoſpitam incaluerunt
eiuſq; cubitum poſtularunt. Spondet mulier ea con
ditione ut alter eorum ei aſcenſum in celum oſtende
ret alter deſcenſum: placet conditio illa: ut iter didi-
cit mox aſcendit in celum relictis atq; irriſis angelis
quā deus recognitam inter ſidera collocauit: cui Lu-

Machometis Fabula.

cifer eſt nomen: angeli ad iudicium euocati cathenis
ferreis in puteo profundiſſimo religati ſunt uſq; in
diem iudicii permanſuri: cū elegiſſent in hac potius
uita q̄ in altera plecti. Hec eſt ſapiētia Machumetis
quā docet paruulos: hec eius theologia: hec doctrina
diuinitus reuelata: Mira hominis audacia: ne dica-
mus ſtultitiā ſeu dementiā: quot ſunt in his fabulis
deridenda ſomnia: nō obiurgamus iumēti uerba qn̄
& aſinam ſacre littere loquutā produnt & gentiles
bouem. Sed quid eſt q; una hora iter quinquaginta
milium annoꝝ pergitur: metue hec & diligenter co-
gita an corpori nondum glorificato id poſſit accide
re: quo iuit: ubi fuit: quid circuiuit: non adhuc celum
aſcenderat: quibus in locis tantū ſpacii peragrauit:
nec iumentū eum tulit: quis tulit eū: unde uenit: quō
uenit: nil horum dixit. quid peccauerat iumētum ut
precibus egeret cui non eſt lex alia niſi nature & illi
paret: quid hoſtiarius in celo collocatus rogamine
Machumetis egebat: an nō ſatis felix erat: fortaſſe
altius cupiebat aſcendere tanq̄ non ſit illic perfecta
hominū beatitudo & regnet adhuc ambitio. Diſtan
tiam celoꝝ oſtendit & ſperarū quanta ſit craſſitudo
demonſtrat quingentoꝝ annoꝝ. Iter ex celo in celū
ponit & parere omniū ſpiſſitudinem: quid hoc? quis
credat gentilium fabulis: ſimile ſomnum eſt: aiunt il
li Dionyſiodoꝝ quendam Geometrie ſcientie nobi
lem in patria ſenectem diem obiiſſe: propinquos fu
nus eius duxiſſe ad quos pertinebat hereditas: hos
conſecutis diebus cū iuſta peragerent inueniſſe in ſe-
pulchro eius epiſtolā Dionyſidori noīe ad ſuperos
ſcriptā que diceret eum a ſepulchro ad infimā perue

niſſe terram:eſſeq; illucuſq; quadraginta millia ſtadiorũ::nec defuerunt Geometre: ut Plinius ait: qui interpretarentur ſignificare epiſtolam a medio terrarũ orbe miſſam quo deorſum a ſummo longiſſimũ eſſet ſpacium:& ibidem pile medium ex quo conſecuta computatio eſt:que circuitum terre:id eſt totius pile ambitum ducẽta quinquagintaquinq; milia ſtadiorum pronunciauit:ſed armonica ratio que cogit rerum naturam ſibi ipſum congruere eodem Plinio teſte· Addit huic menſure ſtadiorum ſeptem milia· Heratoſtenes huiuſcemodi rerum ſolertiſſimus indagator uniuerſum terre ambitum ducentoꝝ quinquagintaduorum milium ſtadiorum prodidit·Hipparchus ſtadiorum paulominus uigintiquinq; milia adiecit·Reperiuntur & aliorum ſententie admodũ diſſone:neq; in hanc uſq; diem mortali cuipiã ſatis exploratam credimus terre menſuram: cuius neq; Septentrionem neq; meridiez uerſus cogniti fines ſunt At tuus legifer maiora concepit animo qui tanq̃ celum aſcẽderit quingentoꝝ annorum itinere diſtare celum a celo prodidit:quoniam tanta eſſet craſſitudo ſperarũ·Hoc idem aſſerit Rabi Moyſes Hebreus genere philoſophus: qui apud philoſophos Egyptios claruit·At philoſophi quos noſtri probant nõ ita ſentiũt:nec Ptolomeus alexandrinus aſtronomorum facile princeps de craſſitudine lunaris ſpere cũ tua lege cõcordat:in qua iter annoꝝ ſexagintanouẽ & aliquoꝝ menſium atq; dierum poſuit milibꝰ paſſuũ uigintiquinq;:ſeu ſtadiis ducentis pro qualibet die computatis·Alii uero aſtronomi qui hec diligenter indagauerũt ſperã ſolis plus q̃ ſexcentis uicibus

ſuperare lunarem tradiderunt·rurſuſq; Martis ſperam:quãuis ſole altior eſt & longe maiorẽ habet ambitum:ſpiſſitudinem tñ multis uicibus ſuperari·Improbum humane mẽtis auſum uerũ ita ſubtili argumentatione comprehenſum:ut pudeat aliquos non credere·plurimi hec incerta reſpuunt: tue legiſlatori fortaſſe credẽdum fuerit:nõ quia illuc angelo bono deferente conſcenderit:ſed quia cum peruerſo ceciderit·Quod ſi hac de cauſa fidẽ expedit:credimus:alioquin cum ſacra ſcriptura dicimus celũ ſurſum & terram deorſum & cor regis inſcrutabile eſt · Sed alia percurramus: angelos ſe uidiſſe affirmat: eoſdemq; corporeos·Si mundo maiores angeli ſunt neceſſarium eſt aliquã eorum partem extra mundum eſſe· at philoſophi mundi circumflexu oĩa contineri dicunt neq; quicq̃ exterius:tuus legifer quando aliquid ſolito plus adbibit:ſopori deditus: quicquid ſomniauit pro uero retulit & omnia ſibi licere putauit: quo errore & angelos corporeos & peccare & egere uenia & ſe rogaſſe pro eis dixit· Simili ſomnolentia tactũ ſe ſuper humeros affirmauit manu dei:cuiꝰ gelu uſq; ad dorſi medullas penetrauerit:que omnia ſuperius confutata ſunt·Quis illud patienter audiat ꝙ angeli dei uino inebriati:ſpecie mulieris decepti:concubitũ eius appetierint:que iter in celum edocta ad conſpectum magni dei peruenit & honorifice accepta: inter aſtra locum obtinuerit : angeli penas dederint: atque idcirco unum homini interdictum quod tanti mali cauſa fuerit · Commemorat hec tuus Legifer: & tanquam ex penu dei recepta hominibus inculcat·Vide quã grauiter:q̃ uere:q̃ perite loquuntur

poetarum figmenta que pueris leguntˀ· Inter archa/
na legis inſerit: pueri noſtri nō ſine riſu audiūt cum
rapte in celū femine referuntˀ & in aſtra cōmutate: q̄
maior & minor uiſa uocantˀ· Pigri circa Sarraca poe
te lucentes. Credimus pro tua ſapientia te iam parui
facere atq; contemnere tue legis figmenta: ſed mira/
ris uehemēter q̄ indies aliqui relicto dogmate xp̄ia
no ad tuum migrant & aſſerentes iniquā legem no
ſtram: amplexi tuam circumciduntˀ & tuis iniiciantˀ
ſacris: & qui trinitatē predicabant nunc deteſtantur
& qui xp̄m cruci affixū colebant & laudabant nunc
derident. Sunt qui hoc agunt nō dubitamus: ſed qui
nam hoīes ſane aut libidinis ſerui aut ambitionis &
quib9 nullus erat locus in noſtra lege ſpreti a nobis
& eiecti tanq̄ uilia & inutilia mancipia ad te tranſi/
uerunt: nec tn̄ illos inextinguibilis conſcientie uer/
mis rodere ceſſat: q̄ ſi poſſes eoꝝ introſpicere cor/
da intelligeres proculdubio eos aut uite future ſpem
nullā hahere aut admodū eſſe anxios: quia fontem
aque uiue reliquerūt xp̄m Ieſum & neſciunt quo pa
cto redeant: maius ſuum peccatū exiſtimantes q̄ dei
miſericordiā· Sed quid miraris ſi ad opes cōſequen
das ad uoluptates exhauriendas nōnulli tue legi ſeſe
ſubiiciunt: nō eſt hoc nouum nec dignū admiratōne
idem quoq; & Sarraceni faciunt qui ſepe ad nos mi
grāt. Illud eſt mirabile: illud ſtupendū: illud magno/
pere celebrādū: quod tot milia philoſophoꝝ xp̄iano
inſignita noīe ſub tuo imperio degunt grauia tribu
ta pendunt: nunc liberis priuantˀ: nunc coniugib9 op
primuntˀ duriſſima ſeruitute laceranturˀ: uexantˀ mille
modis: nec tn̄ Chriſtiane legi nō renunciāt· q̄ ſi tuā

acciperent mitius ferrent imperiū: fierēt liberi hono/
res & opes ſperare poſſent: ſed malunt tolerare ſerui
tutis iugū & in ſqualore ac miſeria uiuere: q̄ xp̄m ne
gare· Hoc ſtupendū eſt & diuinum opus: & quod te
precipue mouere debet: nō q̄ pauci a noſtra lege ab/
errēt: ſed q̄ tam multi in ea perſeuerēt: & q̄ tanta ſit
uel in aduerſis conſtātia: miraculum eſt: facit hoc bo
nitas legis & ſecuritas eterne uite: quā nemo ſapiens
preſenti uite poſtpoſuit· Quid tu hic dicas? quid con
trahiſcere aut mutare poteris: uera eſt xp̄iana lex ex
utero recepta Moſayce: ex prophetis: ex diuinis ora
culis deus auctor eius eſt: filius dei eam tradidit: ex
ore dei manifeſtata eſt: pura eſt & nitida & īmacula
ta et ſancta pfecta ex omni parte nullam habet rugā
nuſq̄ deficit: nuſq̄ claudicat: in ea que querit inuenit: q̄
petit accipit & pulſanti aperietˀ· Ipſa eſt fons clemen
tie: iuſtitie culmen: pietatis ſpeculum manſuetudinis
& miſericordie plena: pro ea martyres innumerabi/
les ſunt occiſi: ſenes: iuuenes: pueri: matrone: uirgines
uidue: innupte puelle: crudelia carnificū nō expauere
tormenta: ſcientes beatos eſſe mortuos qui moriuntˀ
in dn̄o· Preterimus ſigna & prodigia q̄ certitudinē
xp̄iane legis oſtendant: quis uiros cōmemorare que/
at ex xp̄iano genere diuini & humani iuris excellen/
tiſſimos pfeſſores uera mundi lumina: ſcientie fon/
tes: qui uſq; ad mortē in fide xp̄i perſeuerātes precla
ra uolumina ediderūt: que tanq̄ ſidera quedā doctri
ne humanas mentes illuſtrant: & q̄ nam ullo in loco
lex eſt que alteꝝ habeat Auguſtinū: alteꝝ Hierony
mū: alteꝝ Ambroſiuz: alteꝝ Gregoriū: Et ne prete
reamus Grecos: que religio uirū unq̄ habuit q̄ Ori/

geni comparari poſſet:quãuis hic in pleriſqꝫ locis er-
rauit·quis Ioanni Criſoſtimo exequat̃· quis magno
Baſilio: quis Cirillo: quis Euſebio: quis Gregorio
Nazanzeno·nõ ſufficit dies ſi numerare ꝑgimus il-
luſtres nr̃e legis doctores ſiue uiuos ſiue mortuos:
quãuis nõ ſint mortui ſed nunc maxime uiuunt: &
tanq̃ ſtelle in firmamẽto lucent:qui fidẽ ſacratiſſime
trinitatis elucidarũt·Quid dicemus de religioſis do-
mibꝰ in quibus angelica ducit̃ uita & pro peccatori
bus aſſidue effundunt̃ preces dñ̃o:nec unq̃ ceſſant di
uine laudes ac pſalmodie·Bñ̃dictus nurſienſis apud
nos multoꝝ monachorum doctor & pater extitit·
apud Grecos magnus Baſilius·Secuti ſunt Bernar-
dus abbas clare uallis: & Bruno qui Cartuſiã inſti-
tuit·Quotidie ſanctoꝝ uirorum apud nos auget̃ nu
merus: edificant̃ monaſteria & ſancta renouant̃ in-
ſtituta quos fructus edidit Seraphicus· Franciſcus
eximius pauptatis amator in umbria q̃ pars eſt Ita
lie natus:quot eum diſcipuli ſecuti ſunt:quot ſub eiꝰ
regula uiri ſanctiſſimi floruerunt·Antonius Pataui
iacet miraculis clarus·Bernardinus Senẽſis in Aq̃la
quẽ noſtra etas quaſi alteꝝ Paulum predicantẽ au-
duit·Nicolai liritani extant opera q̃ oẽs admirant̃:
Dñ̃icus in extremis Hiſpanie natus oris quaſi alius
ueſꝑ emicuit:que nouũ quendã ſanctũ & nitidũ ui-
uendi morẽ ſuis auditoribus tradidit:& predicatoꝝ
inſtituta regula uniuerſuꝫ illuſtrauit orbẽ· Multi ex
diſcipulis eius clariſſimi euaſerunt· ſed precipua eſt
magni Alberti fama:qui nullũ doctrine genꝰ igno-
raſſe creditus eſt:nec minor eo Thomas aquinas fu
it in lr̃is & ſi maior extitit in ſanctitate· Claruit &

meo ſeculo ſub eadem regula Vincentius Hiſpanus
quẽ noſter anteceſſor inter ſanctos xp̃i confeſſores
rettulit·Et in ordine diui Auguſtini Nicolaus tolẽ-
tinas pauloante inter celeſtia relatus ſanctoꝝ agmi-
na: Noua indies prole floreſcit nr̃a religio: ꝙ ſi non
deſunt peccatores diuinã prouocantes maieſtatẽ· nõ
deſunt etiam conſiliatores uiri ſancti deo accepti &
uirgines ĩmaculate precibꝰ aſſiduis diuinã iram auer
tentes:nec timemus ruinã tantis adiuti patrociniis·
Tu ergo princeps nobilis qui nõ es ratõnis incapax
neqꝫ ingenii obtuſi:collige q̃ diximus & conſerua in
mẽte tua & cõſule tibi & tue genti & noli eſſe incre
dulus ſed fidelis:relinque tenebras & lucẽ ſequere:in
telligis quo pede claudicat tua lex & quãtis ſcatet er
roribus:& q̃ procul a ueritate recedit: & ꝙ nõ eſt in
ea ſalus:noue & antique legis inimica· Intelligis q̃
ſolida eſt euangelica doctrina:q̃ uera:q̃ ſancta: quaꝫ
munda & ĩmaculata: & ꝙ ea tm̃ iter in celum oſten-
dit & nõ alia·Intelligis ſi uerba noſtra memoria te-
nes:ꝙ trinitas in unitate & unitas in trinitate colen
da eſt:neqꝫ altera contradicit alteri·Intelligis quonã
mõ pater ſibi filiũ equalem genuit:& quõ a patre &
filio ſanctꝰ procedit ſpũs:qui eſt caritas & amor:&
ſimul colendus eſt & deus eſt:& ꝙ filius pro nr̃a ſa-
lute incarnatꝰ eſt:mortẽ tulit & ſpoliato inferno ter
tia die reſurgens:quadraginta diebꝰ cũ diſcipulis cõ
uerſatus aſcendit in celũ:ſedetqꝫ ad dexteraꝫ patris:
uenturꝰ in fine ſeculi iudicare uiuos et mortuos:quo
facto mali ꝑpetuo penã ignis ſubibunt: boni eternã
beatitudinem conſequent̃:nõ in carnalibꝰ deſideriis
aut in pudicitiis:nõ in cubilibꝰ ſed in dulcedine mẽ-

tis & in caritate xp̄i que ſuperat oēm ſenſum. Ante oīa uero monſtratū eſt nō poſſe te aſſequi inter xp̄ianos gloriam & potentatū quē uideris optare: maxime apud Europeos & occidentales populos dū tua in ſecta pſeueraris. Qđ ſi uelles xp̄ianis imitari ſacris magnā tibi ſpem fecimus & potentie & glorie. Memento igiť uerboꝝ noſtroꝝ: & accipe fidele cōſilium: ſume baptiſmū xp̄i & lauacrū ſpūſſancti: amplectere ſacroſanctū euāgelium & illi te totū cōmitte: ſic tuā aīam lucrifacies: ſic Turcorū populo bene cōſules: ſic tue cogitatiōes adimpleri poterūt: ſic tuū nomen in ſecula celebrabiť: ſic te oīs Grecia: oīs Italia: oīs Europa demirabiť: ſic Latine te lrē: ſic Grece ſic Hebraice: ſic Arabice: ſic oēs barbare celebrabūt: ſic nulla etas de tuis laudibus contumeſcet: ſic pacis auctor & fundator quietis appellaberis: ſic te Turci animaꝝ ſuarū repertorem & xp̄iani ſue uite conſeruatorē uocabunt: Siri: Egyptii: Libyci: Arabes: & quecūq; ſunt alie gentes extra xp̄i caulas aut his auditis tuā uiā ſequenť: aut tuis & xp̄ianis armis paruo negocio domabunť: & ſi uoluerint in noſtra lege te ſociū habere experirenť dn̄m in ſua: nos te iuuabimus: & oīum eoꝝ aſſiſtente diuina gratia legitimū principē conſtituemus. Hec ſunt q̄ tibi cū baptiſmo premia promittunť: his te bonis diuina pietas ꝓcul dubio cumulabit obſequentē euangelio: Qđ ſi reſpueris conſilia noſtra: peribit tanquam fumus gloria tua: & tu more hoīm reuerſus in cinerem totus morieris. Chriſtus regnabit ineternum: cui eſt honor & gloria in ſeculorum ſecula. Amen.

¶ Incipit Epiſtpla Morbiſani magni Turci miſſa ad Pium papam ſecundum.

m Orbiſanus Hebrei & Geſii cum ſuis fratribus Cerabi Eiuſbait Imperatoris organi collaterales pugilles in partibus Achere magno ſacerdoti Romanoꝝ iuxta merita dilecto. Nuper auribus noſtris intonuit ꝙ in partib9 Italie ad preces & poſtulationem populi Venetiarum in baſilicis ueſtris publice facitis diuulgari ꝙ quicūq; ſumpſerit arma cōtra nos & noſtros ſuoꝝ in hoc ſeculo remiſſionem peccatoꝝ eiſq; beatam uitam promittitis in futuro: cuius rei ueritatem occulta fide decernimus per aduentū quorundā peditū cruciferoꝝ qui nuper in Venetoꝝ nauigio tranſfretarūť: ꝓpter qđ ammirari cogimur uehementer: quia dato ꝙ a ſummo tonante nobis eſſet data poteſtas abſoluēdi animas & ligandi: tamen adhuc maturius procedere deberetis: neq; Chriſtianos maxime Italicos crucis caractere inſignitos inducere ſuper nos: cum ſecūdū ꝙ partes ante dixerunt nobis populus noſter Turcorum innocens fuerit mortis & iniurie Chriſti ueſtri: & cū terra & loca ubi ſanctuaria ueſtra ſunt minime poſſideanť per nos: imo populos iudeoꝝ exoſos ſemper habuimus & habemus: quia prout in hiſtoriis antiquis & cronicis noſtris audiuimus ipſi ꝓditorie & per inuidiam eundem Chriſtū ueſtrum prophetam Hieroſolymis tradiderūt preſidi Romanorū: quem in crucis patibulo mori fecerunt. Ac inſuper ammirari & dolere compellimur: ꝙ ſurgunt Italici contra nos cum latens amor nos incitet ad dilectionē ipſo

